pro eo offerens arietē:⁊ dimittet ei. Aīa que peccauerit p igrantiam fecerit⁊ vnū ex hijs que dñi lege phibent . ⁊ pcti rea . intellexerit iniquitatē suā.offerat arietē imaculatū de gregib sacerdoti iuxta mē surā estimacōez⁊ pcti:qui orabit p eo qr nescies fecerit:⁊ dimittet ei.qr p errorem deliquit in domino. Capi. VI.

LOcutus⁊ ē dñs ad moysen dicens Anima q peccauerit: et ptempto dño negauerit primo suo depositū qd fidei eius creditū fuerat . vel vi aliquid extorserit. aut calumniā fecerit siue rē pditā inuenerit⁊ inficiās insup peierauerit.⁊ qlibet aliud ex pluribs fecerit ī quib solent peccare hoies: ⁊uicta delicti reddet oīa q̄ p fraudē voluit obtinere īte gra: ⁊ quintā insup ptem dño cui damnū ītulerat.Pro pcto aūt suo offeret arietē imaculatus de grege:⁊ dabit eū sacerdoti iuxta estimacōez mēsurāq⁊ delicti:qui ro gabit p eo corā dño.⁊ dimittet illi p sin gulis q̄ faciēdo peccauit.Locutus⁊ ē dñs ad moysen dicens . Precipe aaron⁊ filijs ei⁹.Hec ē lex olocausti.Cremabit ī altari tota nocte vsq⁊ mane. Ignis ex eodē alta rī erit.Vestiet tunica sacerdos.⁊ femīali bus lineis tolletq⁊ cineres q̄s vorās ignis exussit:⁊ ponēs iuxta altare.spoliabit p orib vestimētis: īdutusq⁊ alijs efferet eos extra castra⁊ ī loco mūdissimo vsq⁊ ad fa uillā ⁊sumi faciet. Ignis aūt in altari sp ardebit:quē nutriet sacerdos.subiciēs li gna mane. p singulos dies:⁊ īposito olo causto desup.adipes adolebit pacificorū . Ignis ē iste ppetu⁹ : qui nunq̄ deficiet in altari. Hec est lex sacrificij⁊ libamēto⁊ q̄ offerēt filij aaron corā dño⁊ corā altari . Tollet sacerdos pugillū simile q̄ ⁊spsa est oleo.⁊ totū thus. qd sup similā est:adole bitq⁊ illud ī altari in monimentū odoris suauissimi dño. Reliquā aūt partē simile ⁊medet aaron cū filijs suis absq⁊ fermēto⁊ ⁊medet ī loco sāctuarij tabnaculi. Ideo aūt nō fermētabit:qr pars ei⁹ ī dñi offer tur incensū. Sanctū sc̄o⁊ erit:sicut pro pcto atq⁊ delicto. Mares tantū stirpis aa ron.⁊medet illud.Legittimū ac sempiter nū erit in generacōnib vris de sacrificijs domini.Omnis qui tetigerit illa sanctifi cabitur.Locutusq⁊ est domin⁹ ad moysen dicens . Hec est oblatio aaron⁊ filio⁊ ei⁹ quā offerre debent dño in die vnctōis sue Decimā ptē ephij offerēt simile ī sacrificō sempiterno. Mediū eius mane⁊ medium eius vespere: q̄ in sartagine oleo ⁊sperſa friget .Offeret aūt eā calidam ī odorē su auissimū dño sacerdos qui iure pri suc cesserit:⁊ tota cremabit in altari. Omne enim sacrificiū sacerdotum igne ⁊sumet: nec quisq̄ comedet ex eo. Locutus est aūt dñs ad moysen dicens.Loqre aaron⁊ fi lijs ei⁹. Ista est lex hostie p pcto. In loco vbi offert olocaustū.īmolabit corā dño . Sanctū sc̄o⁊ ē.Sacerdos qui offert co medet eā in loco sc̄to.in atrio tabnaculi. Quicquid tetigerit carnes ei⁹ sāctificabi tur.Si de sanguie illi⁹ vestis fuerit aspsa lauabit in loco sc̄to . Vas aū fictile ī quo cocta ē ⁊fringet: q̄si vas eneū fuerit de fricabit:⁊ lauabit aqua.Omnis mascul⁹ de genere sacerdotali vescet ō carnib ei⁹: qr sanctū sc̄o⁊ ē. Hostia ei que cedit pro pcto . cuius sanguis infert in tabnaculū testimonij ad expiandum in sanctuario non comedetur:sed comburetur igni.

Capitulum VII.

HEc est quoq⁊ lex hostie pro delicto Sancta sancto⁊ est. Idcirco vbi immolabit olocaustum : macta bitur⁊ victima pro delicto.Sanguis eius per gyrū altaris fundetur.Offerent ex ea caudam⁊ adipem qui opit vitalia : duos renūculos⁊ pinguedinē que iuxta ilia est reticulūq⁊ iecoris cū renūculis⁊ adolebit ea sacerdos sup altare. Incensū est dñi p delicto.Omnis mascul⁹ de sacerdotali ge nere in loco sancto vescet hijs carnib:qr sanctū sancto⁊ est . Sicut p pcto offert hostia:ita⁊ p delicto.Utriusq⁊ hostie lex vna erit. Ad sacerdotē qui eam obtulerit pertinebit.Sacerdos qui offert olocausti victimā:habebit pellez eius.Et omne sa crificiū simile qd coquit ī clibano.⁊ quic quid in craticula vel in sartagine ppar⁹ ei⁹ erit sacerdotis. a quo offert:siue oleo ⁊sperſa siue arida fuerint. Cunctis filijs aaron mēsura equa p singulos diuidetur. Hec est lex hostie pacificorū:que offertur dño . Si pro graciarumactione oblatio fuerit : offerent panes absq⁊ fermento . ⁊sperſos oleo⁊ lagana azima.vncta oleo

coctãq; simílã ⁊ colliridas. olei admixtõe
ꝓspsas: panes quoq; fermẽtatos cũ hostia
grãx q̃ immolaẽ ꝓ pacificis: ex quibꝫ vn⁹
pro ꝓmicijs offerẽ dño: ⁊ erit sacerdotis
qui fũdet hostie sãguinẽ. Cui⁹ carnes eatẽ
ꝓmedẽ die: nec remãebit ex eis quicq̃ vs-
q; mane. Si voto vl' spõte quispiã obtule
rit hostiã: eatẽ sil'r edẽtur die. Sz ⁊si quid
ĩ crastinũ remãserit: vesci licitũ est. Quic-
quid aũt terci⁹ ĩuenerit dies ignis absu-
met. Si quis ꝺ carnibꝫ victime pacificox
die tercõ ꝓmederit: irrita fiet ei⁹ oblacio
nec ꝓderit offerẽti: quinpoci⁹ q̃cunq; aĩa
tali se edulio ꝓtamĩauerit. ꝓuaricacõnis
rea erit. Caro q̃ aliquid tetigerit ĩmundũ
ñ ꝓmedẽ: sz ꝓburẽ igni. Qui fuerit im-
mũꝺ⁹ vescẽ ex ea. Aĩa polluta q̃ ederit de
carnibꝫ hostie pacificox q̃ oblata est dño
pibit ꝺ ꝓplis suis: ⁊ q̃ tetigerit ĩmũdiciaz
hoĩs vl' iumẽti siue oĩs rei q̃ polluere po-
test. ⁊ ꝓmederit de huiuscemõi carnibꝫ: in-
teribit de ꝓplis suis. Locutusq; est dñs ad
moysẽ dicẽs. Loq̃re filijs isrl'. Adipẽ ouis
⁊ bouis ⁊ capr̃ ñ ꝓmedetis. Adipẽ cadaue-
ris morticini ⁊ ei⁹ aĩalis qꝺ a bestia captũ
ẽ. habebitis ĩ varios vsus. Si quis adipẽ
qui offerri debz ĩ incẽsũ dñi ꝓmederit: pi-
bit ꝺ ꝓplo suo. Sãguinẽ quoq; oĩs aĩalis
ñ sumetis ĩ cibo: tã ꝺ ouibꝫ q̃ ꝺ pecoribꝫ.
Oĩs anĩa q̃ ederit sanguinẽ: pibit de ꝓplis
suis. Locutusq; ẽ dñs ad moysen dicens.
Loq̃re filijs isrl' dicẽs. Qui offert victimã
pacificox dño: offerat sil' ⁊ sacrificiũ ꝺ ẽ
libamẽta ei⁹. Tenebit manibꝫ adipez ho-
stie: et pectusculũ. Cũq; ambo oblata dño
ꝓsecrauerit tradet sacerdoti: qui adolebit
adipẽ sup altare: pectusculũ aũt erit aa-
ron ⁊ filioꝝ ei⁹. Arm⁹ quoq; dexter ꝺ pa-
cificox hostijs cedet ĩ ꝑmicias sacerdotis
Qui obtulerit sanguinẽ ⁊ adipẽ filiox aa
ron: ipe habebit ⁊ armũ dextx ĩ porcione
sua. Pectusculũ eĩ eleuacõis ⁊ armũ sepa-
cõis tuli a filijs isrl' de hostijs eox pacifi-
cis: ⁊ dedi aaron sacerdoti. ⁊ filijs ei⁹ lege
ppetua ab omni pplo isrl'. Hec ẽ vnctõ aa-
ron ⁊ filioꝝ ei⁹ ĩ ceremonijs dñi. die quo
obtulit eos moyses vt sacerdocõ fũgeren-
tur: ⁊ q̃ ꝑcepit eis dari dñs a filijs isrl' reli
gione ppetua. in generacõibꝫ suis. Ista ẽ
lex olocausti ⁊ sacrificij pro peccato atq;
delicto: ⁊ ꝓ ꝓsecracione ⁊ pacificox victi-
mis quã ꝓstituit dñs moysi in mõte syna
qñ mãdauit filijs isrl' vt offerrẽt oblacio-
nes suas dño in deserto syna. Ca. VIII.

Locutusq; ẽ dñs ad moysen dicens
Tolle aaron cum filijs suis. vestes
eox ⁊ vnctõnis oleũ: vitulũ ꝓ pec
cato. duos arietes canistrũ cũ azimis: et
ꝓgregabis omnẽ cetũ ad ostiũ tabernacu
li. Fecit moyses vt dñs imparat: ꝓgrega-
taq; omni turba ante foꝛes tabernaculi
ait. Iste est ꝓmo quẽ iussit dñs fieri. Sta-
timq; obtulit aaron ⁊ filios ei⁹. Cũq; la-
uisset eos. vestiuit pontifitẽ subucula li-
nea: accingẽs eũ balthEo. ⁊ induẽs eũ tu-
nica iacinctina: ⁊ desup humerale ĩposuit
qꝺ astringẽs cingulo aptauit rõnali in q̃
erat doctrina ⁊ veritas. Cidari quoq; te-
xit caput: ⁊ sup eaz ꝓtra frontẽ posuit la-
minaz aureã ꝓsecrataz ĩ sanctificacõe. sic̃
ꝓcepat ei dñs. Tulit ⁊ vnctõnis oleũ: quo
liniuit tabernaculũ cũ omni suppellectili
sua. Cũq; sanctificãs aspsisset altare septẽ
vicibꝫ vnxit illud ⁊ oĩa vasa eius: labrũq;
cũ basi sua sanctificauit oleo. Qꝺ fundens
sup caput aaron: vnxit eũ ⁊ consecrauit.
Filios quoq; eius oblatos cõsecrauit: ve-
stiuitq; tunicis lineis ⁊ cinxit baltheis: ĩ
posuitq; mitras vt iusserat dñs. Obtulit
⁊ vitulũ ꝓ peccato. Cunq; sup caput eius
posuissent aaron ⁊ filij eius manus suas.
immolauit eũ hauriẽs sanguinẽ: ⁊ tincto
digito tetigit cornua altaris p gyx. Quo
expiato ⁊ sanctificato: fudit reliquũ san-
guinẽ ad fundamẽta eius. Adipez ꝺo qui
erat sup vitalia ⁊ reticulũ iecoris duosq;
renũculos cũ aruinul' suis adoleuit sup
altare: vitulũ cum pelle ⁊ carnibꝫ ⁊ fimo
cremãs extra castra sic̃ ꝓcepat dño. Obtu
lit ⁊ arietẽ in olocaustũ. Sup cui⁹ caput
cũ ĩposuissent aaron ⁊ filij ei⁹ man⁹ suas
ĩmolauit eũ: ⁊ fudit sanguinẽ ei⁹ p circu-
itũ altaris. Ipmq; arietẽ in frusta pcidẽs
caput ei⁹ ⁊ artus ⁊ adipẽ adoleuit igni:
lotis ꝓus intestinis ⁊ pedibꝫ. Totũq; siml'
arietem incendit sup altare eoꝝ esset olo-
caustũ suauissimi odoris dño: sicut præce-
perat ei. Obtulit ⁊ arietem secundũ in cõ
secracionẽ sacerdotũ: posuerũtq; sup ca-
put ei⁹ aaron ⁊ filij ei⁹ man⁹ suas. Quez
cũ immolasset moyses: sumens ꝺ sanguie
tetigit extremum auricule dextre aaron,

Leuiticus

et pollicē manus eius dextre: silr̄ ⁊ pedis. Obtulit ⁊ filios aaron. Cūq; de sanguine arietis īmolati tetigisset extremū auriculę singulorum dextre. ⁊ pollicis manus ac dextri pedis: reliquū fudit sup altare per circuitū. Adipē vo et caudā. omnēq; pinguedīez q̄ opit ītestina: reticulūq; iecoris ⁊ duos renes cū adipibo suis ⁊ armo dextro sepauit. Tollēs aī de canistro azimoꝝ qđ erat coꝛā dño panes absq; fermēto. et collyridaꝝ aspsam oleo laganumq;. posuit sup adipes et armū dextꝝ: tradens sil' oia aaron ⁊ filijs ei⁹. Qui postq̄ leuauerī ea coꝛā dño. rursū suscepta đ manibo eoꝝ adoleuit sup altare olocausti: eoq; ꝓsecōis esset oblacio in odoꝛē suauitatis sacrificij dñi. Tulitq; pectusculū eleuās illud coꝛā dño de arietę ꝓsecracōis in ptē suā: sicut p̄cepat ei dñs. Assumēsq; vnguentū. ⁊ sanguinē qui erat ī altari aspersit sup aaron ⁊ vestimēta eius: et sup filios illius ac vestes eoꝝ. Cūq; sc̄ificasset eos ī vestitu suo: p̄cepit eis dicens. Coquite carnes ante fores tabnaculi: ⁊ ibi ꝓmedite eas. Panes quoq; ꝓsecracōis edite qui positi sūt in canistro: sicut p̄cepit mihi dñs dicēs. Aarō ⁊ filij ei⁹ ꝓmedent eos. Quicquid aī reliquū fuerit de carne ⁊ panibo. ignis absumet. De ostio quoq; tabnaculi ñ exibitis septē diebo: vsq; ad diē q̄ implebiī tp̄us cōsecracōis vre. Septē enim diebo finiī ꝓsecracio sicut impñtiaꝝ fc̄m est: vt rit⁹ sacrificij ꝓplereī. Die ac nocte manebitis ī tabernaculo: obs̄uantes custodias dñi ne moꝛiami. Dic enim mihi p̄ceptū ē. Fecerūtq; aaron ⁊ filij ei⁹ cūcta que locut⁹ est dñs p manū moysi. Capi. IX.

Factо aī octauo die vocauit moysen aaron ⁊ filios eius ac maioꝛes natu isrl': dixitq; ad aaron. Tolle de armēto vitulū p pcō. ⁊ arietē in olocaustū. vtrūq; immaculatū: et offer illos coꝛā dño: ⁊ ad filios israhel loq̄ris. Tolle hircum p pcō et vitulū atq; agnū anniculū ⁊ sine macula ī olocaustū: bouē ⁊ arietē p pacificis. ⁊ īmolatę eos coꝛā dño: in sacrificio singuloꝝ similā ꝓspsam oleo offerētes. Hodie enim dñs apparebit vob. Tulerī q̄ cūcta q̄ iusserat moysēs ad ostium tabnaculi: vbi cū oīs multitudo astaret ait moysēs. Iste ē s̄mo quē p̄cepit dñs facitę ⁊ apparebit vob gloꝛia ei⁹. Et dixit ad aaron. Accede ad altare: et īmola pro pcō tuo. Offer olocaustū: ⁊ dēpcare p te ⁊ p ꝓplo. Cūq; mactaueris hostiā ꝓpli: oꝛa p eis: sicut p̄cepit dñs. Statiq; aaron accedens ad altare īmolauit vitulū p pcō suo: cui⁹ sanguinē obtulerī ei filij sui. In q̄ tingēs digitū tetigit coꝛnua altaris: et fudit residuū ad basim ei⁹. Adipēq; ⁊ renūculos ac reticulū iecoꝛis q̄ sunt p pcō adoleuit super altare: sicut precepat dñs moysi. Carnes vo ⁊ pellē ei⁹ extra castra cōbussit igni. Immolauit ⁊ olocausti victimā. Obtulerīq; ei filij sui sanguinē ei⁹: quē fudit p altaris circuitū. Ipaz eciā hostiā in frusta ꝓcisaz cū capite ⁊ mēbris singulis obtulerī: q̄ oīa sup altare cremauit igni: lotis aq̄ prius ītestinis ⁊ pedibo. Et p pcō ꝓpli offerēs. mactauit hircū: expiatoq; altari fecit olocaustū. addēs ī sacrificō libamēta. q̄ piter offerunt ⁊ adolens ea sup altare: absq; ceremonijs olocausti matutini. Immolauit ⁊ bouē atq; arietē hostias pacificas ꝓpli. Obtulerūtq; ei filij sui sāguinē quē fudit sup altare ī circuitu: adipē aī bouis. ⁊ caudā arietis renūculosq; cū adipibo suis ⁊ reticulū iecoꝛis posuerī sup pectoꝛa. Cūq; cremati eēnt adipes super altare: pectoꝛa eoꝝ ⁊ armos dextros sepauit aaron eleuans coꝛā dño: sicut p̄cepat moysēs. Et extētēs manū ad ꝓplm bñdixit ei: sicq; ꝓpletis hostijs p pcō cato ⁊ olocaustis ⁊ pacificis. descēdit. Ingressi aī moysēs ⁊ aaron ī tabnaculū testimonij ⁊ deinceps egressi: bñdixerī ꝓplo. Apparuitq; gl'ia dñi omni multitudini: ⁊ ecce egressus ignis a dño deuoꝛauit olocaustū ⁊ adipes: qui erant sup altare. Qđ cum vidissent turbe: laudauerūt dñm ruentes in facies suas. Capi. X.

Arreptisq; nadab ⁊ abiu filij aarō thuribulis suis īposuerūt ignem ⁊ incensū desup offerētes coꝛā dño ignē alienū: qđ eis p̄ceptū nō erat. Egressusq; ignis a dño deuoꝛauit eos: ⁊ mortui sūt coꝛā dño. Dixitq; moysēs ad aaron. Hoc est qđ locutus est dñs. Sc̄ificaboꝛ ī hijs qui appropinquāt mihi: ⁊ in cōspectu omnis populi gloꝛificaboꝛ. Quod audiēs tacuit aaron. Vocatis aī moysēs. misahele ⁊ elisaphan. filijs oziel patrui aaron

ait ad eos· Ite ⁊ tollite frēs vr̃os de ꝓspectu sāctuarij: ⁊ asportate extra castra. Cōfestimq; pergentes tulerūt eos sicut iacebant vestitos lineis tunicis : ⁊ eiecerunt foras vt sibi fuerat imp̃atū . Locutusq; ē moyses ad aaron ⁊ ad eleazar ⁊ ythamar filios eius . Capita vr̃a nolite nudare. et vestimēta nolite cidere.ne forte moriamī: ⁊ sup omnē cetū oriat indigcio. Frēs vr̃i ⁊ ois domus isrl̃ plagant īcendiū qd̃ dñs suscitauit:vos aūt nō egrediemī fores tabernaculi:alioquin pibitis. Oleū quippe sancte vnctōis ē sup vos. Qui fecerūt oīa iuxta p̃ceptū moysi. Dixitq; dñs ad aarō Elinū ⁊ omne qd̃ īebriari potest ñ bibetis tu ⁊ filij tui qñ intrabitis ī tabnaculū testimonij ne moriamī q̃ preceptū sempiternū est ī generacōes vr̃as ⁊ vt habeatis scientiā discernēdi. ītер sanctū ⁊ ꝓphanū. inter pollutū ⁊ mūduz:doceatisq; filios isrl̃ oīa legittima mea q̃ locut⁹ est dñs ad eos p manū moysi. Locutusq; ē moyses ad aaron:⁊ ad eleazar ⁊ ythamar filios ei⁹ qui erāt resídui. Tollite sacrificiū qd̃ remānsit de oblacōe dñi ⁊ comedite illud absq; fermēto iuxta altare:q̃ sanctū sāctor̃ ē Comedetis aūt ī loco sācto qd̃ datū ē tibi ⁊ filijs tuis.ꝺ oblacōibꝫ dñi:sic p̃ceptū ē mihi Pectusculū quoq; qd̃ oblatum est.⁊ armū qui sepatus ē edetis ī loco mūdissimo tu ⁊ filij tui:⁊ filie tue tecū . Tibi eī ac liberis tuis reposita sūt ꝺ hostijs salutaribꝫ filiorū isrl̃:eoq; armū ⁊ pect⁹ ⁊ adipes qui cremanť ī altari. eleuaueŕt corā dño:⁊ ptineāt ad te. ⁊ ad filios tuos. lege ꝑpetua: sicut p̃cepit dñs. Inter hec bircū qui oblatus fuerat p peccato cū q̃reret moyses exustū repit iratusq; ꝓtra eleazar ⁊ ythamar filios aaron qui remānserāt ait· Cur ñ comedistis hostiā p peccato ī loco sācto q̃ sancta sanctor̃ ē!⁊ data vob̃ vt portetis iniquitatez multitudīs ⁊ rogetis p ea in conspectu dñi: p̃sertim cū de sanguine illius non sit illatū intra sancta.⁊ comedere debueratis eaz ī sanctuario sicut preceptum ē mihi.Rñdit aaron. Oblata ē hodie victima p peccato ⁊ olocaustū coram dño:mihi aūt accidit qd̃ vides . Quomō potui comedere eaz:aut placere dño ī ceremonijs mēte lugubri! Quod cū audisset moyses:recepit satisfactionē. Ca . XI.

Locutus est dñs ad moysen ⁊ aaron dicēs. Dicite filijs isrl̃. Custodite oīa que scripsi vobis: vt sim deus vr̃. Hec sunt aīalia q̃ comedere debetis de cūctis aīantibꝫ terre. Omne qd̃ habet diuersaz vngulā ⁊ ruminat ī pecoribꝫ comedetis. Quicquid aūt rumīat ⁊ habet vngulaz sz ñ diuidit eā.sic camel⁹ ⁊c. nō comedetis illud:⁊ ītер immūda reputabitis. Cirogrill⁹ qui rumīat vngulamq; nō diuidit īmūdus ē:lepus quoq; nam ⁊ ipe rumīat sed vngulam ñ diuidit:⁊ sus q̃ cū vngulaz diuidat ñ rumīat:hoz carnibꝫ ñ vescemī. Nec cadauera ꝓtingetis q̃ īmunda sūt vob̃. Hec etiā sūt q̃ gignūť ī aquis: ⁊ vesci licitū ē. Omne qd̃ habet pēnulas ⁊ squamas tam in mari q̃ in flumīnibꝫ ⁊ stagnis comedetis. Quicquid aūt pēnulas ⁊ squamas ñ habz eoz q̃ in aquis mouēť ⁊ viuūt abominabile vob̃ execrandūq; erit. Carnes eoz ñ comedetis: ⁊ morticina vitabitis. Cūcta q̃ ñ habēt pēnulas ⁊ squamas ī aquis polluta eŕt. Hec sūt q̃ de auibus ꝓmedere ñ debetis: ⁊ vitanda sūt vobis. Aquilā ⁊ gripbū ⁊ alietū ⁊ miluū. ac vulturē iuxta gen⁹ suū:⁊ oē coruini generis.ī silitudinē suā:strucōz ⁊ noctuā ⁊ larū ⁊ accipitrē iuxta genus suū: bubonē ⁊ mergulum ⁊ ibyn ⁊ cignū ⁊ onocrotalū ⁊ ꝓphirionē.herodionē.⁊ caradrionez iuxta gen⁹ suū:vpupā quoq; ⁊ vesptilionē.Omne de volucribꝫ qd̃ gradiť sup q̃tuor pedes aboīabile erit vob̃. Quicquid aūt ābulat quidē sup q̃tuor pedes sz hēt lōgiora retro crura p q̃ salit sup terrā. ꝓmedere debetis vt ē brucus ī genere suo.⁊ atthac⁹ atq; ophiomach⁹ atq; locusta:singl̃a iuxta gen⁹ suū. Quicquid aūt ex volucribꝫ.q̃tuor tantū habet pedes execrabile erit vob̃ :⁊ quicūq; morticina eoz tetigerit polluetur.⁊ erit īmund⁹ vsq; ad vesperā:⁊ si nēce fuerit vt portet quippiā hoz mortuū lauabit vestimenta sua ⁊ īmund⁹ erit vsq; ad occasum solis.Omne animal qd̃ habet quidez vngulā sed ñ diuidit eā. nec ruminat. immundū erit: ⁊ quicquid tetigerit illud ꝓtamīabiť. Qd̃ ambulat sup man⁹ ex cūctis animātibꝫ q̃ incedunt q̃drupedia:immundū erit. Qui tetigerit morticina eoz polluet vsq; ad vesperū:⁊ qui portauerit huiuscemodi cadauera lauabit vestimēta

Leuiticus

ſua. ⁊ īmūdus erit vſq; ad veſperū: qr oīa hec īmunda ſūt vobis. Hec quoq; īter pol luta reputabunt de hijs q̄ mouent ī tærra muſtela et mus ⁊ cocodrillus. ſingula iu xta gen⁹ ſuū: migale cameleon ⁊ ſtellio. et lacerta ⁊ talpa: oīa hec īmunda ſūt. Qui tetigerit mortticina eor īmund⁹ erit vſq; ad veſper: ⁊ ſuper quē ceciderit quicq̄ de mortticinis eor polluet. Tā vas ligneū et veſtimētū. q̄ pelles. ⁊ cilicia. ⁊ in quocūq; fit op⁹ tingēt aq̄. ⁊ polluta ert vſq; ad ve ſper: ⁊ ſic poſtea mūdabunt. Clas aūt fictī le ī qđ hor quicq̄ intro ceciderit polluet: ⁊ ideo frāgendū ē. Oīs cib⁹ quē comedetis ſi fuſa fuerit ſup eū aq̄ īmūd⁹ erit: ⁊ om ne liquēs qđ bibit ꝺ vniuerſo vaſe īmun dū erit. Et quicquid de mortticinis huiuſ cemodi ceciderit ſup illud īmūdū erit: ſi ue clibani. ſiue citropedes deſtruent. ⁊ ī mūdi ert. Fontes vo ⁊ ciſterne. ⁊ oīs aq̄r congregacio mūda erit. Qui mortticinū eor tetigerit polluet. Si ceciderit ſup ſemētē ñ polluēt eā: ſin aūt quiſpiā aq̄ ſemētē pfu derit. ⁊ poſtea mortticinis tacta fuerit: illi co polluet. Si mortuū fuerit aīal qđ licz vob congredere: qui cadauer ei⁹ tetigerit ī mūd⁹ erit vſq; ad veſpū. Et qui congederit ex eo quiſpiā ſiue portauerit. lauabit veſti mēta ſua: ⁊ immūdus erit vſq; ad veſpū. Omne qđ reptat ſup terrā aboīabile erit: nec aſſumet ī cibū. Quicquid ſup pect⁹ q̄ drupes g̃dit. ⁊ multos hē pedes ſiue p hu mū trahit ñ congredetis. qr abomīabile eſt. Nolite contamīare aīas vras: nec tangatis quicq̄ eor ne īmūdi ſitis. Ego ſū dñs de⁹ vr. Scti eſtote: qr ego ſctus ſum. ne pollu atis aīas vras ī omni reptili qđ mouetur ſup terrā. Ego ei ſum dñs qui eduxi vos de terra egipti: vt eē vob in deū. Scti e ritis: qr ego ſctus ſū. Iſta ē lex aīantiū ac volucr ⁊ oīs aīe viuētis q̄ mouet in aq̄ ⁊ reptat ī terra: vt dras noueritis mūdi et immūdi: ⁊ vt ſciatis quid comedere et re ſpuere debeatis. Capi. XII.

Locutuſq; eſt dñs ad moyſen di cens. Loqre filijs iſrl: ⁊ dices ad eos. Mulier ſi ſuſcepto ſemīe pe perit maſculū immūda erit ſeptē dieb⁹ iu xta dies ſepacionis mēſtrue: ⁊ die octauo circūcidet infantulus: ipa vero triginta trib⁹ dieb⁹ manebit ī ſanguine purificaci onis ſue. Omne ſctm nō tanget: nec īgre diet in ſāctuariū donec īpleant dies pur gacōis ſue. Sin aūt feminā pepit immūda erit duabus ebdomadib⁹ iuxta ritū flux⁹ mēſtrui: ⁊ ſexagīta ſex dieb⁹ manebit ī ſā guine purificacōis ſue. Cūq; expleti fue rint dies purificacōis ſue p filio ſiue pro filia deferet agnū āniculū in olocauſtū et pullū colūbe, ſiue turturē p pcto ad oſtiū tabernaculi teſtimonij ⁊ tradet ſacerdoti: qui offeret illa cora dño. ⁊ orabit p ea: et ſic mūdabit a pfluuio ſanguis ſui. Iſta ē lex pturientis maſculū ⁊ feminā. Qđ ſi nō inuenerit man⁹ eius nec potuerit of ferre agnū: ſumet duos turtures vl duos pullos colūbar: vnū in olocauſtū ⁊ alte rum p pcto. Orabitq; p ea ſacerdos ⁊ ſic mundabitur. Capi. XIII.

Locutuſq; eſt dñs ad moyſen ⁊ aa ron dicens. Homo in cuius cute ⁊ carne ortus fuerit diverſus co lor ſiue puſtula. aut lucens quippiaz id eſt plaga lepre: adducet ad aaron ſacerdotē vel ad vnūquēlibz filior ei⁹. Qui cū vide rit lepra in cute. ⁊ pilos in albū mutatos colorē. ipamq; ſpeciē lepre humiliorē cute ⁊ carne reliq̄: plaga lepre ē. ⁊ ad arbitriū eius ſepabit. Sin aūt lucens candor fue rit in cute. nec humilior carne reliq̄: ⁊ pili coloris puſtini: recludet eū ſacerdos ſeptē dieb⁹. ⁊ conſiderabit die ſeptimo. Et ſiquidez lepra vltra nō creuerit. nec trāſierit ī cu te priores terminos: rurſū recludet eū ſe ptem dieb⁹ alijs: ⁊ die ſeptimo contēplabit. Si obſcurior fuerit lepra ⁊ ñ creuerit in cute mūdabit eā qr ſcabies ē: lauabitq; hō veſtimēta ſua. ⁊ mūdus erit. Qđſi poſtq̄ a ſacerdote viſus ē ⁊ reddit⁹ mūdicie ite rū lepra creuerit adducet ad eū: ⁊ īmun dicie condēnabit. Plaga lepre ſi fuerit ī ho mine adducet ad ſacerdotē: ⁊ videbit eū. Cumq; color albus in cute fuerit. ⁊ capillor mutauerit aſpectū. ipſa quoq; caro viua apparuerit: lep̄ vetuſtiſſima iudicabit. at q; inolita cuti. Cōtamīabit itaq; eū ſacer dos. ⁊ ñ recludet: qr pſpicue īmūdicie eſt. Sin aūt effloruerit diſcurrēs lep̄ ī cute. et operiet omnē carnez a capite vſq; ad pe des. quicquid ſub aſpectu oculorū cadit: conſiderabit eū ſacerdos. ⁊ teneri lepra mun diſſima iudicabit. eoq; oīs ī candorez vſa

sit:⁊ idcirco hō mūdus erit. Oñ vero caro viuēs in eo apparuerit. tūc sacerdotis iudicō polluet̄:⁊ ītēr īmūdos reputabit̄. Caro eī viua si lepra aspgit̄:īmūda ē. Od̄ si rursū versa fuerit ī albozē ⁊ totū hoiem opuerit:pfidērabit eū sacerdos.⁊ mōm eē ꝺcernet. Caro aūt ⁊ cutis ī q̄ vlc⁹ natū ē ⁊ sanatū. ⁊ ī loco vlceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa: adducet̄ hō ad sacerdotē . Qui cū viderit locū lepre hūiliorem carne reliq̄.⁊ pilos versos ī candorē:ptamīabit eū. Plaga enim lep̄ orta ē ī vlcere Od̄ si pil⁹ coloris ē pristini ⁊ cicatrix subobscura. ⁊ vicina carne ñ ē hūlior:recludet eū septē diebꝫ. Et siquidē creuerit. adiudicabit eū lepre:sin aūt stetērit in loco suo.vlceris ē cicatrix:⁊ hō mūd⁹ erit. Caro aūt ⁊ cutis quā ignis exusserit ⁊ sanata albā siue rufā habuerit cicatricē: pfidērabit eā sacerdos. Et ecce versa ē in albozē. ⁊ loc⁹ ei⁹ reliq̄ cutē ē hūlior: ptamīabit eū:qz plaga lepre in cicatrice orta est. Od̄si pilꝯ color ñ fuerit īmutat⁹.nec humilior plaga carne reliq̄. ⁊ ipsa lepre spēs fuerit subobscura:fcludꝫ eū septē diebꝫ:⁊ die septīo ptēplabit̄. Si creuerit ī cutē lepra ptamīabit eū:sin aūt ī loco suo cādor stetērit ñ satis clar⁹ . plaga ꝓbustiōis ē ⁊ idcirco mūdabit̄ qz cicatrix est ꝓbusture. Elir siue mlr̄ ī cui⁹ capite vel barba germīauerit lepra:vidēbit eos sacerdos. Etsi quidē hūlior fuerit loc⁹ carne reliq̄. ⁊ capill⁹ flau⁹. solitoqꝫ sūtilior:ptamīabit eos:qz lep̄ capitis ac barbe ē. Sin aūt viderit locū macule eq̄lē vicīe carni.⁊ capillū nigr̄:fcludꝫ eos septē diebꝫ: ⁊ die septīo ītuebit̄. Si ñ creuerit macula.⁊ capillus sui coloris ē.⁊ loc⁹ plage carni reliq̄ eq̄lis radet̄ hō absqꝫ locu macule: ⁊ fcludet̄ septē diebꝫ alijs. Si die septīo visa fuerit stetisse plaga ī loco suo.nec hūlior carne flīq̄. mūdabit eū: lotisqꝫ vestibꝫ suis mūd⁹ erit Sin aūt p⁹ emūdacōz.rurs⁹ creuerit macula ī cutē.ñ q̄ret āpli⁹ vtr̄ capill⁹ ī flauū colorē sit ꝓmutat⁹:qz apte īmūd⁹ ē. Porro si stetērit macula.⁊ capilli nigri fuerīt nouerit hoīem sanatū eē: ⁊ pfidēter eū pnūciet mūdū. Elir siue mlr̄ ī cui⁹ cutē candor apparuerit:intuebit̄ eos sacerdos. Si depḥēdit sūobscur̄ albozē lucere ī cutē:sciat ñ eē lepā. sꝫ maculā coloris candidi:⁊ hoīez mūdū. Elir ō cui⁹ capitē capilli fluūt.calu⁹ ⁊ mūd⁹ ē. Etsi a frōte ceciderint pili:recalualster ⁊ mūd⁹ ē. Sin aūt in calui cio siue ī recaluacōe albꝫ vel ruf⁹ color fuerit exort⁹.⁊ hoc sacerdos viderit:pnabit eū haut dubie lep̄:q̄ orta ē in caluicio. Quicūqꝫ g̃ maculat⁹ fuerit lep̄.⁊ sepat⁹ ē ad arbitriū sacerdotis: hababit vestimēta dissuta caput nudū. os veste ptectum:ptaminatū ac sordidū se clamabit. Omni tpe q̄ leprosus ē ⁊ īmūd⁹:sol⁹ habitabit extra castra. Uestis lanea siue linea.q̄ lepā habuerit ī stamine atqꝫ subtegmine aut certe pell' vl' quitquid ex pelle pfectū ē:si alba vel rufa macula fuerit īfecta.lepa reputabit̄:oñdet̄qꝫ sacerdoti. Qui si ꝺatā recludꝫ septē diebꝫ:⁊ die septīo rursus aspiciēs.si dēphēdit creuisse.lep̄ pseuerans ē:pollutū iudicabit vestimētū.⁊ omne ī q̄ fuerit inuēta:⁊ idcirco ꝓburet̄ flāmis. Od̄si eam viderit ñ creuisse.pcipiet⁊ lauabūt ib ī q̄ lep̄ ē. recludetqꝫ illud septē diebꝫ alijs. Et cū viderit faciē quidē pstinā ñ reuersā nec tñ creuisse lepraz:immūdū iudicabit ⁊ igne ꝓburet:eoqꝫ īfusa sit ī supficie vestimēti vl' p totū lep̄. Sin aūt obscurior fuerit loc⁹ lep̄ postq̄ vestis ē lota abrūpet eū ⁊ a solio diuidet . Od̄si vltra apparuerit ī hijs locis q̄ pus immaculata erāt:lep̄ volatil' ⁊ vaga debꝫ igne ꝓburi. Si cessauerit. lauabit aq̄ ea q̄ pura sūt secūdo:⁊ mūda erit. Ista ē lex lep̄ vestimēti lanei ⁊ linei·stamīs atqꝫ subtegmīs. oīsq̄ supellectilis pellicie: quō mūdari debeat vel cōtaminari. Capi. XIIII.

Locutusqꝫ ē dñs ad moysē dicens. Hec ē rit⁹ leprosi qñ mūdand⁹ ē. Adducet̄ ad sacerdotē. Qui egressus ō castris.cū īuenerit lepā eē mūdatā precipiet ei qui purificat̄.vt offerat duos passeres viuos p se q̄s vesci licitū ē:⁊ lignū cedrinū vmiculūqꝫ ⁊ isopū. Et vnū ex passeribꝫ īmolari iubebit ī vase fictili super aq̄s viuētes:aliū aūt viuū.cū ligno cedrino ⁊ cocco ⁊ ysopo tinget ī sanguīe passeris īmolati. q̄ aspget illū qui mūdand⁹ ē septies. vt iure purget̄: ⁊ dimittet passerē viuū vt ī agr̄ auolet. Cūqꝫ lauerit hō vestimenta sua . radꝫ omnes pilos corpis ⁊ lauabit̄ aq̄.purificatusqꝫ ingredietur castra:ita dūtaxat vt māeat extra tabnaclū

ſuũ ſeptẽ dieb⁹: ⁊ die ſeptĩa radet capillos capitis.barbãq; ⁊ ſupcilia. ac tocius corporis pilos. Et lotis rurſũ veſtib⁹ ⁊ corpe die octauo aſſumet duos agnos ĩmaculatos.⁊ ouez ãniculam abſq; macula:⁊ tres decimas ſimile ĩ ſacrificiũ q̃ ꝓſpſa ſit oleo ⁊ ſeorſũ olei ſextariũ. Cũq; ſacerdos purificans hoĩez ſtatuerit eũ ⁊ hec oĩa coram dño ĩ oſtio tabnaculi teſtimonij: tollet agnũ ⁊ offeret eũ ꝓ delicto oleiq; ſextariũ. Et oblatis añ dñm oĩb⁹. ĩmolabit agnũ vbi ſolet ĩmolari hoſtia ꝓ pcõ ⁊ olocauſtũ:ib ẽ in loco ſancto. Sicut eĩ pro pcõ ita ⁊ ꝓ delicto. ad ſacerdotẽ ptinet hoſtia Sancta ſãctoꝝ ẽ . Aſſumẽſq; ſacerdos de ſanguine hoſtie q̃ ĩmolata ẽ ꝓ delicto ponet ſup extremũ auricule dextre eius qui mũdaꝫ.⁊ ſup pollices man⁹ ꝺxtre ⁊ pedis ⁊ de olei ſextario mittet ĩ manũ ſuã ſiniſtrã tingetq; digitũ dextꝝ ĩ eo.⁊ aſpget corã dño ſepties. Qꝺ aĩ reliquũ ẽ olei ĩ leua manu . fũdet ſup extremũ auricule dextre ei⁹ qui mũdaꝫ.⁊ ſup pollices man⁹ ac pedis ꝺxtri: ⁊ ſup ſãguinẽ qui effuſus ẽ pro delicto:⁊ ſup caput ei⁹. Rogabitq; pro eo corã dño:⁊ faciet ſacrificiũ ꝓ pcõ. Tunc ĩmolabit olocauſtũ:⁊ ponet illud ĩ altari cũ libamẽtis ſuis:⁊ hõ ritꝫ mũdabiꝫ. Qꝺ ſi paup ẽ. ⁊ nõ pt̃ man⁹ eius ĩuenire que dicta ſũt: ꝓ delicto ſumet agnũ ad oblacionẽ. vt roget ꝓ eo ſacerdos. decimãq; ptez ſimile. ꝓſpſe oleo ĩ ſacrificiũ. ⁊ olei ſextariũ. duoſq; turtures ſiue duos pullos colũbe:q̃z vnus ſit ꝓ pcõ.⁊ altꝫ ĩ olocauſtũ:offeretq; ea die octauo purificacõnis ſue ſacerdoti ad oſtiuz tabnaculi teſtionij corã dño. Qui ſuſcipiẽs agnũ ꝓ delicto.et ſextariũ olei. leuabit ſimul: ĩmolatoq; agno.ꝺ ſanguĩe ei⁹ ponet ſup extremũ auricule dextre ei⁹ qui mũdaꝫ:⁊ ſup pollices man⁹ ei⁹ ac pedis dextri. Olei ꝺo ptẽ mittet ĩ manũ ſuã ſiniſtrã:in q̃ tingẽs digitũ dextre man⁹ aſpget ſepties corã dño tangetq; extremuz dextre auricule illius qui mũdaꝫ.⁊ pollices man⁹ ac pedis dextri:ĩ loco ſanguĩs qui effuſus ẽ ꝓ delicto. Reliquã aĩ ptez olei q̃ ẽ in ſiniſtra manu.mittet ſuper caput purificati vt placet ꝓ eo dñm: ⁊ turturẽ ſiue pullũ colũbe offeret: vnũ ꝓ delicto.⁊ altez ĩ olocauſtũ cũ libamentis ſuis. Hoc eſt ſacrificiũ leproſi.qui hẽ non pt̃ oĩa in emũdacõz ſui. Locutuſq; ẽ dñs ad moyſẽ ⁊ aaron dicẽs. Cũq; ingreſſi fueritis terrã chanaan.quã ego dabo vobis in poſſeſſionẽ: ſi fuerit plaga lepre in edib⁹: ibit cui⁹ ẽ dom⁹ nũcians ſacerdoti.⁊ dicet. Quaſi plaga lepre videtur mihi eſſe in domo mea . At ille ꝓcipiet vt efferanꝫ vniuerſa de domo priuſq; ĩgrediaꝫ eaz. ⁊ videat vtꝝ leproſa ſit:ne ĩmũda fiant oĩa q̃ in domo ſunt. Intrabitq; poſtea vt ꝓſideret lepꝛã dom⁹:⁊ cũ viderit in parietib⁹ illius q̃ſi valliculas pallore ſiue rubore deformes.⁊ hũiliores ſupficie reliqua:egredieꝫ oſtiũ domus ⁊ ſtatim claudet illã ſeptẽ dieb⁹:reverſuſq; die ſeptimo ꝓſiderabit eaz. Si inuenerit creuiſſe lepꝛã iubebit erui lapides in quib⁹ lepꝛa eſt : et piciet eos extra ciuitatẽ in locũ immũdũ domũ aũt ipam radi intrinſecus per circuitum.⁊ ſpergi puluerẽ raſure extra vrbẽ in locũ immũdũ:lapideſq; alios reponi ꝓ bijs qui ablati fuerant. et luto alio liniri domũ. Sin aũt poſtq̃ eruti ſũt lapides.⁊ puluis elat⁹.⁊ alia terra lita. ĩgreſſus ſacerdos viderit reverſaz lepꝛã.⁊ pietes reſperſos maculis:lepꝛa ẽ pſeverãs.⁊ ĩmunda domus. Quãſtatim deſtruẽt:⁊ lapides eius ac ligna atq; vniverſũ puluerẽ picient extra opidũ in locũ ĩmundũ. Qui intrauerit domũ qñ clauſa eſt ĩmund⁹ erit vſq; ad veſpez ⁊ qui dormierit in ea ⁊ comederit in ea quippiam lauabit veſtimẽta ſua . Qꝺ ſi introiens ſacerdos viderit lepꝛam ñ creuiſſe in domo poſtq̃ denuo lita fuerit:purificabit eam reddita ſanitatꝫ. Et ĩ purificacõe ei⁹ ſumet duos paſſeres lignũq; cedrinum ⁊ ỽmiculũ atq; ỽſopũ:⁊ ĩmolato vno paſſere ĩ vaſe fictili ſup aq̃s viuas.tollet lignũ cedrinũ. ⁊ ỽſopũ ⁊ coccũ.⁊ paſſerẽ viuũ.⁊ tinget oĩa in ſanguĩe paſſeris immolati atq; ĩ aquis viuẽtib⁹ ⁊ aſpget domũ ſepties:purificabitq; eã tam in ſãguine paſſeris q̃ in aquis viuẽtib⁹:⁊ in paſſere viuo. lignoq; cedrino ⁊ ỽſopo . atq; ỽmiculo. Cũq; dimiſerit paſſerẽ auolare in agrũ libere: orabit ꝓ domo ⁊ iure mundabiꝫ. Iſta eſt lex omnis lepre ⁊ percuſſure lepre veſtium ⁊ domoruz. cicatricis et erumpenciũ papularum : lucentis macule et in varias ſpecies colorib⁹ immutatis:vt poſſit ſciri quo tpe mundum

ī ieabarim ī solitudīe q̄ respicit mabo:cō
tra orientalē plagam:et inde mouētes ve-
nerunt ad torrentē zareth. Quem relinq̄n
tes castrametati sūt ꝓtra arnon.que est in
deserto.⁊ prominet in finib⁹ amorrei. Si-
quidē arnon terminus est moab: diuidens
moabitas ⁊ amorreos. Unde dicit ī libro
bellorꝫ dñi Sicut fecit in mari rubro
sic faciet ī torrentib⁹ arnon. Declini torr
renciū iclinati sūt vt requiescerēt ī arnō
⁊ recūberēt in finib⁹ moabitarꝫ. Ex eo lo-
co apparuit putei. sup quo locutus est do
minus ad moysen. Cōgrega pplum : ⁊ da-
bo ei aquam . Tūc cecinit israhēl carmen
istud. Ascendat puteⁱ concinebāt:puteus
quē foderūt pncipes:⁊ parauerunt duces
mlt̄itudinis.ī datore legis ⁊ ī baculꝰ suis.
ꝑfectiq; sūt. De solitudine:mathana. De
mathana:nahalihel. De nahalihel. in ba-
moth. Bamoth vallis est ī regione moab
in vertice fasga:⁊ quod respicit contra de-
sertum. Misit autē israhel nūcios ad seō
regem amorreorum dicens Obsecro vt trā-
sire mihi liceat ꝑ terram tuam. Non decli-
nabimus in agros ⁊ vineas:non bibemus
aquas ex puteis . Via regia egredie-
mur: donec transeam⁹ terminos tuos. Qui cō-
cedere noluit vt transiret israhel per fines
suos:quinpoci⁹ exercitu ꝯgregato egres-
sus est obuiaꝫ in desertum ⁊ venit in iasa
pugnauitq; contra eum. A quo ꝓcussus ē
in ore gladij:⁊ possessa est terra eius ab ar
non vsq; iebot.⁊ filios āmon:quia forti p̄
sidio tenebanⁱ termī āmonitarꝫ. Tulit ḡ
israhel omnes ciuitates eius:et habitauit
in vrbib⁹ amorrei:in esebon scilicet ⁊ vicu
lis eius. Urbs esebon fuit regis seon amor
rei.qui pugnauit contra regem moab: et
tulit omnem terram que dicionis illi⁹ fu-
erat vsq; arnon. Idcirco dicīⁱ in ꝓuerbio
Uenite ī esebō:edificēⁱ ⁊ ꝓstruaⁱ ciuitas
seon . Ignis egressus est de esebon.flāma
de opido seon:⁊ deuorauit armoabitarꝫ.⁊
habitatores excelsorꝫ arnō. Ue tibi moob:
peristi pple chamos . Dedit filios eius in
fugam:⁊ filias in captiuitatē; regi amor
reorꝫ seon. Iugum ipsorum disperijt ab e-
sebon vsq; dibon:lassi peruenerunt in io-
phe vsq; medaba . Habitauit itaq; israhel
in terra amorrei . Misitq; moysēs qui ex-
plorarent iazer:cuius ceperunt viculos.

⁊ possederunt habitatores. Uertēruntq; se
⁊ ascenderunt per viam basan:⁊ occurrit
eis og rex basan cum omī populo suo pu
gnaturus in edrai . Dixitq; dominus ad
moysen. Ne timeas eū:quia in manu tua
tradidi illum ⁊ omnem populum ac terrā
eius : facieſq; illi sicut feciſti seon regi a-
morreorum habitatori esebon. Percussēit
igitur ⁊ hunc cuꝫ filijs suis. vniuersumq;
populum eiⁱ vsq; ad internicōnez:⁊ posse
derunt terram illius. Profectiq; castrame
tati sunt in campestribus moab: vbi trās
iordanen hiericho sita est.

Capitulū. XXII.

Uidens autē balach filius sepho-
mīa que fecerat israhel amorreo
et q̄ pertimuissent eum moabitē.
et impetum eius ferre non possent : dixit
ad maiores natu madian. Ita delebit hic
populos omnes qui in nostris finibus co
morātur:quomodo solet bos herbas vsq;
ad radices carpere . Ipse erat eo tempore
rex in moab. Misit ergo nūcios ad balaā
filium beor ariolum.qui habitabat super
flumen terre filiorum āmon: vt vocarent
eum et dicerent. Ecce egressus est popul⁹
ex egipto qui operuit superficiem terre se
dens contra me. Ueni igitur ⁊ maledic po
pulo huic quia fortior me est:si quomodo
possim percutere et eicere eū de terra mea
Noui enim q̄ benedictus sit cui benedixe-
ris:et maledictus in quem maledicta con
gesseris Perrexerunt seniores moab ⁊ ma
iores natu madian: habentes diuinacōis
precium in manibus. Cumq; venissent ad
balaā.⁊ narrassēt ei oīa verba balach:ille
respondit. Manete hic nocte : ⁊ respon-
bo quicquid mihi dixerit dominus . Ma-
nentibus illis apud balaam:venit deus et
ait ad eum Quid sibi volunt homines isti
apd te? Respōdit. Balach filiⁱ sephor rex
moabitarꝫ misit ad me dicēs. Ecce popul⁹
qui egressus est de egipto operuit superfi
ciē terre:veni ⁊ maledic ei:si quomō pos-
sim pugnās abigere eum. Dixitq; deus ad
balaam. Noli ire cum eis neq; maledicas
populo.quia benedictus ē. Qui mane cō-
surgens.dixit ad principes. Ite in terram
vrāz:qr phibuit me deus venire vobiscum

Reuersi principes dixerunt ad balac. Noluit balaam venire nobiscum. Rursū ille multoplures ⁊ nobiliores quaꝫ antę miserat: misit. Qui cū venissent ad balaā. dixerūt. Sic dicit balac fili⁹ sephoꝛ Ne cūcteris venire ad me. Paratus sū honorare te ⁊ quicquid volueris dare Veni ⁊ maledic ꝓ̄ isto. Rñdit balaam. Si dederit mihi balac plenā domum suā argēti ⁊ auri. nō potero immutare verbū dñi dei mei: vt vl̄ plus vl̄ minus loquar. Obsecro vt h̄ māeatis eciā hac nocte: ⁊ scire queā quid mihi rursū respōdeat dñs. Venit ergo de⁹ ad balaam nocte: ⁊ ait ei. Si vocare te venerūt hoīes isti. surge ⁊ vade cū eis: ita dūtaxat. quod p̄cepero tibi facias Surrexit balaam mane: et strata azina ꝓfectus est cum eis: ⁊ iratus est deus. Stetitqꝫ angel⁹ domini in via ꝓtra balaaꝫ qui sedebat azine: ⁊ duos pueros habebat secū. Cernens azina angelū stantem ī via euaginato gladio: auertit se de itinere. ⁊ ibat per agrum Quam cum verberaret balaaꝫ ⁊ vellet ad semitam reducere: stetit angelus in angustijs duaꝝ maceriarum quibus vinee cingebantur. Quem videns azina iunxit se parieti: ⁊ attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat: ⁊ nihilominus angel⁹ ad locum angustum transiens. vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari obuius stetit. Cunqꝫ vidisset azina stantē angelum: concidit sub pedibus sedentis. Qui iratus vehementius cedebat fuste latera eius. Aperuitqꝫ dominus os azine. ⁊ locuta est Quid feci tibi Cur percutis me ecce iam tercio. Respondit balaam Quia cōmeruisti: ⁊ illusisti mihi. Vtinam haberem gladium vt te percuterem. Dixit azina. Nonne animal tuum sum. cui semp sedere cōsuesti: vsqꝫ in presentem diem. Dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait. Nunq̄. Protinus aperuit dñs oculos balaam: ⁊ vidit angelum stantꝫ in via euaginato gladio: adorauitqꝫ eum pronus in terram. Cui angelus Cur inquit tercio verberas azinam tuam: Ego veni vt aduersarer tibi: quia peruersa est via tua: mihiqꝫ contraria. Et nisi azina declinasset de via dans locum resistenti: te occidissem ⁊ illa viueret. Dixitqꝫ balaam. Peccaui: nesciēs q̄ tu stares ꝓtra me. Et nūc si displicet tibi vt vadam. reuertar: Ait āgel⁹ Vade cum istis: ⁊ caue ne aliud quam precepero tibi loquaris. Iuit igitur cum p̄n cipibus. Quod cum audisset balac: egressus est in occursum eius in opido moabitarum quod situm est in extremis finib⁹ arnon. Dixitqꝫ ad balaam. Misi nuncios vt vocarēt te. Cur non statim venisti ad me. an qꝛ mercedem aduentui tuo reddere nequeo. Cui ille respondit. Ecce assum. Nunquid loqui potero aliud nisi q̄ deus posuerit in oꝛe meo Perrexerunt ḡ simul ⁊ venerunt in vrbē que in extremis regni eius finib⁹ erat. Cunqꝫ occidisset balac boues ⁊ oues: misit ad balaam ⁊ principes qui cum eo erant munera. Mane autēꝫ facto. duxit eum ad excelsa baal: ⁊ intuitus est extremam partem populi.

Capitulū. XXIII.

Dixitqꝫ balaam ad balac. Edifica mihi hic septem aras: et para totidem vitulos: eiusdemqꝫ numeri arietes. Cunqꝫ feciſſet iuxta sermonem balaam: imposuerunt simul vitulum ⁊ arietem super arā. Dixitqꝫ balaam ad balac. Sta paulisper iuxta olocaustum tuū donec vadam. si forte occurrat mihi domin⁹ ⁊ quodcūqꝫ imperauerit loquar tibi. Cunqꝫ abisset velociter occurrit illi deus. Locutusqꝫ ad eum balaaꝫ. septem inquit aras erexi: ⁊ imposui vitulum ⁊ arietem desup Dominus autem posuit verbum ī oꝛe ei⁹ ⁊ ait. Reuertere ad balac: ⁊ hec loqueris. Reuersus inuenit stantem balac iuxta olocaustum suum ⁊ omnes principes moabitarum: assumptaqꝫ parabola sua dixit. De aran adduxit me balac rex moabitaꝝ de montibus oꝛientis. Veni inquit ⁊ male dic iacob: ꝛ̄era et detestare israhel. Quomodo maledicā: cui non maledixit deus. Qua racōne detester: quem dñs non detestatur. De sūmis silicib⁹ videbo eum. et de collibus considerabo illum. Populus sol⁹ habitabit: ⁊ inter gentes nō reputabitur Quis dinumerare possit puluerē iacob. ⁊ nosse numerū stirpis isr̄l̄. Moꝛiatur anima mea moꝛte iustoꝝ: ⁊ fiāt nouissīa mea hoꝝ similia Dixitqꝫ balac ad balaā. Quid ē hoc quod agis. Vt malediceres īimicis meis vocaui te. ⁊ tu ecōtrario bñdicis eis

Cui ille rñdit . Num aliud possum loqui: nisi quod iusserit dñs? Dixit ergo balach Veni mecũ in altẽz locũ. vnde partẽz ísrl' videas. ⁊ totũ videre nõ possis: inde maledicito ei Cũqz duxisset eũ in locũ sublimẽ sup verticẽ mõtis phasga. edificauit balaam septẽ aras: ⁊ impositis sup. vitulo atqz arietẽ: dixit ad balach . Sta hic iuxta holocaustũ tuũ: donec ego obuiã pgã. Cui cũ dñs occurrisset: posuissetqz verbũ ĩ ore eí⁹ ait . Reuertere ad balach: ⁊ hec loqris ei . Reuersus inuenit eũ stantẽ iuxta holocaustũ suũ: ⁊ pncipes moabitaz cũ eo Ad quẽ balach. Quid inquit locut⁹ẽ dñs? At ille assumpta parabola sua ait. Sta balac ⁊ ausculta: audi fili sephor. Nõ ẽ de⁹ quasi hõ vt menciaf: nec vt filí⁹ homĩs vt mutetur. Dixit g̃ ⁊ nõ faciet: locut⁹ ẽ ⁊ nõ implebit? Ad benedicendũ adduct⁹ sũ: benedictionem phibere non valeo. Non ẽ ỹdolum in iacob: nec videf simulacrũ in ísrl'. Dñs deus eius cũ eo ẽ : ⁊ clangor victorie regis in illo. Deus eduxit illũ de egipto: cuius fortitudo similis ẽ rinocerotis. Nõ est augurium in iacob: nec diuinacio ĩ ísrahel. Temporibz suis dicef iacob et ísrahel. quid operatus sit deus. Ecce populus vt leena ꝓsurget: ⁊ q̃sí leo erigef . Nõ accubabit donec deuoret pdaz: ⁊ occisoz sãguinem bibat Dixitqz balach ad balaam. Nec maledicas ei nec benedicas . Et ille. Nonne ait dixi tibi: ꝙ quicquid de⁹ mihi imperaret hoc facerẽ? Et ait balach ad eũ Veni ⁊ ducam te ad aliũ locũ: si forte placeat deo vt inde maledicas eis. Cũqz duxisset eũ sup verticẽ mõtis phogor qui respicit solitudiem: dixit ei balaam Edifica mihi hic septẽ aras: ⁊ para totidẽ vitulos eiusdẽqz numeri arietes. Fecit balach vt balaam dixerat: imposuitqz vitulos ⁊ arietes per singulas aras.

Capitulum. XXIIII.

Quinqz vidisset balaam qõ placeret dño vt benediceret ísrahelí. neq̃q̃ abijt vt ante perrexerat vt auguriũ q̃reret. sz dirigens ꝓtra deſtũ vultũ suũ. ⁊ eleuãs ocl'os vidit ísrl' ĩ tẽtoribz cõmorãtẽ p tribz suas: ⁊ irruentẽ in se spiritu dei. assumpta parabola ait Dixit balaam filí⁹ beor: dixit hõ cui obturat⁹ẽ ocl'us dixit auditor ſmonẽ dei qui visionẽ oĩpotentis ītuitus est: qui cadit. ⁊ sic apũtur oculi ei⁹ Quãpulcra tabnacula tua iacob ⁊ tẽtoria tua ísrl': vt valles nemorose . vt orti iuxta fluuios irrigui : vt tabnacula q̃ fixit dñs: q̃si cedri ꝑter aq̃s Fluet aq̃ de situla ei⁹: ⁊ semẽ illi⁹ erit in aq̃s multas. Tollef ꝑter agag rex ei⁹: ⁊ auferetur regnũ illi⁹. Deus eduxit illũ de egipto: cui⁹ fortitudo silis ẽ rinocerotis. Deuorabũt gẽtes hostes illi⁹: ossaqz eor ꝓfringẽt: ⁊ pforabũt sagittis Accubãs dormiuit vt leo ⁊ q̃si leena quã suscitare nullus audebit. Qui bñdixerit tibi erit ipe bñdictus: qui maledixerit ĩ maledictõe reputabif. Iratusqz balach ꝓtra balaã: pplosis manibus ait. Ad maledicẽdũ inimicis meis vocaui te. quib⁹ ecõtrario tercõ bñdixisti. Reuertere ad locũ tuũ. Decreuerã quidẽ magnifice honorare te: sz domin⁹ ꝑuauit te honore dispositio. Rñdit balaam ad balach. Nõne nũcijs tuis q̃s misisti ad me dixi. si dederit mihi balach plenã domũ suã argẽti ⁊ auri. ñ potero ptrire ſmonẽ dñi dei mei. vt vl' boni quid vl' mali ꝑferã ex corde meo: sz quicquid dñs dixerit. hoc loquar Verũtamẽ pgẽs ad pl'um meũ. dabo ꝙsiliũ: quid pl'us tu⁹ huic pl'o faciet extremo tpe Sũpta igif parabola. rursũ ait. Dixit balaã filí⁹ beor: dixit hõ cui⁹ obturatus ẽ oculus: dixit auditor sermonum dei. qui nouit doctrinam altissimi. ⁊ visiones omnipotentis videt: qui catẽs apertos habet oculos. Videbo eum sed nõmodo: ītuebor illũ: sz non ꝑpe. Orietur stella ex iacob. et ꝙsurget virga de ísrahel : et percuciet duces moab. vastabitqz omnes filios seth: et erit ỹdumea possessio eius hereditas seir cedet inimicis suis: ísrahel vero fortiter agget De iacob erit qui dominef: ⁊ pdat reliquias ciuitatis . Cũqz vidisset amalech: assumens parabolam ait Principiũ gẽciũ amalech: cuius extrema perdentur. Vidit quoqz cineũ: ⁊ assumpta parabola ait Robustum quidez est habitaculũ tuũ: sz si in petra posueris nidum tuũ. ⁊ fueris electa de stirpe cin quamdiu poteris permanere Assur enĩ capiet te. Assũptaqz parabola: iterum locutus est. Heu quis victurus est quando ista faciet deus? Venient in trieribz de ỹtalia . supabũt assirios. vastabũtqz hebreos: ⁊ ad extremũ etiam ipi peribunt

Surrexitq; balaã ⁊ reuersus ẽ ĩ locũ suũ: balac q̃ꝫ via q̃ venerat rediit. Ca.XXV

Morabaꝫ aũt eo tpe israhel in sethĩ ⁊ fornicatus est populus cũ filiabꝫ moab. que vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comedẽrũt: ⁊ adorauerunt deos eaꝝ. Iniciatusq; est isrl̃ beelfegor. Et irat⁹ dñs ait ad moysen . Tolle cũctos pncipes populi. ⁊ suspende eos cõtra solẽ in patibulis: vt auertaꝫ furor meus ab isrl̃. Dixitq; moyses ad iudices isrl̃ Occidat vnusquisq; pximos suos qui iniciati sũt beelfegor. Et ecce vn⁹ de filijs isrl̃ intrauit corã frib⁹ suis ad scortũ madianiten. videte moyse ⁊ oĩ turba filioꝝ isrl̃: qui flebant añ fores tabnaculi. Qd cũ vidisset finees fili⁹ eleazari filij aarõ sacerdotis. surrexit de medio mltitudĩs: ⁊ arepto pugione ingressus ẽ post vir̃ israheliten ĩ lupanar: ⁊ pfodit ambos simul virũ scz ⁊ mulierẽ in locis genitalib⁹. Cessauitq; plaga a filijs isrl̃: ⁊ occisi sunt vingintiq̃tuor milia hominum. Dixitq; dñs ad moysen Finees filius eleazari filij aaron sacerdotis auertit irã meã a filijs israhel : qr zelo meo cõmotus est ptra eos: vt nõ ipe delerem filios israhel in zelo meo. Idcirco loquere ad eũ. Ecce do ei pacem federis mei ⁊ erit tam ipi q̃ semini ei⁹ pactũ sacerdocij sempiternũ: qr celat⁹ ẽ p deo suo . ⁊ expiauit scel⁹ filioꝝ isrl̃. Erat aũt nomen viri israhelite qui occisus ẽ cũ madianitide zambri fili⁹ salu: dux de cognacõe ⁊ tribu symeonis Porro mulier madianitis q̃ paritur interfecta est vocabaꝫ cozbi: filia surpncipis nobilissimi madiãitaꝝ. Locutusq; ẽ dñs ad moysen dicens. Hostes vos sẽciant madianite ⁊ pcutite eos: qr ⁊ ipi hostiliter egerũt ptra vos. ⁊ decepere insidijs p ydolũ phogor. ⁊ cozbi filiam ducis madiã sororẽ suã: que pcussa est in die plage p sacrilegio phogor.

Capitulum. .XXVI.

Postq̃ noxioꝝ sanguis effusus est: dixit dñs ad moysen ⁊ eleazarum filium aaron sacerdotem. Numerate omnem sũmam filiorum israhel a viginti annis ⁊ supra per domos et cognacões suas: cũctos qui possunt ad bella pcedere Locuti sũt itaq; moyses ⁊ eleazar sacerdos ĩ cãpestrib⁹ moab sup iordanen ptra hiericho ad eos qui erãt a viginti annis ⁊ sup sic̃ dñs ĩperarat: q̃ꝫ ẽ iste numer⁹ Rubẽ: pmogenit⁹ israhl̃. Hui⁹ fili⁹ enoch. a q̃ familia enochitaꝝ: ⁊ phallu : a q̃ familia phalluitarũ: ⁊ esrom. a q̃ familia esromitarũ: ⁊ charmi. a q̃ familia charmitaꝝ Hi sũt familie ⁊ stirpe rubẽ: q̃ꝫ numer⁹ ĩuent⁹ ẽ q̃draginta milia ⁊ septingẽti triginta Fili⁹ phallu eliab: hui⁹ filij namuhel ⁊ dathã ⁊ abirõ Isti sũt dathan ⁊ abirõ . prĩcipes ppli qui surrexerũt ptra moysen ⁊ aaron ĩ sedicõe chore. qñ aduersus dñm rebellauerũt: ⁊ aperiens terra os suũ deuorauit chore morientib⁹ plurimis: qñ combussit ignis ducẽtos quinq̃ginta viros. Et factũ ẽ grãde miraculũ: vt chore pereũte filij illi⁹ nõ perirẽt Filij symeon p cognacões suas. namuhel ab hoc familia namuhelitaꝝ: iamin ab hoc familia iaminitaꝝ: iachin. ab hoc familia iachinitaꝝ: zare ab hoc familia zareitaꝝ: saul. ab hoc familia saulitarum Hi sũt familie ⁊ stirpe symeõ : q̃ꝫ omnis numer⁹ fuit vigintiduũ miliũ ducentoꝝ. Filij gad p cognacões suas: sephon. ab hoc familia sephonitaꝝ. aggi. ab hoc familia aggitaꝝ: suni. ab hoc familia sunitaꝝ: ozni. ab hoc familia oznitaꝝ: her. ab hoc familia heritaꝝ: arod. a q̃ familia aroditaꝝ: arihel. ab hoc familia arihelitaꝝ. Iste sũt familie gad q̃ꝫ omnis numer⁹ fuit q̃draginta milia quingentoꝝ . Filij iuda. her ⁊ onan: qui ambo mortui sũt in terra chanaan Fuerũtq; filij iuda p cognacões suas: sela a q̃ familia selaitaꝝ: phares. a q̃ familia pharesitarũ zare. a q̃ familia zareitaꝝ Porro filij phares: esrom. a q̃ familia esromitaꝝ: ⁊ amul a quo familia amulitaꝝ. Iste sunt familie iuda: quarũ omnis numer⁹ fuit septuagintasex milia quingentoꝝ. Filij ysachar per cognacões suas: thola. a quo familia tholaitaꝝ: phua. a quo familia phuaitaꝝ iasub. a quo familia iasubitarum: semran a quo familia semranitarum . Hi sunt cognacões ysachar: q̃ꝫ numerus fuit sexaginta q̃tuor milia trecentoꝝ Filij zabulon p cognacões suas: sared . a quo familia sareditaꝝ: helõ. a quo familia helonitarũ ialel . a q̃ familia ialelitaꝝ . Hi sunt cognacões zabulon: quarum numerus fuit sexaginta milia quĩgentoꝝ Filij ioseph per cognacões suas manasses ⁊ ephraim

de manasse ort⁹ est machir:a quo familia machiritarũ. Machir genuit galaad:a q̃ familia galaaditar. Galaad habuit filios iezer:a quo familia iezeritarum : ⁊ elech. a quo familia elechitarũ : ⁊ asriel. a quo familia asrielitarum:⁊ sechem. a quo familia sechemitharũ:⁊ semida. a quo familia semidaitar.⁊ epher. a q̃ familia epheritar. Fuit aũt epher pr̃ salphaad: qui filios non habebat sed tantũ filias q̃rũ ista sũt noĩa:maala.⁊ noa.⁊ egla.⁊ melcha.et thersa Hee sũt familie manasse:⁊ numer⁹ ear quinq̃gintaduo milia septingentor. Filij aũt ephraim per cognacões suas fuerunt hij Suthala.a quo familia suthalaitar:becher.a quo familia becheritar. thẽ.a quo familia themitar Porro filius suthala fuit herã:a quo familia heranitarũ. Hee sũt ꝯgnacões filior ephraim:q̃r numer⁹ fuit trigintaduo milia quingentor . Isti sũt filij ioseph p familias suas. Filij beniamin ĩ cognacõnib⁹ suis:bale.a quo familia baleitar : azbel.a quo familia azbelitarũ:achirã.a quo familia achiramitar:suphã.a quo familia suphamitarũ:uphã.a quo familia uphanitar. Filij bale:hered ⁊ noeman . Hec hered familia hereditarũ:de noeman familia noemanitarũ. Hij sũt filij beniamin p cognacões suas quor numerus q̃dragintaquinq; milia sex centor . Filij dan p cognacões suas:suhan.a quo familia suhanitarũ. Hee cognacões dan per familias suas. Omẽs fuere suhanitæ:quor numer⁹ erat sexaginta q̃tuor milia q̃drigentor: Filij aser p cognacões suas:iemna.a quo familia iemnaitar:iessui.a quo familia iessuitarum. brie a quo familia brieitar. Filij brie haber.a quo familia haberitarum:⁊ melchibel.a quo familia melchibelitarus Nomẽ aũt filie aser fuit sara. Hee cognacões filior aser:⁊ numerus eor quinq̃gintatria milia.q̃dringentor . Filij neptalim p cognacões suas:iessihel.a quo familia iessihelitar:guni.a quo familia gunitarum iaser.a quo familia iaseritar:sellẽ.a quo familia sellemitar. Hee sũt cognacões filiorũ neptalim per familias suas . quorum numerus q̃dragintaquinq; milia.q̃dringẽtorum . Ista est summa filiorum israhel qui recensiti sunt.sexcenta milia.et mille septingentitriginta. Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Istis diuidet̃ terra iuxta numerũ vocabulor in possessiones suas. Pluribꝰ maiorẽ ptẽ dabis.et pautioribus minorẽ:singlis sicut nũc recensiti sũt tradet̃ possessio:ita dũtaxat.ut sors terrã tribꝰ diuidat ⁊ familijs. Quicquid sorte cõtigerit.hoc vl̃ plures accipiãt vel pautiores Hic quoq; ẽ numer⁹ filior leui p familias suas Gerson.a quo familia gersonitarũ:caath.a quo familia caathitar:merari.a quo familia meraritar. Hee sũt familie leui.familia lobni.familia hebroni.familia mooli.familia musi. familia chori. Atvero caath.genuit amram:qui habuit uxorẽ iochabeth filiã leui.q̃ nata ẽ ei in egipto Hec genuit viro suo amrã filios aaron ⁊ moysen:⁊ mariã sororẽ eor Hec aaron orti sũt nadab ⁊ abiu ⁊ eleazar ⁊ ithamar:quor nadab ⁊ abiu mortui sũt.cum obtulissent ignẽ alienũ corã dño. Fuerũt q; omnes qui murmurati sũt vigintitria milia generis masculini ab vno mẽse ⁊ supra:qui ñ sũt recensiti inter filios israhel. nec eis cũ ceteris data possessio est Hic est numerus filior israhel. qui descripti sunt a moyse ⁊ eleazaro sacerdote ĩ cãpestribus moab supra iordanen ꝓtra iericho.inter quos nullus fuit eor qui ãte murmurati sũt a moyse ⁊ aaron in deserto synai. Predixerat ei dñs q; oẽs morerẽt̃ in solitudie Nullusq; remãsit ex eis : nisi chaleph filiꝰ iephone.⁊ iosue filiꝰ nun.

Capitulũ. .XXVII.

Et cū benefecerit dñs dño meo. recordaberis ancille tue: et tu bñfacies ei. Et ait dō ad abigail. Benedict⁹ dñs deus israr̄ qui misit te hodie in occursum meū: ⁊ bñdictum eloq̄um tuū: ⁊ benedicta tu q̄ phibuisti me hodie ne irem ad sanguinē ⁊ vlciscerer me manu mea. Alioq̄n viuit dñs de⁹ israr̄. qui phibuit me ne malū facerem tibi: nisi citō veniss̄es in occursū mihi. non remansisset nabal vsq̄ ad lucē matutinam mīgens ad parietē. Suscepit ergo dō de manu ei⁹. oīa q̄ attulerat ei: dixitq̄ ei. Vade pacifice in domū tuam. Ecce audiui vocē tuaz: ⁊ honoraui faciē tuā. Venit aī abigail ad nabal. Et ecce erat ei puiuiū in domo ei⁹ q̄si puiuiū regis: ⁊ cor nabal iocundū. Erat enim ebri⁹ nimis: ⁊ ñ indicauit ei ūbum pusillū aut g̃nde vsq̄ mane. Diluculo aī cū digessisset vinū nabal: īdicauit ei uxor sua ōba hec. Et emortuū est cor ei⁹ intrīsec⁹ et fact⁹ est quasi lapis. Cūq̄ pertransissent decem dies: percussit dominus nabal ⁊ mortu⁹ ē. Qō cum audisset dō mortuum esse nabal. ait. Benedict⁹ dñs q̄ iudicauit cām oprobrij mei de manu nabal: ⁊ fuū suum custodiuit a malo: et maliciam nabal reddidit dñs in caput ei⁹. Misit ergo dō ⁊ locutus est ad abigail: vt sumeret eā sibi in uxorē. Et venerūt pueri dauid ad abigail ī carmelum: ⁊ locuti sunt ad eaz dicentes. Dauid misit nos ad te: vt accipiat te sibi ī uxorē. Que psurgens adorauit pna in terram: et ait. Ecce famula tua sit in ancillam: vt lauet pedes puor̄ dñi mei. Et festīauit ⁊ surrexit abigail ⁊ ascendit sup azinū: et q̄nq̄ puelle ierunt cū ea pedisseque ei⁹. Et secuta est nūcios dauid: ⁊ facta ē illa uxor. Sz et achinoen accepit dauid de iesrael: et fuit utraq̄ uxor ei⁹. Saul aī dedit michol filiam suam uxorē dauid. phalchi filio lais: qui erat de gallim. Ca. XXVI.

ET venerunt ziphei ad saul in gabaa dicentes. Ecce dō absconditꝰ est in colle achille: q̄ est ex aduerso solitudinis. Et surrexit saul ⁊ descendit i desertū ziph. et cū ea tria milia viror̄ de electis israr̄: vt q̄reret dauid in deserto ziph. Et castrametat⁹ ē saul in gabaa achille: q̄ erat ex aduerso solitudīs in via. Dauid autem habitabat in deserto. Videns aūt q̄ venisset

saul post se in deptū: misit exploratores et
didicit q illuc venisset certissime. Et sur-
rexit dauid clam: ꝛ venit ad locū vbi erat
saul. Cūq vidisset locū ī q̄ dormiebat saul
ꝛ abner filiꝰ ner ꝓnceps milicie eiꝰ. ꝛ saulē
dormientē in tētorio et reliquū vulgꝰ p cir-
cuitū eiꝰ: ait dauid ad achimelech ethēū ꝛ
abisai filiū saruie frēm ioab dicens. Quis
descendet mecū ad saul ī castra? Dixitq; a-
bisai. Ego descendaz tecū. Venerūt g̃ dauid
et abisai ad pꝓlm noctē: ꝛ inuenerūt saul ia-
centē et dormientē in tētorio. ꝛ hastaz fixā
in terra ad caput eiꝰ: abner aū ꝛ pꝓlm dor-
mientes in circuitu eiꝰ. Dixitq; abisai ad
dauid. Conclusit deꝰ inimicū tuū hodie in
manꝰ tuas. Nūc g̃ pfodiam eū lancea in ter-
ra semel: et scōo opꝰ ñ erit. Et dixit dauid
ad abisai. Ne interficias eū. Quis enī exten-
det manū suam in xp̄m dñi: ꝛ īnocēs erit?
Et dixit dō. Viuit dñs: q̄ nisi dñs pcusse-
rit eū aut dies eiꝰ venerit vt moriaū. aut ī
preliū descēdens pierit: ꝓpicꝰ mihi sit dñs
ne extēdam manū meaz in xp̄m dñi. Nunc
igit̄ tolle hastam q̄ est ad caput eiꝰ ꝛ ciphū
aq̄: ꝛ abeamꝰ. Tulit igit̄ dō hastā. ꝛ ciphū
aque q̄ erat ad caput eiꝰ: et abierūt. Et non
erat quisq̄ qui videret ꝛ intelligeret ꝛ evi-
gilaret: sz omēs dormiebant: q̄ sopor dñi
irruerat sup eos. Cūq transisset dauid ex-
aduersō. et stetisset ī vertice mōtis de lōge
et esset grā de interuallū int̄ eos: clamauit
dauid ad pꝓlm et ad abner filiū ner dicēs.
Nonne rñdebis abner? Et rñdens abner a-
it. Quis es tu q̄ clamas: ꝛ inq̄etas regē? Et
ait dauid ad abner. Nūquid nō vir tu es?
Et q̄s aliꝰ sil̄is tui in isrl̄? Quare ergo nō
custodisti dñm tuū regez? Ingressus ē enī
vnꝰ de turba: vt interficeret regē dñm tuū.
Non ē bonū hoc q̄d fecisti? Viuit dñs q̄niā
filij mortis estis vos: q̄ ñ custodistis dñm
vr̄m xp̄m dñi. Nūc ergo vide vbi sit hasta
regis et vbi sit ciphꝰ aque q̄ erat ad caput
eiꝰ. Cognouit aū saul vocē dauid: ꝛ dixit.
Nunquid vox hec tua fili mi dauid? Et ait
dauid. Vox mea dñe mi rex. Et ait. Quam
ob causam dñs meꝰ pꝓsequit̄ ꝓuū suū? Quid
feci: aut q̄d est malū in manu mea? Nūc g̃
audi oro dñe mi rex ꝓba serui tui. Si dñs
incitat te aduersū me: odoret̄ sacrificium.
Si aūt filij hominū: maledicti sunt in cō-
spectu dñi q̄ eiecerunt me hodie vt non ha
bitez in hereditate dñi. dicentes: vade ꝓui
dijs alienis. Et nūc non effundat̄ sanguis
meus in terra coraz dñi: q̄ egressus ē rex
israel vt q̄reret pulicem vnū sicut psequit̄
perdix in montibus. Et ait saul. Peccaui.
Reuertere fili mi dauid. Nequaq̄ enī vlt̄
tibi malefaciam. eoq̄ pciosa fuerit anima
mea in oculis tuis hodie. Apparet enim q̄
stulte egerim: ꝛ ignorauerim mlta nimis.
Et rñdēs dauid ait. Ecce hasta regis: trās-
eat vnꝰ de pueris regis et tollat eam. Dñs
aūt retribuet vnicuiq;: ꝓm iusticiam suaz
et fidem. Tradidit enim te dñs hodie ī ma
nū meam: et nolui extendere manū meam
in xp̄m dñi. Et sicut magnificata ē anima
tua hodie in oculis meis: sic magnificetur
aīa mea ī oculis dñi et liberet me de omni
āgustia. Ait ergo saul ad dauid. Benedict̄
tu fili mi dauid. Et q̄dem faciens facies: ꝛ
potens poteris. Ca. XXVII.

Dixit aū dauid in viaz suam: ꝛ saul
reuersus est in locum suum. Et ait
dauid in corde suo. Aliq̄n incidaz
vna die in manus saul. Nonne vt melius est
vt fugiam. et saluer in tra philistinoꝝ: vt
desperet saul. cessetq; me q̄rere ī cunctis fi
nib⁹ isrl̄. Fugiaz ergo manꝰ eiꝰ. Et surre-
xit dauid: et abijt ipse ꝛ sexcenti viri cū eo
ad achis filiū maoch regē geth. Et habita
uit dauid cū achis in geth: ipse et viri eiꝰ:
et domꝰ eiꝰ et due vxores eiꝰ. achinoez ies-
rahelites ꝛ abigail vxor nabal carmeli. Et
nunciatū est saul q̄ fugisset dauid in geth
et nō addidit vltra q̄rere eū. Dixit autem
dauid ad achis. Si inueni grām in oculis
tuis det̄ mihi locus in vna vrbiū regionis
huiꝰ vt habitem ibi. Cur enim manet ꝓu
tuus in ciuitate regis tecū? Dedit ita ei a-
chis in die illa siclech. Propt̄ quam cau-
sam facta est siclech regū iuda: vsq; in diē
hanc. Fuit aū numerꝰ dierū q̄bus habita-
uit dauid in regione philistinoꝝ quatuor
mensiū. Et ascendit dauid et viri eius: et
agebant predas de gesuri. et de gezre. et de
amalechitis. Hij enim vagi habebant̄ in
terra antiq̄tus. euntib⁹ sur vsq; ad terram
egipti. Et percutiebat dauid omnem terraz
illoꝝ nec relinq̄bat viuentem vir et muli-
erem: tollensq; oues et boues et azinos et
camelos et vestes reuertebat̄: et veniebat
ad achis. Dicebat autem ei achis. In quē

irruisti hodie. Rn̄debat dauid. Cont̄ me-
ridiem iude et contra meridiem hieramel:
et contra meridiem ceni. Uirū ⁊ mulierem
non viuificabat dauid: nec adducebat in
geth dicēs: ne forte loquant̄ aduersū nos.
Hec fecit dauid: et hoc erat decretū illi oī-
bus diebꝫ q̄bus habitauit in regione phili-
stinoꝝ. Credidit ḡ achis dd̄ dicens. Mlta
mala ꝑpatus est ꝯtra ꝑplm̄ suum isrl̄. Erit
igit̄ mihi ſu⁹ sempit̄nus. ¶ Ca. XXVIII.

FActum est at̄ in diebꝫ illis: congre
gauerūt philistijm agmina sua vt
prepararent̄ ad bellū ꝯt̄ isrl̄. Dixitqꝫ
achis ad dauid. Sciens nūc scito: quoniā
mecum egredieris in castris. tu ⁊ viri tui.
Dixitqꝫ dauid ad achis. Nūc scies q̄ factu
rus est ſu⁹ tuus. Et ait achis ad dauid. Et
ego custodem capitis mei ponam te cūctis
diebꝫ. Samuel at̄ mortu⁹ est planxitqꝫ eū
omnis isrl̄: et sepelier̄t eū in ramatha vrbe
sua. Et saul abstulit magos et ariolos de
terra: ⁊ int̄fecit eos q̄ phitones habebant
in ventre. Congregatiqꝫ sunt philistijm et
venerūt ⁊ castrametati sunt in sunaz. Cō-
gregauit at̄ ⁊ saul vniuersū isrl̄: ⁊ venit in
gelboe. Et vidit saul castra philistijm ⁊ ti-
muit: et expauit cor ei⁹ nimis. Consuluit-
qꝫ dn̄m: et non rn̄dit ei neqꝫ ꝑ somnia neqꝫ
ꝑ sacerdotes neqꝫ ꝑ ꝓph̄as. Dixitqꝫ saul ser
uis suis. Querite mihi ml̄ierē h̄ntem phi
tonem: ⁊ vadam ad eā ⁊ sciscitabor ꝑ illā.
Et dixer̄t ſui ei⁹ ad eū. Est mlier phitonē
h̄ns in endor. Mutauit ḡ habitū suū. vesti
tusqꝫ est alijs vestimētis: ⁊ abijt ipse ⁊ duo
viri cū eo: venerūtqꝫ ad mulierē nocte. ⁊ ait
illi. Diuina mihi ī phitone: ⁊ suscita mihi
quē dixero tibi. Et ait mlier ad eū. Ecce tu
nosti q̄nta fecerit saul: ⁊ q̄uō eraserit ma-
gos et ariolos de t̄ra. Quare ḡ insidiaris
aīe mee vt occidar? Et iurauit ei saul ī dn̄o
dicens. Uiuit dn̄s: qꝛ n̄ eueniet tibi quicq̄
mali ꝓpt̄ hanc rem. Dixitqꝫ ei mulier. Quē
suscitabo tibi? Qui ait. Samuelem suscita
mihi. Cū at̄ vidisset mlier samuelē: excla-
mauit voce magna: ⁊ dixit ad saul. Quare
imposuisti mihi? Tu es enī saul. Dixitqꝫ
ei rex. Noli tīere. Quid vidisti? Et ait mu-
lier ad saul. Deos vidi ascēdentes d̄ terra.
Dixitqꝫ ei. Qualis est forma ei⁹? Que ait.
Uir senex ascendit: et ip̄e amict⁹ est pallio.
Et ītellexit saul q̄d samuel esset: ⁊ inclina-
uit se sup̄ faciem suā in terra: ⁊ adorauit.
Dixit at̄ samuel ad saul. Quare inq̄etasti
me vt suscitarer? Et ait saul. Coartor ni-
mis. Siq̄dem philistijm pugnant aduersū
me. ⁊ deus recessit a me: ⁊ exaudire me no-
luit neqꝫ in manu ꝓphetaꝝ neqꝫ ꝑ somnia.
Uocaui ergo te: vt on̄deres mihi q̄d faciā.
Et ait samuel. Quid int̄rogas me cū dn̄s
recesserit a te. et transierit ad emulū tuū?
Faciet enim tibi dn̄s. sicut locut⁹ est ī ma-
nu mea: ⁊ scindet regnū tuū de manu tua.
et dabit illud ꝓximo tuo dauid: qꝛ nō obe-
disti voci dn̄i. neqꝫ fecisti iram furoris ei⁹
in amelech. Idcirco q̄d pateris fecit tibi
dn̄s hodie: et dabit dn̄s etiam israel tecum
in manu philistijm. Cras autem tu et filij
tui mecum eritis: sed et castra israel tradet
dn̄s in manus philistijm. Statiqꝫ saul ce-
cidit porrectus in terram. Extimuerat enī
verba samuelis et robur non erat in eo: qꝛ
non comederat panē tota die illa. Ingres-
sa est itaqꝫ mulier illa ad saul. Conturbat⁹
enim erat valde. Dixitqꝫ ad eum. Ecce obe
diuit ancilla tua voci tue. ⁊ posui animā
meam ī manu mea: ⁊ audiui sermones tu
os quos locutus es ad me. Nunc igit̄ audi
et tu vocem ancille tue: et ponā coram te
buccellam panis vt comedens ꝯualescas.
et possis iter agere. Qui rēnuit ⁊ ait. Non
comedam. Coegerunt autem eum ſui sui
et mulier: et tandem audita voce eoꝝ sur-
rexit de terra: et sedit sup̄ lectum. Mulier
autem illa habebat vitulum pascualem in
domo: et festinauit ⁊ occidit eū. Tollensqꝫ
farinam miscuit eam et coxit azima: ⁊ po-
suit ante saul et ante seruos eius. Qui cū
comedissent surrexerunt et ambulauerūt
per totam noctem illam. ¶ Ca. XXIX

COngregata sunt ergo philistijm v-
niuersa agmina in aphech. Sed ⁊
israel castrametat⁹ est sup̄ fontem
q̄ erat in iesrahel. Et satrape q̄dem philisti-
im incedebant ī centurijs et milibꝫ: dauid
at̄ et viri eius erant in nouissimo agmine
cū achis. Dixerūtqꝫ ꝓncipes philistijm ad
achis. Quid sibi volūt hebrei isti? Et ait a-
chis ad ꝓncipes philistijm. Nūquid ignora
tis dauid q̄ fuit seruus saul regis isrl̄ ⁊ est
apud me multis diebus vel annis? Et non

Regū

inueni in eo quicq̄ ex die q̄ transfugit ad me:vsq; in diē hanc. Irati sunt aī aduersus eū p̄ncipes philistijm:⁊ dixerūt ei. Reuertaī vir ⁊ sedeat in loco suo in q̄ ꝓstituisti eū: ⁊ non descendat nobiscū in p̄liū:ne fiat nob aduersari⁹ cū p̄liari cepim⁹. Quo enim aliē potuerit placare dn̄m suū: nisi in capitibꝫ nr̄is? Nōne iste est dauid cui cantabant ī chꝛis dicētes.pcussit saul ī milibus suis:⁊ dauid in decē milibꝫ suis? Eloquit ḡ achis dō:et ait ei. Viuit dn̄s q; rect⁹ es ⁊ bonus in ꝓspectu meo:et exit⁹ tu⁹ ⁊ introit⁹ tu⁹ mecū est in castris. Et nō inueni ī te quicq̄ mali.ex die q̄ venisti ad me vsq; in diē hanc:sed satrapis non places. Reuertere ḡ et vade in pace:⁊ non offendas oculos satrapaꝝ philistijm. Dixitq; dō ad achis Quid enī feci:⁊ q̄d inueneristi ī me seruo tuo a die q̄ fui in ꝓspectu tuo vsq; in diē hanc. vt nō veniam ⁊ pugnē contra inimicos dn̄i mei regis? Respōdens aūt achis.locut⁹ est ad dauid. Scio q; bon⁹ es tu ī oculis meis sic̄ angelus dei:sed p̄ncipes philistiꝫ dixerūt Non ascendet nobiscū in p̄liū. Igit̄ consurge mane tu et serui dn̄i tui q̄ venerūt tecū:et cum de nocte surrexeritis ⁊ cepit diluescere pgite. Surrexit itaq; de nocte dō ipse et viri ei⁹:vt pficiscerent̄ mane et reuertarent̄ ad terram philistijm. Philistijm aī ascendēr̄t in iesrahel.

Ca.XXX

Quinq; venissent dauid et viri ei⁹ in sicelech die tcia: amalechite impetum fecerant ex pte australi ī sicelech:et pcusserant sicelech ⁊ incenderāt eaꝫ igni. Et captiuas duxer̄t mulieres ex ea a minimo vsq; ad magnū:⁊ non interfecer̄t quenq̄:sed secum duxer̄t ⁊ pgebant itinere suo. Cū ergo venisset dauid ⁊ viri ei⁹ ad ciuitatē ⁊ inuenissent eam succensam igni et vxores suas ⁊ filios suos ⁊ filias ductas eē captiuas:leuauer̄t dauid ⁊ p̄lus q̄ erat cū eo voces suas:et planxer̄t donec defecerent in eis lacrime. Siqdem et due vxores dauid captiue ducte fuerāt: achinoez iesrahelites. et abigail vxor nabal carmeli. Et contristat⁹ est dauid valde. Volebat enim eum p̄lus lapidare:q; amara erat aīa vniuscuiusq; viri sup filijs suis ⁊ filiabꝫ. Confortat⁹ est aī dauid ī dn̄o deo suo:⁊ ait ad abiathar sacdotē filiū achimelech Applica ad me ephot. Et applicauit abiathar ephot ad dauid:et consuluit dauid dn̄m dicens. Persequar latrūculos hos et cōprehēdam eos an nō? Dixitq; ei dn̄s. Persequere:absq; dubio enī ꝓprehendes eos:⁊ excucies p̄daꝫ. Abijt ḡ dauid.ipse et sexcenti viri q̄ erant cū eo et venerunt vsq; ad torrentē besor:⁊ lassi q̄dam substiterūt. Persecutus est autē dauid:ipse et quadrīgenti viri cū eo: substiterant enim ducēti: q̄ lassi transire non potuerant torrentꝫ besor. Et inuenerūt virū egipcium in agro:et adduxerūt eum ad dauid. Dederuntq; ei panem vt comederet ⁊ biberet aquā sed et fragmē masse caricaꝝ et duas ligaturas vuepasse. Qui cū comedisset reuersus est spūs ei⁹:et revocillatus est. Non enī comederat panē neq; biberat aquam tribꝫ diebꝫ ⁊ tribꝫ noctibꝫ. Dixit itaq; ei dō. Cui⁹ es tu vel vnde:⁊ quo pgis? Qui ait. Puer egipci⁹ ego sum:ſu⁹ viri amalechite. Dereliquit aī me dn̄s meus:q; egrotare cepi nudiustercius. Siqdem nos erupim⁹ ad australē plagam cerethi.et ꝓī iudam et ad meridiē caleph:⁊ sicelech succendim⁹ igni. Dixitq; ei dauid. Potes me ducere ad istū cuneū? Qui ait. Jura mihi p deum: q̄d non occidas me:⁊ non tradas me in man⁹ dn̄i mei:et ego ducaꝫ te ad cuneum istū. Et iurauit ei dauid. Qui cū duxisset eum:ecce illi discūbebant sup faciem vniuerse terre:comedentes ⁊ bibentes ⁊ q̄si festū celebrantes diem.pro cuncta preda ⁊ spolijs q̄ cepant ō terra philistijm:⁊ de t̄ra iuda. Et pcussit eos dauid a vespa vsq; ad vesperam alteri⁹ diei:et non euasit ex eis quisq̄ nisi tantū quadringenti viri adolescentes q̄ ascenderant camelos ⁊ fugerant. Eruit ḡ dauid oīa q̄ tulerant amalechite: et duas vxores suas eruit nec defuit quisq̄ a puo vsq; ad magnū tam de filijs q̄ de filiabꝫ et de spolijs:et q̄cunq; rapuerant omīa reduxit dauid:⁊ tulit vniuersos greges et armenta⁊ minauit aī faciem suam. Dixeruntq;.Hec est preda dauid. Venit autem dauid ad ducētos viros q̄ lassi substiterāt nec sequi potuerant dō: ⁊ residere eos iusserat in torrente besor. Qui egressi sunt obuiaꝫ dauid:et p̄lo qui erat cū eo. Accedēs autem dauid ad p̄lm:salutauit eos pacifice. Respōdensq; vnus vir pessim⁹ et iniqu⁹ de viris qui erant cum dauid dixit. Quia nō venerunt nobiscū non dabimus eis quicq̄

de preda quã eruim⁹:sed sufficiat vnicuiqꝫ vxor sua et filij: quos cum acceperint: recedant. Dixit autẽ dauid. Non sic facietis fratres mei de bijs q̃ tradidit nobis dñs et custodiuit nos:et dedit latrunculos qui eruperant aduersum nos in man⁹ nostras: nec audiet vos quisq̃ sup ꝓmone hoc. Eq̃ enim pars erit descendentis ad prelium et remanentis ad sarcinas: et similiter diuident. Et factũ est hoc ex die illa ⁊ deinceps constitutũ et prefinitũ et quasi lex in isrl̃: vsqꝫ in diẽ hanc. Venit ergo dd in sicelech et misit dona de preda senioribꝫ iuda primis suis dicens. Accipite benedictõnem de preda hostium dñi. Bijs q̃ erant in bethel. et q̃ in ramoth ad meridiẽ:et q̃ in gether. et q̃ in aroer.et q̃ in sephamoth.et q̃ in esthama. et q̃ in rachal.et q̃ in vrbibꝫ hierameli.et q̃ in vrbibꝫ ceni.⁊ q̃ in rama.⁊ q̃ in lacu asan. ⁊ q̃ in athach.⁊ q̃ in ebron:⁊ reliquis q̃ erant in bijs locis in quibus commorat⁹ fuerat dd ⁊ viri ei⁹. ¶Ca. XXXI

Philistijm autẽ pugnabant aduersum israel. Et fugerunt viri israel ante faciem philistijm:et ceciderũt interfecti in monte gelboe. Irrueruntqꝫ philistijm in saul et in filios ei⁹:⁊ ꝑcusserũt ionathan.et aminadab.⁊ melchisue filios saul:totũqꝫ pondus ꝑlij versum est in saul. Et consecuti sunt eũ viri sagittarij: ⁊ vulnerat⁹ est vehemẽter a sagittarijs. Dixitqꝫ saul ad armigerꝫ suum. Euagina gladium tuũ ⁊ interfice me:ne forte veniant in circũcisi isti ⁊ inf̃iciant me illudentes mihi. Et noluit armiger ei⁹:fuerat enim nimio terrore ꝑterritus. Arripuit itaqꝫ saul gladium suũ:⁊ irruit sup eũ. Quod cũ vidisset armiger eius videlicet q̃ mortuus esset saul:irruit etiaꝫ ipse sup gladium suum ⁊ mortu⁹ est cum eo. Mortu⁹ est ergo saul et tres filij eius ⁊ armiger illius:et vniuersi viri eius in die illa pariter. Videntes autẽ filij israel:q̃ erant trans vallem ⁊ trans iordanen qd fugissent viri israelite.et q̃ mortuus esset saul ⁊ tres filij eius: reliquerũt ciuitates suas et fugerunt. Veneruntqꝫ philistijm:et habitauerunt ibi. Facta autem die altera venerunt philistijm vt expoliarent interfectos:et inuenerunt saul ⁊ tres filios ei⁹ iacentes in monte gelboe. Et precidерunt caput saul et expoliauerunt eum armis: et miserunt in terram philistinoꝝ per circuitum: vt annunciaretur in templo ydolorum et in populis. Et posuerunt arma eius in templo astaroth: corpus vero eius suspenderũt in muro bethsan. Qd cum vidissent habitatores iabes galaad q̃cunqꝫ fecerant philistijm saul:surrexerunt omnes viri fortissimi ⁊ ambulauerunt tota nocte et tulerunt cadauera saul ⁊ cadauera filioꝝ ei⁹ de muro bethsan. Veneruntqꝫ viri iabes galaad:et conbusserunt ea igni et tulerunt ossa eoꝝ et sepelierunt in nemore iabes et ieiunauerunt septem diebꝫ.

¶Explicit liber regum prim⁹. Incipit liber regum secundus. ¶Ca. ꝑmum.

Factũ est autem postq̃ mortuus est saul vt dauid reuertereꝫ a cede amalech: ⁊ maneret in sicelech duos dies. In die autem tercio apparuit homo veniens de castris saul veste conscissa:et puluere conspsus caput. Et vt venit ad dauid cecidit sup faciem suam: et adorauit. Dixitqꝫ ad eum dauid. Unde venis? Qui ait ad eum. De castris israel fugi. Et dixit ad eum dd. Quod est verbũ quod factũ est? Indica mihi. Qui ait. Fugit ꝑplus ex prelio:⁊ multi corruentes e ꝑplo mortui sunt:sed ⁊ saul ⁊ ionathas filius eius interierunt. Dixitqꝫ dauid ad adolescentẽ qui nũciabat ei. Unde scis quia mortuus est saul et ionathas filius eius? Ait adolescens qui nunciabat ei. Casu veni in montem gelboe.et saul incũbebat super hastam suam: porro currus ⁊ equites appropinquabant ei: et conuersus post tergum suum. Vidensqꝫ me vocauit. Cui cum respondissem assum: dixit mihi. Quis naꝫ es tu? Et aio ad eum. Amalechites ego sum. Et locutus est mihi. Sta supꝑ me ⁊ interfice me qm̃ tenent me anguste: ⁊ adhuc tota aĩa mea in me ẽ. Stansqꝫ super eum. occidi illum. Sciebam enim qd viuere non poterat post ruinam. Et tuli dyadema quod erat in capite eius: et armillam de brachio illius: et attuli ad te dñm meũ huc. Apprehendens autẽ dauid vestimenta sua scidit. omnesqꝫ viri qui erant cum eo: et planxerunt et fleuerunt

et ieunauerunt vsq; ad vespam sup saul ⁊ sup ionathan filiũ ei⁹ ⁊ sup ꝓplm dñi ⁊ sup domũ isrl: eoq; corruissent gladio. Dixit q; dauid ad iuuenẽ q̃ nũciauerat ei. Vnde es tu? Qui rñdit. Fili⁹ hois aduene amalechite ego sum. Et ait ad eũ dauid. Quare non timuisti mittere manũ tuaz. vt occideres xpm dñi? Vocansq; dõ vnũ de pueris suis ait. Accedens irrue in eũ. Qui pcussit illũ: ⁊ mortu⁹ est. Et ait ad eũ dauid. Sanguis tu⁹ sup caput tuũ. Os enĩ tuũ locutũ est aduersũ te dicẽs: ego interfeci xpm dñi. Planxit aũt dõ planctũ huiuscemodi sup saul et sup ionathan filiũ ei⁹: et ꝑcepit vt docerẽt filios iuda planctũ sicut ⁊ scptũ est in libro iustoꝝ. Et ait. Cõsidera isrl ꝑ hijs q̃ mortui sunt: sup excelsa tua vulnerati. Inclite isrl sup montes tuos interfecti sũt. Quo ceciderũt fortes. Nolite annũciare in geth neq; annũcietis in ꝓpitijs ascalonis: ne forte letentur filie philistijm: ne exultent filie incircũcisoꝝ. Montes gelboe nec ros nec pluuia. veniãt sup vos. Neq; sint agri ꝓmiciaꝝ: q; ibi abiect⁹ est clipe⁹ fortiũ: clipe⁹ saul q̃si non esset vnct⁹ oleo a sanguine interfectoꝝ ab adipe fortiũ. Sagitta ionathe nunq̃ rediit retrorsum: ⁊ gladi⁹ saul ñ ẽ reuersus inanis. Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ decori valde in vita sua: in morte q̃z ñ sunt diuisi. Aq̃lis velotõres: leonib⁹ fortiores. Filie isrl sup saul flete q̃ vestiebat vos coccino ĩ delicijs: q̃ prebebat ornamẽta aurea cultui vro. Quo ceciderũt fortes ĩ plio! Jonathas ĩ excelsis tuis occisus est. Doleo sup te fr̃ mi ionatha decore nimis: ⁊ amabilis sup amorẽ mulieꝝ. Sicut mat̃ vnicũ amat filiũ suũ: ita ego te diligebaz. Quomodo ceciderunt robusti: ⁊ perierũt arma bellica.

Ca. II.

Factũ est post hec consuluit dauid dñm dicens. Nũ ascendam ĩ vnam de ciuitatib⁹ iuda? Et ait dñs ad eum. Ascende. Dixitq; dõ. Quo ascẽdam? Et rñdit ei. In hebron. Ascendit g̃ dauid ⁊ due vxores ei⁹ achinoez iesrlites ⁊ abigail vxor nabal carmeli: sed et viros q̃ erant cũ eo duxit dauid singl'os cũ domo sua: ⁊ mansert in opidis hebron. Venertq; viri iuda et vnxert ibi dauid: vt regnaret sup domũ iuda. Et nũciatum est dauid: q; viri iabes galaad sepelissent saul. Misit g̃ dauid nũcios ad viros iabes galaad: dixitq; ad eos Benedicti vos a dño qui fecistis misericordiaz hanc cũ dño vestro saul: et sepelistis eum. Et nũc retribuet q̃z vobis dñs misericordiaz et veritatẽ: et ego reddam grãm eoq; fecistis verbũ istud. Confortent̃ man⁹ vre: et estote filij fortitudinis: licet enĩ mortu⁹ sit dñs vr̃ saul: tñ me vnxit dom⁹ iuda ĩ regẽ sibi. Abner aũt fili⁹ ner ꝓnceps exercitus saul tulit hisboseth filiũ saul. ⁊ circũduxit eũ ꝑ castra: regemq; ꝓstituit sup galaad ⁊ sup iessuri et sup iesrael et sup ephraim et sup beniamin ⁊ sup isrl vniuersũ. Quadraginta annoꝝ erat hisboseth fili⁹ saul cũ regnare cepisset sup isrl: ⁊ duobꝫ annis regnauit. Sola aut̃ dom⁹ iuda seq̃bat dauid. Et fuit numer⁹ dieꝝ quos ꝓmorat⁹ est dauid imperans in hebron sup domũ iuda: septẽ annoꝝ et sex mensiũ. Egressusq; est abner filius ner ⁊ pueri hisboseth filij saul de castris in gabaon: porro ioab filius saruie et pueri dauid egressi sunt. ⁊ occurrerũt eis iuxta piscinaz gabaon. Et cũ in vnũ conuenissent: e regione sederunt hij ĩ vna pte piscine: et illi ex altera. Dixitq; abner ad ioab. Surgant pueri: et ludant coram nobis. Et rñdit ioab: Surgant. Surrexerũt ergo et transiert̃ numero duodecim de bẽiamin ex pte hisboseth filij saul: ⁊ duodecim de pueris dauid. Apprehensoq; vnusquisq; capite comparis sui defixit gladiũ in latus contrarij: et ceciderunt simul. Vocatũq; est nomẽ loci illi⁹. ager robustoꝝ in gabaon. Et ortũ est bellum durũ satis in die illa: fugatusq; est abner et viri isrl a pueris dõ. Erant autem ibi tres filie saruie: ioab et abisai et asahel. Porro asahel cursor velocissim⁹ fuit: quasi vn⁹ ex capreis q̃ morant̃ in siluis. Persequebat̃ aũt asahel abner: et nõ declinauit ad dextram siue ad sinistrã. omittens ꝑsequi abner. Respexit itaq; abner pt⁹ terguz suũ. ⁊ ait. Tu ne es asahel? Qui rñdit ego sum. Dixitq; ei abner. Vade ad dextram siue ad sinistram ⁊ apprehẽde vnũ de adolescentib⁹: ⁊ tolle tibi spolia ei⁹ Noluit aũt̃ asahel omittere: q̃n vrgeret eũ. Kursũq; locut⁹ est abner ad asahel. Recede et noli me sequi: ne forte ꝓpellar confodere te in terram: ⁊ leuare non potero faciem meam ad ioab fratrem meum. Qui audire cõtempsit: ⁊ noluit declinare. Percussit g̃

eum abner auersa hasta in inguine ⁊ trās-
fodit:et mortu⁹ est in eodem loco. Omēsq;
q̄ transibāt p̄ locū illū in quo cecidērat a-
sahel et mortu⁹erat subsistebāt. Persequnti
bus aū ioab ⁊ abisai fugientē abner:sol oc
cubuit. Et venēr vsq; ad collem aq̄duct⁹:
q̄ est ex aduerso vallis ⁊ itineris deserti in
gabaon. Congregatiq; sunt filij beniamin
ad abner:⁊ ꝯglobati in vnū cuneū. stetērt
ī sūmitatē cumuli vni⁹. Et exclamauit ab-
ner ad ioab:⁊ ait. Nū vsq; ad inēnitōnem
tu⁹ mucro deseuiet? An ignoras q̄ piculo-
sa sit desperatō? Vsquequo nō dicis p̄l'o vt
omittat psequi frēs suos? Et ait ioab. Vi-
uit dn̄s:si locutus fuisses mane: recessisset
p̄l'us persequns frēm suū. Insonuit g̊ ioab
bucina ⁊ stetit oīs exercit⁹:nec psecuti sūt
vltra isrl':neq; inire certamē. Abner aūt ⁊
viri ei⁹ abierūt p̄ campestria moab tota no-
ctē illa⁊ transierūt iordanen:⁊ lustrata oīm
bethoron venerūt ad castra. Porro ioab re-
uersus omisso abner ꝯgregauit oēm p̄l'm:
et defuerunt de pueris dauid: decem ⁊ no-
uem viri excepto asahele. Serui aū dauid
pcusserunt de beniamin et de viris q̄ erant
cū abner. trecentosseptuaginta: q̄ et mortui
sunt. Tuleruntq; asahel. ⁊ sepelierunt eum
in sepulchro patris sui in bethleem. Et am
bulauerūt tota nocte ioab et viri q̄ erant
cum eo: ⁊ in ipso crepusculo peruenerunt
in hebron. //Ca.III.

Facta est ergo longa cōcertatō. inē
domū dauid ⁊ inter domū saulis:
dō pficiēs⁊ semp seipso robustior:
dom⁹ aū saul decrescens quotidie. Natiq; sū
filij dauid in hebron. Fuitq; p̄mogenitus
ei⁹ āmon de achinoen iesrahelite:⁊ pt⁹ eum
chaleab ō abigail vxore nabal carmeli. se-
cundus absalon:fili⁹ maacha filie tholo-
mai regis gessur. Quart⁹ aū adonias fili⁹
agith: et q̄ntus saphacias filius abithal.
Sextus q̄z hietraam:de egla vxore dō. Hij
nati sūt ī hebron. Cū g̊ esset p̄liū inēdomū
saul⁊ domū dō:abner fili⁹ ner regebat do
mū saul. Fuerat aū sauli ꝯcubina nōie res
pha filia achia: ingressusq; ē ad eā abner
Dixitq; hisboseth ad abner. Quare īgres-
sus es ad concubinā patris mei? Qui irat⁹
nimis p̄ter verba hisboseth: ait. Nūquid
caput canis ego sum aduersum iudam
hodie. q̄ fecerim misericordiam sup̄ domū saul
patris tui. et sup̄ fratres et p̄rimos eius:
et non tradidi te in manu dauid: et tu re-
quisisti in me q̄ argueres p̄ mlīere hodie?
Hec faciat deus abner. ⁊ hec addat ei: nisi
quō iurauit dn̄s dauid sic faciam cū eo vt
transferat regnū de domo saul:et eleuetur
thron⁹ dauid sup̄ israel ⁊ sup̄ iudam a dan
vsq; bersabee. Et non potuit rndere ei q̄-
q̄:quia metuebat illum. Misit ergo abner
nuncios ad dauid in hebron pro se dicen-
tes. Cui⁹ est terra? Et vt loq̄rent. Fac me-
cum amicicias et erit man⁹ mea tecum:et
reducam ad te vniuersū israel. Qui ait o-
ptime. Ego faciaz tecū amicicias: sed vnā
rem peto a te dicens. Non videbis faciē me
am. anteqū adduxeris mihi michol filiam
saul:et sic venies ⁊ videbis me. Misit aut̄
dauid nuncios ad hisboseth filium saul di
cens. Redde vxorem meam michol: quam
despondi mihi centū prepucijs philistijm.
Misit ergo hisboseth: et tulit eam a viro
suo phaltihel filio lais. Seqbat⁹q; eam vir
su⁹ plorans vsq; baurim: et dixit ad eū ab-
ner. Vade et reuertere. Qui reuersus est.
Sermonē q̄z intulit abner ad seniores isrl'
dicens. Tam heri q̄ nudiusterci⁹ quereba-
tis dauid vt regnaret sup̄ vos. Nunc ergo
facite: qm̄ dn̄s locut⁹ est ad dauid dicens.
In manu serui mei dauid saluabo p̄l'm me-
um isrl': de manu philistijm ⁊ omniū inimi
cor̄ ei⁹. Locut⁹ est autem abner etiam ad
bēiamin. Et abijt vt loquerē ad dauid in
hebron omnia q̄ placuerant israeli ⁊ vni-
uerso bēiamin: venitq; ad dauid ī hebron
cū viginti viris. Et fecit dauid abner ⁊ vi
ris ei⁹ q̄ venerant cū eo conuiuiū. Et dixit
abner ad dauid. Surgam vt congregē ad
te dn̄m meum regez omnem isrl' et ineam
tecū fedus:et imperes omnib⁹ sicut desi-
derat anima tua. Cū ergo deduxisset dauid
abner. et ille isset in pace: statim pueri dō
et ioab venerūt cesis latronib⁹ cū p̄da mag̃
nimis. Abner aū non erat cū dō in hebron
q̄z iam dimiserat eū⁊ p̄fect⁹ fuerat in pace:
et ioab ⁊ oīs exercit⁹ q̄ erant cū eo: postea
venerant. Nūciatū est itaq; ioab a narrāti
bus. Venit abner fili⁹ ner ad regē:⁊ dimi-
sit eum⁊ abijt in pace. Et ingressus ē ioab
ad regē et ait. Quid fecisti? Ecce venit ab-
ner ad te. Quare dimisisti eum⁊ abijt⁊ re-
cessit? Ignoras abner filiū ner q̄m ad hoc

venit ad te vt reciperet te. ⁊ sciret exitum
tuū et introitū tuū: et nosset oīa q̄ agis!
Egressus itaq; ioab ad dō misit nūcios p̄
abner: ⁊ reduxit eū a cisterna sira ignorā-
te dō. Cūq; rediisset abner ī hebron seorsū
abduxit eū ioab ad mediū portæ vt loq̄rē
ei in dolo: ⁊ percussit illū ibi in inguine ⁊
mortu⁹ est: in vltōnem sanguīs asahel frīs
ei⁹. Dō cū audisset dō rem iam gestaz. ait.
Mūdus ego sū ⁊ regnū meū apud dēū vsq;
ī sempit̄num a sanguine abner filij ner: et
veniat sup caput ioab ⁊ sup oēm domū pa
tris ei⁹: nec deficiat de domo ioab fluxū se
mīs sustinēs ⁊ leprosus. ⁊ tenēs fusū: ⁊ ca-
dens gladio ⁊ indigens pane. Igit̄ ioab ⁊
abisai frēz eoz ī gabaon in p̄lio. Dixit aūt
dō ad ioab: ⁊ ad omnē ꝑp̄l'm q̄ erat cū eo.
Scindite vestīmēta vrā ⁊ accingimī saccis.
et plāgite añ exeq̄as abner. Porro rex dō
seq̄batur feretr̄. Cūq; sepelisset abner ī hebrō
leuauit rex dō vocē suam: ⁊ fleuit sup tu-
mulū abner. Fleuit aūt ⁊ omis ꝑp̄l'us. Plā-
gensq; rex ⁊ lugens abner. ait. Nequaq̄ vt
mori solēt ignaui: mortu⁹es abner. Man⁹
tue ligate ñ sunt ⁊ pedes tui ñ sunt ꝑpedibꝰ
aggūati: sed sicut solent cadere corā filijs
iniq̄tatis sic corruisti. Cōgeminansq; oīs
ꝑp̄l'us: fleuit sup eū. Cūq; venisset vniuersa
mult'itudo cibū capere cū dō clara adhuc die:
iurauit dō dicens. Hec faciet mihi de⁹ ⁊ hec
addat: si añ occasū solis gustauero panez
vel aliud quicq̄. Omnisq; ꝑp̄l'us audiuit: ⁊
placuerūt eis cuncta q̄ fecit rex in ꝑspectu
omnis ꝑp̄l'i. Et cognouit omne vulg⁹ ⁊ vni
uersus isr̄l' in die illa: qm̄ non actū fuisset
a rege vt occideret̄ abner filius ner. Dixit
q̄z rex ad suos suos. Nū ignoratis qm̄ p̄n-
ceps et maxim⁹ cecidit hodie ī isr̄l'? Ego aūt
adhuc delicat⁹ et vnct⁹ rex. Porro viri isti
filij saruie duri mihi sunt. Retribuat dñs
facienti malum iuxta maliciam suam.

¶ Capitulum. IIII.

Audiuit aūt hisboseth filī⁹ saul q̄ ce-
cidisset abner in hebron ⁊ dissolutæ
sunt man⁹ ei⁹: omnisq; israel ꝑturbatus est. Duo aūt viri p̄ncipes latronum
erant filio saul: nomen vni banaa ⁊ nomē
alteri rechab filij rēmon berothite de filijs
beniamin. Siq̄dem ⁊ beroth reputata est ī
beniamin. Et fugerūt berothite ī gethaim:
fueruntq; ibi aduene vsq; ad tēp⁹ istud.
Erat aūt ionathe filio saul filī⁹ debilis pedi
bus. Quinquēnis enim fuit q̄n venit nunci⁹
de saul ⁊ ionatha ex isr̄l'. Tollens itaq;
eum nutrix sua fugit. Cūq; vestīaret vt fu
geret cecidit: ⁊ claudus effect⁹ est: habuit-
q; vocabulū miphiboseth. Clenientes igit̄
filij remmon berothite rechab ⁊ banaa in-
gressi sunt feruente die domū hisboseth. q̄
dormiebat sup stratū suū meridie: ⁊ hostia-
ria dom⁹ purgās triticū obdormiuit. In-
gressi sunt aūt domū latent̄ assumentes spi
cas tritici: ⁊ p̄cusserūt eum in inguine rech-
ab ⁊ banaa frater ei⁹: ⁊ fugerunt. Cū autē
ingressi fuissent domū ille dormiebat sup
lectum suum in conclaui: et percucientes
interfecerunt eum. Sublatoq; capite eius
abierūt per viam deserti tota nocte: ⁊ attu-
lerūt caput hisboseth. ad dauid in hebron
Dixeruntq; ad regem. Ecce caput hisbo-
seth filij saul inimici tui q̄ querebat aīam
tuaz: ⁊ dedit dñs dño nr̄o regi vltōem bo-
die: de saul ⁊ de semine eius. Rñdens autez
dauid rechab ⁊ banaa fratri ei⁹ filijs rem-
mon berothite: dixit ad eos. Viuit dñs q̄
eruit animam meaz de omni angustia: qm̄
eum q̄ annunciauerat mihi ⁊ dixerat mor-
tu⁹ est saul q̄ putabat se prospera nunciare
tenui et occidi eum in siclech: cui oporte-
bat me mercedem dare pro nuncio. Quan-
tomagis nunc cū homines impij interfece
runt vir innoxiū in domo sua super lectū
suum non queram sanguinem ei⁹ de manu
vestra: ⁊ auferam vos de terra! Precepit
itaq; dauid pueris suis: ⁊ interfecerūt eos:
precidentesq; man⁹ ⁊ pedes eoz suspenderūt
eos: super piscinam in hebron. Caput aūt
hisboseth tulerunt: et sepelierunt in sepul-
chro abner in hebron. ¶ Ca. V.

Et venerūt vniuerse tribꝰ israel ad
dauid in hebron dicētes. Ecce nos
os tuū et caro tua sum⁹. Sed ⁊ he
ri ⁊ nudiustertiū cū esset saul rex sup nos:
tu eris educens ⁊ reducens isr̄l'. Dixit aūt
dñs ad te. Tu pasces ꝑp̄l'm meū israel: ⁊ tu
eris dux sup israel. Venerunt q̄z ⁊ seniores
israel ad regē in hebrō: ⁊ pcussit cū eis rex
dō fedus in hebron coram dño: vnxerūtq;
dauid in regem sup israel. Filius triginta
annoz erat dauid cum regnare cepisset: ⁊

quadraginta annis regnauit. In hebron regnauit sup iudam septē annis:et sex mensibꝫ: in ihrl'm aūt regnauit triginta tribus annis sup omnē isrl' ⁊ iudam. Et abijt rex et oēs viri q̄ erant cū eo ī ihrl'm ad iebuseū hītatorē terre. Dictūq; est dō ab eis. Non īgredieris huc nisi abstuleris cecos ⁊ claudos dicētes. Nō ingredieť dauid huc. Cepit aūt dauid arcē syon:hec est ciuitas dō. Proposuerat enī dauid in die illa pmiū q̄ pcussisset iebuseū:⁊ tetigisset domatū fistulas:⁊ abstulisset cecos ⁊ claudos odientes aīam dauid. Idcco dr̄ in puerbio. Cecus ⁊ claudus ñ intrbunt ī templū. Habitauit aūt dauid ī arce syon ⁊ vocauit eam ciuitatē dauid:⁊ edificauit p gyr̄ amello et intrinsec⁹. Et egrediebať pficiēs atq; succrescēs: et dñs de⁹ exercituum erat cū eo. Misit q̄q; hiram rex thiri nūcios ad dauid et ligna cedrina.et artifices lignor̄. artificesq; lapidū ad parietes:et edificaueť domū dō. Et cognouit dauid q̄niam pfirmasset eū dñs regem sup isrl':⁊ quoniā exaltasset regnū ei⁹ sup pplm suum isrl'. Accepit ḡ dauid adhuc concubinas ⁊ uxores de ihrl'm: postq̄ venerat de hebron. Natiq; sunt dō et alij filij et filie:et hec noīa eor̄ q̄ nati sunt ei in ihrl'm. Hamna ⁊ sobab ⁊ nathan ⁊ salomon ⁊ iabaar ⁊ helisua ⁊ nepheg ⁊ iaphia et helisama ⁊ heliada ⁊ heliphelet. Audieť ergo philistijm q̄ unxissent dauid in regez sup isrl':et ascenderunt uniuersi ut q̄rerent dauid. Qđ cū audisset dauid: descendit in psidium. Philistijm autē venientes diffusi sunt in valle raphaim. Et consuluit dauid dñm dicens. Si ascendaz ad philistijm. ⁊si dabis eos ī manu mea? Et dixit dñs ad dauid. Ascende: q̄r tradens dabo philistijm ī manu tua. Venit ḡ dauid in baalpharasim:et pcussit eos ibi et dixit. Diuisit dñs inimicos meos coraz me:sicut diuidunť aque. Propterea vocatū est nomē loci illi⁹ baalpharasim. Et reliq̄rnut ibi sculptilia sua:que tulit dauid ⁊ viri ei⁹. Et addideť adhuc philistijm ut ascenderent: et diffusi sunt invalle raphaim. Consuluit aūt dauid dñm. Si ascendam contr̄ philisteos:et tradas eos in man⁹ meas? Qui rñdit. Non ascendas ꝓtra eos:sed gira pt⁹ tergū eor̄:⁊ venies ad eos ex aduerso piror̄. Et cū audieris sonitū gradiētis ī cacumine piror̄

Ordo

tunc imbis prelium: q̄r tunc egrediet dñs ante faciē tuam:ut pcuciat castra philistiim. Fecit itaq; dauid sicut pcepat ei dñs: et percussit philistijm de gabaa usq; dū venias gazer.

Ca. VI

Congregauit autem rursum dauid omnes electos ex isrl' triginta milia. Surrexitq; dō et abijt et universus pplus q̄ erat cū eo de viris iuda ut adducerēt archaz dei:sup quam inuocatū est nomen dñi exercituū sedentis in cherubin sup eam. Et imposuerť archam dei sup plaustr̄ nouū. Tulerūtq; eaz de domo aminadab:q̄ erat in gabaa. Oza aūt ⁊ haio filij aminadab minabant plaustr̄ nouū. Cūq; tulissent eam de domo aminadab q̄ erat in gabaa:custodiens archam dei. haio precedebat archam dei:dauid aūt ⁊ omnis isrl' ludebant coram dño:in oīb lignis fabrefactis et citaris ⁊ liris ⁊ timpanis ⁊ sistris ⁊ cimbalis. Postq̄ aūt venerūt ad aream nachor extendit oza manū ad archam dei ⁊ tenuit eam:q̄niaz calcitrabant boues et declinauerūt eam. Iratusq; est indignatione dñs contr̄ ozam:⁊ percussit eū super temeritatē:q̄ mortu⁹ est ibi. iuxta archam dei. Contristat⁹ē aūt dauid eoq; percussisset dñs ozam:⁊ vocatū est nomen loci illi⁹ percussio oza usq; in diem hanc. Et extimuit dauid dñm in die illa dicens. Quō ingredietur ad me archa dñi? Et noluit diuertere ad se archam dñi in ciuitatē dauid:sed diuertit eam ī domū obededon gethei. Et habitauit archa dñi ī domo obededon gethei tribꝫ mensibꝫ et benedixit dñs obededon. ⁊ omnem domū eius. Nūciatūq; ē regi dauid: q̄r benedixisset dñs obededon ⁊ oīa ei⁹ ꝓpter archam dei. Dixit q̄z dauid. Ibo: et reducā archam cū benedictione in domū meam. Abijt ḡ dauid:et adduxit archam dei de domo obededon in ciuitatem dauid cū gaudio.et erant cū dō septem chori:⁊ victima vituli. Cūq; transcendissent q̄ portabant archaz dñi sex pasus immolabāt bouē et ouem et arietē:et dauid percuciebat ī organis armigatis:⁊ saltabat totis viribꝫ añ dñm. Porro dō erat accinct⁹ epbot lineo: ⁊ dauid et omnis dom⁹ isrl' ducebant archaz testamenti dñi in iubilo et in clangore bucine. Cūq; intrasset archa dñi ī ciuitatē dauid:michol filia saul pspiciens p fenestraz vidit regē dauid

regn

subsilientē atz saltantē coram dño: et despexit eū in corde suo. Et introduxerūt archaz dñi: et imposuerūt eam in loco suo in medio tabernaculi qđ tetēderat ei dđ: et obtulit dđ olocausta coram dño et pacifica. Cūqz cōplesset offerens olocausta et pacifica: bñdixit plō in noīe dñi exercituū. Et ptit̄ est multitudini vniuerse isrl tam viro q̄ mulieri singulis collyridaz panis vnaz: et assaturaz bubale carnis vnam: et similaz frixā oleo. Et abijt omnis plus: vnusquisqz in domū suam. Reuersusqz est dđ: vt bñdiceret domui sue: et egressa michol filia saul ī occursū dauid. ait. Quā gloriosus fuit hodie rex isrl discooperiens se ante ancillas seruoz suoz: et nudat̄ est q̄si si nudet̄ un̄ de scurris. Dixitqz dđ ad michol. Coram dño: q̄ ludam añ dñm q̄ elegit me potiusq̄ patrem tuū et q̄ omnē domū ei⁹: et pcepit mihi vt essem dux super plm dñi in israel. Et ludam et vilior fiam plusq̄ factus sum. et ero humilis ī oculis meis: et cū ancillis de q̄bđ locuta es gloriosior apparebo. Igit̄ michol filie saul non est nat⁹ fili⁹: vsqz in diē mortis sue.

Ca. VII.

Factū est aūt cum sedisset rex in domo sua: et dñs dedisset ei requem vndiqz ab vniuersis inimicis suis: dixit ad nathan pphām. Videsne q̄ ego habitem ī domo cedrina: et archa dei posita sit in medio pelliū. Dixitqz nathan ad regez. Omne qđ est in corde tuo vade fac: q̄ dñs tecū est. Factum est aūt in illa nocte: et ecce sermo dñi ad nathan dicens. Vade et loqre ad seruū meum dauid. Hec dicit dñs. Nūquid tu edificabis mihi domū ad habitandum: neqz enim habitaui ī domo ex die illa q̄ eduxi israel de terra egipti vsqz in diez hanc. sed ambulabaz in tabernaculo et in tētorio et cūcta loca q̄ transiui cū omnibus filijs isrl. Numqđ loquens locut⁹ sum ad vnam de tribubus isrl. cui precepi vt pasceret plm meū israel dicens. Quare ñ edificasti mihi domū cedrinaz? Et nūc hec dices seruo meo dđ. Hec dicit dñs exercituū. Ego tuli te de pascuis seqntem greges vt esses dux super plm meū israel: et fui tecū in oībus vbicūqz ambulasti: et interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua: feciqz tibi nomē gnde iuxta nomē magnoz q̄ sunt in tra. Et ponā locū plo meo israel et plantabo eū et habitabo cū eo. et non turbabit̄ amplius: nec adđet filij iniqtatis vt affligant eū sic pus ex die q̄ pstitui iudices sup plm meū isrl. Et requem dabo tibi ab oībus inimicis tuis: pdicetqz tibi dñs: q̄ faciat tibi dñs domū. Cūqz completi fuerint dies tui et dormieris cū patribus tuis: suscitabo semen tuum post te. qđ egredietur de utero tuo et firmabo regnū ei⁹. Ipse edificabit domum nomini meo: et stabiliam thronū regni ei⁹ vsqz in sempiternū. Ego ero ei in patrē: et ipse erit mihi in filiū. Qui si inique aliqđ gesserit: arguam eū in virga virorū: et in plagis filiorū hominū. Misericordiam aūt meam nō auferaz ab eo: sicut abstuli a saul quē amoui a facie mea. Et fidelis erit dom⁹ tua: et regnū tuū vsqz in eternū ante faciē meam: et thron⁹ tu⁹ erit firm⁹ iugit̄. Secōm omnia verba hec. et iuxta vniuersam visionē istā: sic locut⁹ ē nathan ad dđ. Ingressus est aūt rex dauid et sedit coraz dño: et dixit. Quis ego sum dñe de⁹ et q̄ dom⁹ mea: q̄ adduxisti me hucusqz? Sed et hoc paruū visū est in cspctu tuo dñe de⁹ me⁹ nisi loqreris etiā de domo serui tui in longinquū. Ita est enim lex ab adam dñe de⁹. Quid g̃ addere potuerit adhuc dđ vt loquat̄ ad te? Tu enim scis seruū tuū dñe de⁹. pter verbū tuū et sm cor tuū fecisti oīa magnalia hec: ita vt notū face res seruo tuo. Idcirco magnificatus es dñe de⁹: q̄ nō est similis tui: neqz ē de⁹ exc̄ te in oībus q̄ audiuim⁹ auribus nris. Que est aūt vt plus tu⁹ isrl gens in tra pt̄ quam iuit de⁹ vt redimeret eaz sibi ī plm et poneret sibi nomē: faceretqz eis magnalia et horribilia sup traz. a facie pli tui dñe quē redemisti tibi ex egipto. gentē et deū ei⁹? Firmasti enī tibi plm tuū isrl in plm sempiternū: et tu dñe de⁹ factus es eis in deū. Nunc g̃ dñe de⁹ verbū quod locut⁹ es sup seruū tuū et super domū ei⁹ suscita in sempiternū: et fac sicut locut⁹ es vt magnificet nomē tuū vsqz in sempiternū. atz dicat̄. Dñe de⁹ exercituuz de⁹ sup israel: et dom⁹ serui tui dauid erit stabilita coram dño: q̄ tu dñe exercituū deus isrl reuelasti aurem seruo tui dicens. domū edificabo tibi: pterea inuenit seru⁹ tu⁹ cor suum vt oraret te oōe hac. Nunc ergo domine deus tu es de⁹: et verba tua erunt vera. Locut⁹ es enī ad seruū tuum bona hec. Incipe ergo et bñdic domui serui tui vt sit ī

sempiternū coram te. qz tu dñe de⁹ locut⁹ es. z benedictōe tua benedicet dom⁹ serui tui in sempiternū. Ca. VIII

FActum est aũ pt⁹ hec pcussit dauid philistijm z humiliauit eos: z tulit dauid frenū tributi de manu philistijm: z pcussit moab z mensus ẽ eos funiculo coequans terre. Mensus est aũ duos funicl'os: vnū ad occidendū. z vnū ad viuificandū Factusqz ẽ moab dauid fuiẽs sub tributo. Et pcussit dauid adadezer filium roob regem soba: qñ pfect⁹ est vt dñaretur super flumen eufraten. Et captis dauid ex pte ei⁹ milleseptingentis eqtib⁹. et viginti milib⁹ peditū: subneruauit omnes iugales curruū. Dereliqt aũt ex eis centū currus. Venit qz siria damasci: vt presidiū ferret adadezer regi soba: z pcussit dd de siria viginti duo milia viroz: et posuit dauid psidiū in siria damasci: factaqz ẽ siria dauid fuiẽs sub tributo. Seruauitqz dñs dauid in omnib⁹ ad qcunqz pfect⁹ est. Et tulit dd arma aurea z torques q̄ habebãt fui adadezer: z detulit ea in ihr'm. Et d bethe. z de beroth ciuitatib⁹ adadezer tulit rex dauid es multū nimis: de quo fecit salomon oĩa vasa erea in templo: z mare eneū et colũnas et altare. Audiuit aũ thou rex emath qz pcussisset dauid omne robur adadezer. Et misit thou ioram filiū suū ad regem dd vt salutaret eum congratulans: z grãs ageret eo qz expugnasset adadezer et pcussisset eum. Hostis qppe erat thou adadezer. Et in manu ei⁹ erant vasa aurea z vasa argentea et vasa erea: q̄ et ipse sctificauit rex dauid dño cū argento et auro q̄ sanctificauerat de vniuersis gẽtib⁹ quas subegerat de siria z moab z filijs ammon z philistijm z amalech: et de manub⁹ adadezer filij roob regis soba. Fecit qz sibi dauid nomen cū reuerteret capta siria in valle salinaz cesis decem z octo milib⁹. z in gebelem ad viginti tria milia: z posuit in ydumea custodes: statutqz presidiū. Et facta ẽ vniuersa ydumea fuiens dauid: et fuauit dñs dauid ĩ omnib⁹ ad qcunqz pfect⁹ est. Et regnauit dauid sup omnez israel: faciebat qz dauid iudiciū z iusticiam omni plo suo. Joab aũ fili⁹ saruie erat sup exercitum: porro iosaphat fili⁹ achilud erat a cōmentarijs: z sadoch filius achitob⁹ z achimelech fili⁹ abiathar erant sacerdotes: z saraias scriba: banaias aũt fili⁹ ioiade sup chrethi z felethi. Filij aũt dauid sacerdotes erant. Et dixit dauid. Putasne est aliqs qui remanserit de domo saul vt faciam cum eo misericordiam ptr ionathan? Ca. IX.

HAbat autẽ dauid de domo saul fu⁹ noĩe siba. Quez cũ vocasset rex ad se: dixit ei. Tu ne es siba? Et ille rñdit. Ego sum fu⁹ tuus. Et ait rex. Nũqd supest aliqs de domo saul. vt faciam cũ eo misericordiam? Dixitqz siba regi. Supest fili⁹ ionathe debil' pedib⁹. Ubi inqt est? Et siba ad regem. Ecce ait in domo est machir filij amihel ĩ lodabar. Cũ aũ venisset miphiboseth fili⁹ ionathe filij saul ad dauid: corruit in faciẽ suam z adorauit. Dixitqz dd. Miphiboseth. Qui rñdit. Assum fu⁹ tuus. Et ait ei dauid. Ne timeas. qz faciens faciam in te misericordiam ptr ionathan patrem tuum: et restituam tibi omnes agros saul patris tui: et tu comedes panem in mensa mea semp. Qui adorans eum dixit. Quis ego sum fuus tu⁹: quoniam respexisti super canem mortuū similez mei? Uocauit itaqz rex sibaz puer saul: z dixit ei. Omĩa qcunqz fuerunt saul z vniuersã domũ eius dedi filio dñi tui. Opare igit ei terram tu z filij tui et fui tui: et inferes filio dñi tui cibos vt alat. Miphiboseth aũt fili⁹ dñi tui. comedet semp panẽ sup mensaz meam. Erat aũt sibe qndecim filij: et viginti fui. Dixitqz siba ad regem. Sicut iussisti dñe mi rex fuo tuo: sic faciet fu⁹ tu⁹. Et miphiboseth comedet sup mensam meam: qsi vn⁹ de filijs regis. Habebat aũ miphiboseth filium puerũ nomine micha. Omnis vero cognatio dom⁹ sibe. Fuiebat miphiboseth. Porro miphiboseth habitabat in ihr'm. qz de mensa regis iugiter vescebat: et erat claudus vtroqz pede. Ca. X.

FActum est autem post hec. vt moreretur naas rex filioz ãmoz: z regnauit anon fili⁹ ei⁹ pro eo. Dixitqz dauid Faciam misericordiam cũ anon filio naas: sicut fecit pater ei⁹ mecum misericordiaz. Misit ergo dauid consolans eum p seruos suos super patris interitu. Cum autem venissent serui dauid in terram filioz ammon: dixerunt pncipes filioz ammon ad anon dominũ suũ. Putas qz ptr honorẽ p̄is tui miserit

dō ad te consolatores: ⁊ non ideo vt te inuestigaret ⁊ exploraret ciuitatē. ⁊ euerterz eam. misit dō suos suos ad te. Tulit itaqz ānon suos dauid. rasitqz dimidiam ptem barbe eoz: ⁊ pcidit vestes eoz medias vsqz ad nates: ⁊ dimisit eos. Qd cum nunciatū esset dō: misit in occursū eoz. Erant enim viri cōfusi turpit valde. Et mandauit eis dō. Manete i hiericho donec crescat barba vra: ⁊ tunc reuertimini. Videntes autē filij ānon. q iniuriam fecissent dō: miserūt et conduxert mercede sirz roob. ⁊ sirz soba viginti milia pditū: ⁊ a rege maacha mille viros: ⁊ ab histob decē milia viroz. Quod cū audisset dō: misit ioab ⁊ oēm exercitum bellatoz. Egressi sunt g filij ānon. ⁊ direxert aciem añ ipsū introitū portæ. Sir⁹ at soba ⁊ roob ⁊ histob ⁊ maacha. seorsū erāt i campo. Videns g ioab q prepatū eet aduersū se preliū ⁊ ex aduerso ⁊ pt⁹ tergū: elegit sibi ex oīb electis isrl ⁊ instruxit aciez contra sirz: reliquaz at pte pli dedidit abisai fri suo. Qui direxerit aciez aduersū filios ānon. Et ait ioab. Si pualuerit aduersū me siri: eris mihi i adiutoriū: si at filij ammon pualuerit aduersū te. auxiliabor tibi Esto vir fortis: ⁊ pugnem⁹ p pl̄o nr̄o ⁊ ciuitate dei nr̄i. Dns at faciet qd bonū est i cōspcu suo. Iniit itaqz ioab ⁊ pl̄us q erat cū eo certamē ptra siros: q statim fugerūt a facie ei⁹. Filij at ānon videtes q fugissent siri. fugert ⁊ ipi a facie abisai: ⁊ igressi sūt ciuitatē. Reuersusqz ē ioab a filijs ānō et venit ihrl̄m. Videntes igr filij ānon qm sir⁹ expauit ⁊ qm corruissent corā isrl. congregati sunt pariter. Misitqz adadezer ⁊ eduxit siros q erant trās fluuiū: ⁊ adduxit eoz exercitū. Sobach at mgr milicie adadezer erat pnceps eoz. Qd cum nunciatū esset dō contrit oēm isrlem et transiuit iordanen: venitqz in helam. Et direxert aciem siri ex aduerso dauid: ⁊ pugnert contra isrl. Fugeruntqz siri a facie isrl: ⁊ occidit dō de siris septingentos currus ⁊ qdraginta milia equtum: ⁊ sobach pncipem milicie percussit: q statim mortu⁹ est. Videntes at vniuersi reges q erant in psidio adadezer se victos ab isrl: expauert ⁊ fugerunt qnqginta ⁊ octo milia coraz isrl. Et fecert pacem cū isrl. et seruierunt eis: timueruntqz siri auxilium prebere filijs ammon.

Capitulum. XI.

Factum est autē vertente anno. eo tpe quo solent reges ad bella pcedere misit dauid ioab. ⁊ seruos suos cū eo. et vniuersū israel: ⁊ vastauert filios ammon et obsederunt rabba. Dauid at remansit in ihrl̄m. Dum hec agerent accidit qdam die vt surgeret dauid de stratu suo post meridiem: et deambularet in solario dom⁹ regie. Vidit qz mulierē se lauantem ex aduerso sup solariū suum. Erat at mulier pulcra valde. Misit g rex: et requisiuit q esset mulier. Nūciatūqz est ei: q ipsa esset bersabee filia heliam vxor vrie ethei. Missis itaqz dauid nuncijs: tulit eam. Que cū ingressa esset ad illū: dormiuit cū ea. Sta timqz sanctificata est ab immūdicia sua: ⁊ reuersa est domū suam cōcepto fetu. Mittēsqz nūciauit dauid: ⁊ ait. Concepi. Misit at dauid ad ioab dicens. Mitte ad me vriam ethei. Misitqz ioab vriam ad dauid. Et veit vrias ad dauid. Quesiuitqz dō q̄ recte ageret ioab ⁊ pl̄us: ⁊ qō aministraret bellum. Et dixit dauid ad vriaz. Vade in domū tuaz. ⁊ laua pedes tuos. Et egressus ē vrias de domo regis: secutusqz est eū cibus regi⁹. Dormiuit autē vrias añ portam dom⁹ regie cum alijs puis dñi sui: et non descendit ad domū suaz. Nunciatūqz est dauid a dicentibus. Non iuit vrias in domum suam. Et ait dauid ad vriaz. Nunquid non de via longinqua venisti? Quare non descendisti in domū tuaz? Et ait vrias ad dauid. Archa dei ⁊ israel ⁊ iuda habitāt in papilionibus. ⁊ dns meus ioab et serui dñi mei sup faciem terre manent: et ego ingrediar domū meam vt comedam et bibā et dormiam cū vxore mea. Per salutem tuam. ⁊ p salutē anime tue. non faciam rem hanc. Ait ergo dauid ad vriam mane hic etiaz hodie: et cras ⁊ dimittam te. Mansit vrias i ihrl̄m in die illa ⁊ altera: et vocauit eū dauid vt comederet corā se ⁊ biberet: ⁊ inebriauit eum. Qui egressus vespe. dormiuit i stratu suo. cū puis dñi sui: ⁊ in domū suaz n descendit. Factū est g mane: ⁊ scpsit dauid epl̄am ad ioab. misitqz p manū vrie scribens in epl̄a. Ponite vriaz ex aduerso belli vbi fortissimū est pl̄ium: ⁊ derelinqte eū: vt pcussus intereat. Igit cū ioab obsideret vrbē. posuit vriam i loco vbi sciebat

viros esse fortissimos: egressiq; viri de ciui
tate bellabant aduersū ioab. ⁊ ceciderūt de
pl'o suoꝝ dauid: et mortu⁹ est etiam vrias
ethæus. Misit itaq; ioab ⁊ nūciauit dauid
oīa verba plij: pcepitq; nuncio dicens. Cū
cōpleueris vniuersos smones belli ad re-
gē. si eū videris indigri⁊ dixerit. q̄re acces
sistis ad muꝝ vt pliaremī: an ignorabatis
q̄ mlta desup ex muro tela mittant: qs p-
cussit abimelech filiū hieroboal. Nōne mu
lier misit sup eū frag mē mole. de muro. et
interfecit eū in thebes: q̄re iuxta muꝝ acces-
sistis. dices. Etiam su⁹ tu⁹ vrias ethe⁹ accu
buit. Abijt ergo nūci⁹: et venit et narrauit
dauid oīa que ei pcepat ioab: ⁊ dixit nūci
us ad dauid. Preualuer̄t aduersū nos vi-
ri: et egressi sunt ad nos in agꝝ. Nos autē
Rex aũ salomõ amauit mlieres alienigenas mltas:filiã q; pharaonis:⁊ moabitidas et ãmonitidas ydumeas ⁊ sydonias. ⁊ cetheas:ꝺ gentibꝰ sup q̃bꝰ dixit dñs filijs isrl'. Nõ ingredimĩ ad eas:neq; de illis ingrediẽt ad vãs. Certissime ei auertẽt corda vãa: vt seq̃mĩ deos eaꝝ. Hijs itaq; copulatꝰ ẽ salomõ ardẽtissimo amore. Fuerũtq; ei uxores q̃si regine septigẽte:⁊ ꝓcubine trecẽte. Et auertũt mlieres cor ei⁹. Cumq; iã esset senex depravatũ ẽ cor ei⁹ ꝑ mulieres vt seq̃retur deos alienos:nec erat cor ei⁹ pfectũ cũ domino deo suo sic cor dauid patris ei⁹: sed colebat salomõ astharthen deã sydoniorũ ⁊ chamos deũ moabitaꝝ ⁊ moloch ydolũ ãmonitaꝝ. Fecitq; salomõ qꝺ nõ placuerat coram dño:⁊ nõ adimpleuit vt seq̃retur dñm sic dauid pr ei⁹. Tũc edificauit salomõ fanũ chamos ydolo moab ĩ mõte q̃ ẽ ꝓ hirlm:⁊ moloch ydolo filioꝝ ãmõ. Atq; ĩ hũc modũ fecit vniuersis uxoribus suis alienigenis:q; adolebãt thura ⁊ ĩmolabãt dijs suis. Igit irat⁹ ẽ dñs salomõi. qꝺ auersa esset mens ei⁹ a dño deo isrl' qui apparuerat ei scꝺo:⁊ ꝓcepat de vbo hoc ne seq̃retur deos alienos:⁊ nõ custodiuit q; mãdauit ei dñs. Dixit itaq; dñs salomoni. Quia habuisti hoc apud te et nõ custodisti pactũ meũ ⁊ ꝓcepta mea q; mãdaui tibi:diſrũpens scidã regnũ tuũ. ⁊ dabo illꝺ suo tuo:verũtñ ĩ diebꝰ tuis nõ faciã ꝓpter dauid pr̃em tuũ. De manu filij tui scindaz illud:nec totũ regnũ auferã sed tribũ vnã dabo filio tuo:ꝓpt̃ dꝺ suũ meum ⁊ hirlm quã elegi. Insuscitauit aũt domin⁹ aduersariũ salomoni adad ydumeũ de semie regio:q; erat in edom. Cũ enĩ esset dauid in ydumea et ascẽdisset ioab ꝓnceps milicie ad sepeliẽdũ eos q; fuerãt ĩterfecti. ⁊ occidisset oẽ masculinũ ĩ ydumea:sex eĩ mẽsibꝰ ibi morat⁹ ẽ ioab. ⁊ oĩs isrl donec ĩterime ret ⁊ oẽ masculinũ ĩ ydumea: fugit adad ipe ⁊ viri ydumei de suis pr̃is ei⁹ cũ eo. vt ingrederet egiptum. Erat aũt adad puer puul⁹. Cũq; surrexissent ꝺ madian: venerũt ĩ pharan. Tulerũtq; secum viros de pharan:⁊ ĩtroierẽt egiptũ. ad pharaonẽ regẽ egipti. Qui dedit ei domũ: ⁊ cibos ꝓstituit:⁊ terrã delegauit. Et ĩuenit adad gratiã coram pharaõe valde:ntãtũ vt daret ei uxorẽ sororẽ uxoris sue germanam tafnes regine. Genuitq; ei soror tafnes genebath filiũ:⁊ nutriuit eũ tafnes ĩ domo pharaonis. Eratq; genebath habitãs apud pharaonẽ cũ filijs ei⁹. Cumq; audisset adad ĩ egipto dormisse dauid cũ pr̃ibꝰ suis:⁊ mortuum esse ioab ꝓncipẽ milicie: dixit pharaoni. Dimitte me: vt vadã ĩ terrã meã. Dixitq; ei pharao. Qua eĩ re apud me indiges:vt q̃ras ire ad terrã tuã? At ille rñdit. Nulla. Sed obsecro te: vt dimittas me. Insuscitauit q; ei de⁹ aduersariũ razõ filiũ eliadan q; fugerat adadezer regẽ soba dñm suũ:⁊ congregauit ꝓ̃ eũ viros ⁊ fact⁹ ẽ prĩceps latronũ cũ ĩterficeret eos dauid: abierũtq; damascũ ⁊ habitauerẽt ibi: ⁊ ꝓstituerũt eũ regẽ ĩ damasco:eratq; aduersarí⁹ isrl cũctis diebꝰ salomõis. Et hoc ẽ malũ adad ⁊ odiũ ꝓtra isrl:regnauitq; ĩ syria Hieroboã q; filí⁹ nabath euphratẽ⁹ ꝺ sareda. Cu⁹ salomõis cui⁹ mĩ erat noie Hua mulier vidua:leuauit manũ ꝓtra regẽ Et hec causa rebellionis aduersus eũ: qr salomõ edificauit mello:⁊ coeq̃uit voraginẽ ciuitatis ꝺꝺ patris sui. Erat aũ hieroboã vir fortis ⁊ potẽs. Vidensq; salomõ adolescẽtẽ bone indolis ⁊ industriũ ꝓstituerat eũ pfectũ sup tributa vniuerse dom⁹ ioseph. Factũ ẽ igĩ ĩ tpe illo vt hieroboã egrederet de hirlm:⁊ ĩueniret eũ ahias silonites ꝓpha ĩ via opert⁹ pallio nouo. Erãt autez duo tãtũ ĩ agro. Apprehẽdensq; ahias pallíũ suũ nouũ q; coopert⁹ erat scidit ĩ duodecĩ ptes: ⁊ ait ad hieroboã. Tolle tibi de cẽ scissuras. Hec eĩ dicit dñs de⁹ isrl. Ego scidã regnũ de manu salomõis:⁊ dabo tibi decẽ tribꝰ. Porro una tribꝰ remanebit ei ꝓpt̃ suũ meũ dauid. ⁊ hirlm ciuitatez. quã elegi ex oĩbꝰ tribꝰ isrl:eo q; dereliq̃rit me. ⁊ adorauerit astharthen deã sydoniorũ ⁊ chamos deũ moab. ⁊ moloch deuz filioꝝ ammõ:⁊ nõ ãbulauerit ĩ vijs meis vt faceret iusticiam coram me. ⁊ precepta mea ⁊ iudicia sicut dauid pater eius. Nec auferã oẽ regnũ de manu eius: sed ducem ponã eũ cũctis diebꝰ vite sue ꝓpter dauid

Regū

seruū meū quē elegi:q̄ custodiuit mādata mea ⁊ p̄cepta mea. Auferā aūt regnum ꝺ manū filij eiꝰ ⁊ dabo tibi tecē tribꝰ:filio aūt eiꝰ dabo tribū vnā : vt remaneat lucerna dauid ꝯuo meo cūctis diebꝰ corā me ī hierusalē ciuitate quā elegi . vt esset nomen meū ibi. Te aūt assumā:⁊ regnabis super oīa que desiderat aīa tua:eriſq; rex super isrl'. Si igit' audieris oīa q̄ p̄cepero tibi ⁊ ambulaueris ī vijs meis .et feceris qꝺ rectū est corā me custodiēs mādata mea et p̄cepta mea. sicut fecit dauid seruus meꝰ ero tecū:⁊ edificabo tibi domum fidelem. quō edificaui dauid domum ⁊ tradaz tibi isrl'. ⁊ affligā semē dauid sup hoc :verūtñ nō cūctis diebꝰ. Voluit g̃ salomon ītersi cere hieroboam. Qui surrexit ⁊ affugit in egiptū ad susac r̄gē egipti:⁊ fuit ī egipto vsq; ad mortē salomōis Reliquū aūt ꝺboꝝ salomōis ⁊ oīa q̄ fecit ⁊ sapiētia eiꝰ: ecce vniuersa scripta sūt ī libꝛo ꝺboꝝ dieꝝ salomōis. Dies aūt q̄s regnauit salomon ī hierusalē sup oēz isrl':q̄draginta āni sūt. Dormiuitq; salomon cū p̄ribꝰ suis :et sepultꝰ ē ī ciuitate dauid p̄ris sui:regnauit q; roboam filiꝰ eiꝰ p eo

Capitulū XII.

Venit aūt roboam ī sichem. Illuc enī ꝯgregatus erat oīs pl'us isrl' ad p̄stituēdū eū regē. Atvero hieroboam filiꝰ nabath cū adhuc esset ī egipto pfugus a facie salomonis regis:audita mortē eiꝰ reuersus ē ꝺ egipto. Miserūtq; ⁊ vocauerūt eū. Venit g̃ hieroboam et oīs multitudo isrl' :⁊ locuti sūt ad roboam dicētes. Pater tuꝰ durissimū iugum īposuit nobꝭ:tu itaq; nūc īminue paululū ꝺ īperio p̄ris tui durissimo ⁊ ꝺ iugo g̃uissimo qꝺ īposuit nobꝭ:⁊ seruiemꝰ tibi. Qui ait eis. Ite vsq; ad tertiū diē:⁊ reuertimī ad me . Cūq; abisset pl'us:inijt p̄siliū rex roboaz cū senioribꝰ .q̄ assistebāt corā salomōe p̄re eiꝰ cū adhuc viueret.⁊ ait. Qꝺ datis p̄siliū vt rñdeā pl'o:Qui dixerūt ei Si hodie obedieris pl'o huic.⁊ fueris ⁊ pacificōi eoꝝ cesseris . locutꝰq; fueris ad eos ꝺba lenia:erūt tibi ſui cūctis diebꝰ .q̄ derelict p̄siliū senū qꝺ dederant ei :⁊ adhibuit adolescētes q̄ nutriti fuerāt cū eo .⁊ assistebāt illi:dixitq; ad eos . Qꝺ mihi datis p̄siliū vt rñdeā pl'o huic.q̄ dixerūt mihi.le uius fac iugū qꝺ īposuit p̄ tuꝰ sup nos! Et dixerūt ei iuuenes q̄ nutriti fuerāt cuz eo. Sic loq̄re pl'o huic :q̄ locuti sūt ad te dicētes. P̄ tuꝰ aggrauauit iugū nr̄m:tu r̄ leua nos. Sic loq̄ris ad eos. Minimꝰ digitꝰ me grossior ē dorso p̄ris mei . Et nūc p̄ me posuit sup vos iugū g̃ue: ego aūt addā sup iugū vr̄m. P̄ meꝰ cecidit vos flagell'.ego aūt cedā vos scorpionibꝰ. Veit g̃ hieroboaz .⁊ oīs pl'us ad roboaz .die tercia:sicē locutꝰ fuerat rex dicēs. Fuertimini ad me die t̄cia. Rñditq; rex pl'o dura.derelicto p̄silio seniorꝝ qꝺ ei dederāt:⁊ locutꝰ ē eis ſm p̄siliū iuuenū dicēs. P̄ meꝰ aggrauauit iugū vr̄m:ego aūt addā iugo vr̄o. P̄ meꝰ cecidit vos flagell' :ego aūt cedam vos scorpiōibꝰ. Et ñ acq̄euit rex pl'o quō auersatꝰ fuerat eū dñs:vt suscitaret ꝺbum suū qꝺ locutꝰ fuerat ī mānu abie sylonite ad hieroboā filiū nabath. Videns itaq; pl's q; noluisset eos audire rex : rñdit ei dicēs. Que nobꝭ ps ī dauid.vel q̄ hereditas ī filio ysai: Vade ī tabernacula tua isrl'. Nunc vide domū tuā dauid. Et abijt isrl' ī tabernacl'a sua . Sup filios aūt isrl'.q̄cūq; habitabāt ī ciuitatibꝰ iuda:regnauit roboā. Misit g̃ rex roboā aduranā q̄ erat sup tributa:⁊ lapidauit eū oīs isrl':⁊ mortuus est. Porro rex roboā festinꝰ ascēdit currū ⁊ fugit in hierusalē:recessitq; isrl' a domo dauid vsq; ī p̄ntē diē. Factum ē aūt cū audisset oīs isrl' qꝺ reuersus esset hieroboā misert ⁊ vocauerūt eū ꝯgregato cetu:⁊ p̄stituerūt eū regē sup oēm isrl': nec secutꝰ ē q̄squā domum dauid p̄t tribū iuda solā . Veit aūt roboaz ierusalē ⁊ ꝯgregauit vniuersā domū iuda ⁊ tribū beniamī cētūoctogītamilia electorū virorꝝ ⁊ bellatorꝝ:vt pugnāret cōt domuz isrl':⁊ rꝺucerēt regnū roboā filio salomonis. Factū ē aūt ſmo dñi ad semeiā virū dei dicēs. Loq̄re ad roboā filiū salomōis rḡis iuda.⁊ ad oēz domum iuda ⁊ beniamin ⁊ reliq̄s ꝺ pl'o dicēs. Hec dicit dñs. Nō ascendetis:nec bellabitis ctra frēs vr̄os filios isrl'. Reuertat' vir ī domū suā. A me enī factū ē ꝺbū hoc. Audierūt ſmonē dñi:⁊ reuersi sūt ꝺ itinē sicē eis p̄cepat dñs. Edificauit aūt hieroboā sychē ī mōte effraī ⁊ habitauit ibi Et egressꝰ ītde edificauit phanuel. Dixitq; hieroboā ī corde suo. Nē fuerit regnū ad domū dꝺ. si ascenderit pl'us iste

vt faciat sacrificia ī domo dñi ī hirl'm: et
quertēt cor ꝓpli hui⁹ ad dñm suū roboā re
gē iuda: inuēticētq me ⁊ reuertēt ad eum
Et excogitato consilio fecit duos vitulos
aureos: ⁊ dixit eis Nolite vltra ascendere
hirl'm Ecce dij tui isrl': qui te eduxerūt de
tra egipti Posuitq vnū ī bethel. ⁊ alterū
ī dan: ⁊ factū ē ꝟbū hoc ī pcm. Ibat enī
ꝓpl'us ad adorādū vitulū vsq ī dan Et fe-
cit phana ī excelsis: ⁊ sacerdotes de extre-
mis ꝓpli qui ñ erāt ex filijs leui Cōstituitq
die solēnē ī mēse octauo. quintadecīa die
mēsis: ī sil'itudiez solēnitatis q̄ celebrāt ī
iuda Et ascēdēs altare sil'iter fecit ī bethel
vt īmolaret vitul' q̄s fabricat⁹ fuerat Cō-
stituitq ī bethel sacerdotes excelsoꝝ q̄ fece
rat: ⁊ ascēdit sup altare qđ extruxerat in
bethel: quīta decīa die mēsis octaui quē fī-
xerat de corde suo Et fecit solēnitatē filijs
isrl': ⁊ ascēdit sup altare vt adoleret incē
sum. Capi. .XIII.

Ecce vir dei venit ex iuda ī ꝟmo
ne dñi ī bethel hieroboā stāte sup
altare: ⁊ thus iacīēte Et exclama-
uit ꝓtra altare ī ꝟmōe dñi. ⁊ ait Altare al
tare: hec dicit dñs Ecce filj⁹ nascet domui
dauid iosias noīe: ⁊ īmolabit sup te sacer
dotes excelsoꝝ qui nūc ī te thura succēdūt
⁊ ossa hoīm sup te incēdet Dedit q̄ in illa
die signū dicēs Hoc erit signū qđ locut⁹ ē
dñs. Ecce altare scindet: ⁊ effūdetur cinis
qui ī eo ē Cumq audisset rex ꝟmonē hoīs
dei quē īclamauerat ꝓtra altare ī bethel:
extēdit manū suā de altari dicēs. Appēhen
dite eū. Et exaruit man⁹ ei⁹ quā extēderat
ꝓtra eū: nec valuit retrahere eā ad se. Al-
tare qz scissū ē: ⁊ effusus ē cinis de altari:
iuxta signū qđ ꝑdixerat vir dei ī ꝟmōe dñi
Et ait rex ad virꝝ dī Depcare faciē dñi dī
tui ⁊ ora ꝓ me: vt restituat man⁹ mea mi-
hi Orauit vir dei faciē dñi: ⁊ reuersa ē ma-
n⁹ regis ad eū: ⁊ facta ē sic pri⁹ fuerat. Lo
cut⁹ ē aūt rex ad virꝝ dī Veni mecū domū
vt prādeas: ⁊ dabo tibi munera. Rñditq
vir dei ad regē Si dederis mihi mediā ptē
dom⁹ tue ñ veniā tecū: nec comedā panez
neq bibā aquā ī loco isto. Sic enī mādatū
ē mihi ī ꝟmōe dñi pcipientis. Nō comedes
panē neq bibes aquā: nec reuertēris per
viā q̄ venisti. Abijt g̃ ꝓ aliā viā: ⁊ nō ē re-
uersus ꝓ itēr q̄ venerat in bethel. ꝓphetes

aī quidā senex habitabat ī bethel: ad quē
venerūt filij sui. et narrauerūt ei oīa opa
q̄ fecerat vir dei illa die ī bethel. Et verba
q̄ locut⁹ fuerat ad regē narrauerūt ꝑi suo
Et dixit eis pr̄ eoꝝ. Per quā viam abijt:
Ostenderūt ei filij sui viā ꝓ quā abierat vir
dei qui venerat de iuda. Et ait filijs suis.
Sternite mihi azinū. Qui cū strauissent:
ascēdit ⁊ abijt post virꝝ dei. ⁊ īuenit eū se-
dentē subt⁹ therebintū Et ait illi Tu ne es
vir dei qui venisti ex iuda? Rñdit ille Ego
sum Dixitq ad eū. Veni mecū domū: vt
comedas panē. Qui ait. Nō possum reuer
ti neq venire tecū: nec comedaz panē nec
bibā aquā in loco isto: qz locut⁹ ē dñs ad
me ī ꝟmōe dñi dicēs Nō comedes panē et
nō bibes aquā ibi: nec reuerteris ꝓ viā q̄
ieris. Qui ait illi. Et ego ꝓpha sū similis
tui: ⁊ angelus locut⁹ ē mihi ī ꝟmōe dñi di
cēs. Reduc eū tecū in domū tuā: vt come-
dat panē ⁊ bibat aquā. Fefellit eū: ⁊ redu
xit secū. Comedit g̃ panē in domo eius: ⁊
bibit aquā Cūq sederent ad mēsā: factus
ē ꝟmo dñi ad ꝓphaz qui reduxerat eū. Et
exclamauit ad virꝝ dei qui venerat ex iuda
dicēs. Hec dicit dñs Quia nō obediēs fui-
sti ori dñi. ⁊ nō custodisti mādatū qđ ꝑce-
pit tibi dñs deus tu⁹ ⁊ reuersus es ⁊ come
disti panē ⁊ bibisti aquā. in loco in q̄ ꝑce-
pit tibi. ne comederes panem neq; biberes
aquā: nō inferet cadauer tuū in sepulcrū
patrum tuorum. Cūq comedisset ⁊ bibiss̄z
strauit azinū suū ꝓpha quē reduxerat Qui
cū abisset inuenit eū leo in via. ⁊ occidit.
⁊ erat cadauer ei⁹ ꝓiectū in itinere Azin⁹
aūt stabat iuxta illū: ⁊ leo stabat iuxta ca
dauer. Et ecce viri trāseuntes viderunt ca
dauer ꝓiectū in via: ⁊ leonez stantē iuxta
cadauer. Et venerunt et diuulgauerunt ī
ciuitatē: in q̄ ꝓphetes ille senex habitabat.
Qđ cū audisset ꝓpha ille qui reduxerat eū
de via ait. Vir dei ē qui inobediēs fuit ori
dñi: ⁊ tradidit eū dñs leoni. ⁊ ꝑfregit eū:
⁊ occidit iuxta ꝟbū dñi qđ locut⁹ ē ei Dix
itq ad filios suos Sternite mihi azinum
Qui cū strauissēt ⁊ ille abiss̄z: īuenit cada-
uer ei⁹ ꝓiectū ī via: ⁊ azinū ⁊ leonē stantes
iuxta cadauer. Non comedit leo de cada-
uere: nec lesit azinū Tulit g̃ ꝓphetes cada
uer viri dei ⁊ posuit illud super azinum: ⁊
reuersus intulit in ciuitatem ꝓphete senis

vt plãgerẽt eũ: ꝙ posuit cadauer eiꝰ ĩ sepul
cro suo Et plãxerũt eũ: heu heu mi frater
Cũqꝫ plãxissẽt eũ: dixit ad filios suos. Cũ
mortuꝰ fuero sepelite me ĩ sepulcro ĩ q̃ vir
dei sepultꝰ ẽ: iuxta ossa eiꝰ ponite ossa mea
Profecto eĩ veniet ſmo quẽ ꝓdixit ĩ ſmo
ne dñi ꝓtra altare qd̃ ẽ ĩ bethel: ꝙ ꝓtra oĩa
phana excelsoꝝ q̃ sũt ĩ vrbib samarie P
ũba hec nõ ẽ reuersus hieroboã ꝺ via sua
pessima: sꝫ ecõtrario fecit de nouissimis
ꝑplis sacerdotes excelsoꝝ. Quicunqꝫ vole
bat ĩplebat manũ suaꝫ. ꝙ fiebat sacerdos
excelsoꝝ. Et ꝓpter hãc causã peccauit do
mꝰ hieroboã. ꝙ euersa ẽ: ꝙ deleta de supfi
cie terre. ¶ Capitulũ. XIIII.

In tẽpore illo egrotauit abia filiꝰ
hieroboã. Dixitqꝫ hieroboam vxo
ri sue. Surge ꝙ cõmuta habituꝫ
ne cognoscaris quod sis vxor hieroboã: ꝙ
vade in sylo vbi ẽ ahias ꝓpha q̃ locutus ẽ
mihi q regnaturꝰ essẽ sup ꝑplm hũc. Tolle
q̃ꝫ in manu tua decẽ panes ꝙ crustulam ꝙ
vas mellis: ꝙ vade ad illũ Ipse enĩ indica
bit tibi: quid euẽtuꝝ sit puero huic Fecit
vt dixerat vxor hieroboã. ꝙ cõsurgẽs abijt
ĩ sylo: ꝙ veĩt in domũ abie. At ille nõ po
terat videre: q caligauerũt oculi eiꝰ ꝑ sene
ctute. Dixit aũ dñs ad ahiã Ecce vxor hie
roboã ingredit vt ꝙsulat te sup filio suo
q egrotat. Hec ꝙ hec loq̃ris ei Cum ǧ illa
intraret ꝙ dissimularet se esse q̃ erat: audi
uit abias sonitũ pedũ eiꝰ ĩtroeũtis ꝑ ostiũ
ꝙ ait. Ingredere vxor hieroboã Quare ali
am te eẽ simulas ? Ego aũ missus sũ ad te
durꝰ nũcius. Vade ꝙ dic hieroboã. Hec di
cit dñs deꝰ isrl. Quia exaltaui te de medio
ꝑpli ꝙ dedi te ducẽ sup ꝑplm meũ isrl. ꝙ sci
di regnũ domꝰ dauid ꝙ dedi illud tibi. ꝙ ñ
fuisti sic̃ seruꝰ meꝰ dauid q̃ custodiuit mã
data mea. ꝙ secutꝰ ẽ me ĩ toto corde suo fa
cies qd̃ placitũ esset ĩ ꝓspectu meo: sꝫ opa
tus es male sup oẽs qui fuerũt añ te. ꝙ feci
sti tibi deos alienos ꝙ cõflatiles. vt me ad
iracũdiã ꝓuocares: me aũt piecisti pꝰ ter
gũ tuũ: idcirco ecce ego inducã mala sup
domũ hieroboã. ꝙ pcuciã ꝺ hieroboã. mín
gẽtẽ ad parietẽ ꝙ clausũ ꝙ nouissimũ ĩ isrl
ꝙ mũdabo reliquias domꝰ hieroboã sicut
mũdari solet fimꝰ vsq̃ ad pueꝝ. Qui mor
tui fuerĩt de hieroboã in ciuitate comedẽt
eos canes: qui autẽ mortui fuerint ĩ agro
vorabũt eos aues celi: qr dñs locutꝰ ẽ. Tu
igit surge ꝙ vade in domũ tuã: ꝙ in ipo in
troitu pedũ tuoꝝ in vrbẽ morietꝰ puer: et
plãget eũ oĩs isrl ꝙ sepeliet. Iste eĩ solꝰ in
feretur de hieroboã in sepulcrũ: qr inuẽtꝰ
ẽ sup eo sermo bonꝰ a dño deo isrl ĩ domo
hieroboã Cõstituet aũ sibi dñs regẽ super
isrl: qui pcuciet domũ hieroboã ĩ hac die
ꝙ in hoc tẽpore: ꝙ pcuciet dñs deꝰ isrl: sic̃
moueri solet harũdo in aq̃. Et euellet isrl
de terra bona hac quã dedit pribꝫ eoꝝ: et
vẽtilabit eos trãs flumen: qr fecerũt sibi lu
cos vt irritarẽt dñm. Et tradet dñs deꝰ isrl
ꝓpter pcã hieroboam: qui peccauit ꝙ pec
care fecit isrl. Surrexit itaqꝫ vxor hiero
boã. ꝙ abijt: ꝙ venit in tharsa Cũqꝫ illa in
grederet limẽ domꝰ. puer mortuꝰ ẽ: ꝙ sepe
lierũt eũ ꝙ planxit eũ oĩs isrl. iuxta ſmo
nẽ dñi quẽ locutꝰ ẽ in manu ſui ſui abie
prophete Reliq̃ aũ ũboꝝ hieroboã quomõ
pugnauerit. ꝙ qũo regnauerit. ecce scri
pta sũt ĩ libro verboꝝ dieꝝ regũ isrl. dies
aũt quib regnauit hieroboã: vigintiduo
anni sũt. Et dormiuit hieroboã cũ ꝑribus
suis: regnauitqꝫ nadab filiꝰ eiꝰ ꝑ eo. Ro
ro roboam filiꝰ salomonis regnauit ĩ iu
da Quadraginta ꝙ vniꝰ anni erat roboam
cũ regnare cepisset: decẽ ꝙ septẽ annis re
gnauit ĩ hirlm ciuitate quã elegit dñs vt
poneret nomẽ suũ ibi ex oĩb tribub isrl.
Nomẽ aũt matris eius naama amanites
Et fecit iudas malũ coram dño: ꝙ irrita
uerũt eũ sup oĩb que fecerãt ꝑres eoꝝ in
peccatis suis q̃ peccauerũt. Edificauerũt
enĩ ꝙ ipsi sibi aras ꝙ statuas ꝙ lucos super
oẽm collẽ excelsũ ꝙ subter oẽm arboẽ frõ
dosã. sꝫ ꝙ effeminati fuerũt in terra: fece
rũtqꝫ oẽs abhominacões genciũ: quas at
triuit dñs ante faciem filioꝝ isrl. In
quĩto aũt ãno regni roboã ascẽdit sesach
rex egipti in hirlm: ꝙ tulit thesauros do
mus dñi. et thesauros regios et vniuersa
diripuit: scuta q̃ꝫ aurea q̃ fecerat salomõ
ꝑ q̃b fecit rex roboã scuta erea: ꝙ tradidit
ea ĩ mãu ducũ scutarioꝝ. ꝙ eoꝝ q̃ excuba
bãt añ ostiũ domꝰ regis. Cũqꝫ ingrederet
rex ĩ domũ dñi portabãt ea qui ꝑeũdi ha
bebant officiũ: ꝙ postea reportabãt ad ar
mamentarium scutariorum. Reliqua aũt
ſmonum roboã ꝙ oĩa q̃ fecit: ecce scripta
sũt ĩ libro ſmonũ dieꝝ regũ iuda. Fuitqꝫ

bellū inter roboā ⁊ hieroboā. cūctis diebꝫ dormiuitqꝫ roboā cū pribꝫ suis. ⁊ sepultꝰ ē cū eis ī ciuitate dauid Nomē aūt mris eius naama amanites. Et regnauit abia filius eiꝰ ꝓ eo.

Capi. XV.

Igitur in octauodecimo anno regni hieroboaz filij nabath. regnauit abia sup iudā. Tribꝫ annis regnauit in hirl'm. Nomē mris eiꝰ maacha filia abessalō: ambulauitqꝫ in omnibꝫ peccatis pris sui q̄ fecerat añ eū: nec erat cor eiꝰ pfectū cum domino deo suo sicut cor dauid pris eius Sed ꝓpter dauid dedit ei dns deus suꝰ lucernā in hirl'm vt suscitaret filiū eius post eū. ⁊ statueret hirl'm eo qꝺ fecisset dauid rectū in oculis domini: ⁊ nō declinasset ab oībꝫ q̄ pcepat ei cūctis diebꝫ vite sue: excepto sermone vrie ethei attamē bellū fuit inter abiā ⁊ hieroboam oi tpore vite eius. Reliq̄ aūt ſmonū abie ⁊ omnia que fecit: nōne hec scripta sūt in libro verboꝝ dieꝝ regū iuda? Fuitqꝫ plius inter abiam ⁊ ītēr hieroboam. Et dormiuit abia cū pribꝫ suis: ⁊ sepelierūt eū ī ciuitate dauid: regnauitqꝫ asa filiꝰ eiꝰ ꝓ eo

In āno q̄ vicesimo hieroboā regis isrl': regnauit asa rex iuda: ⁊ quadraginta ⁊ vno āno regnauit ī hirl'm. Nomē mris eiꝰ macha. filia abessalō. ⁊ fecit asa rectū ante ꝙspectū dñi sic dauid pr̄ eiꝰ: ⁊ abstulit effeminatos ꝺ terra: purgauitqꝫ vniuersas sordes ydoloꝝ. que fecerāt pres eiꝰ Insup ⁊ maachā mrem suā amouit ne esset princeps ī sacris priapi ⁊ in luco eiꝰ quē ꝙsecrauerat: subuertitqꝫ spēcū eiꝰ. ⁊ ꝙfregit simulacrū turpissimū: ⁊ cōbussit in torrēte cedrō. Excelsa aūt nō abstulit. Verūtamē cor asa pfectū erat cū dño deo suo cūctis diebꝫ suis: ⁊ intulit ea q̄ sāctificauerat pr̄ suus ⁊ vouerat ī domū dñi: argentū ⁊ aurū ⁊ vasa Bellū aūt erat ītēr asa ⁊ baasa regem isrl': cūctis diebꝫ eoꝝ. Ascendit qꝫ baasa rex isrl' in iudā. ⁊ edificauit rama: vt nō posset quispiam egredi vl' īgredi de ptē asa regis iude. Tollens itaqꝫ asa omne argentū ⁊ aurum qꝺ remāserat in thesauris dom' dñi ⁊ in thesauris domus regie dedit illud in manꝰ seruoꝝ suoꝝ: et misit ad benadab filiū tabremmō filij eziō regē sirie. qui habitabat in damasco dicēs. Federā ītēr me ⁊ te ⁊ ītēr pr̄em meū ⁊ pr̄em tuū: ideo misi tibi munera argentū ⁊ aurū ⁊ peto vt venias. ⁊ irritū facias fedus qꝺ habes cū baasa rege isrl'. ⁊ recedat a me. Acquiescēs benadab regi asa misit pncipes exercitꝰ sui ī ciuitates isrl': ⁊ percusserūt ahion ⁊ dan ⁊ abel. domū maacha. ⁊ vniuersā cēneroth. oēm scz terrā neptalī. Qꝺ cū audisset baasa ītermisit edificare rama ⁊ reuersus ē ī tersa. Rex aūt asa nūciū misit ī oēm iudā dicēs. Nemo sit excusatꝰ Et tulerūt lapides de rama ⁊ ligna eiꝰ de quibꝫ edificauerat baasa: et extruxit de eis rex asa gabaa beniamin. ⁊ maspha. Reliq̄ aūt oīm ſmonuz asa ⁊ vniuersa fortitudines eiꝰ ⁊ cūcta q̄ fecit ⁊ ciuitates q̄s extruxit: nōne hec scripta sūt ī libro verboꝝ dieꝝ regū iuda? Verūtamē in tpe senectutis sue doluit pedes ⁊ dormiuit cū pribꝫ suis ⁊ sepultꝰ ē cū eis ī ciuitate dauid pr̄is sui: regnauitqꝫ iosaphat filiꝰ eiꝰ ꝓ eo

Nadab vo filiꝰ hieroboā regnauit sup isrl' āno scdo asa regis iuda: regnauitqꝫ sup isrl' duobꝫ annis ⁊ fecit qꝺ malū ē ī ꝙspectu dñi: ⁊ ābulauit in vijs pris sui ⁊ ī pctis eiꝰ. quibꝫ peccare fecit isrl'. Insidiatꝰ ē aūt ei baasa filiꝰ ahie de domo ysachar: ⁊ percussit eū ī gebbethō q̄ ē vrbs philistinoꝝ Siquidē nadab ⁊ oīs isrl' obsidebāt gebbethō. Interfecit q̄ illuz baasa ī āno tercō asa regis iuda: ⁊ regnauit ꝓ eo Cūqꝫ regnasset: percussit oēz domū hieroboā Nō dimisit nec vnā quidē aīam de semīe eiꝰ donec deleret eū: iuxta verbuz dñi qꝺ locutꝰ fuerat ī manu Ahui sui ahie silonitis. ꝓpter pcta hieroboā q̄ peccauerat ⁊ quibꝫ peccare fecerat isrl': ⁊ ꝓpter delictū q̄ irritauerat dñm deū isrl'. Reliq̄ aūt ſmonū nadab ⁊ oīa q̄ operatꝰ ē: nōne hec scripta sūt ī libro verboꝝ dieꝝ regū isrl'? Fuitqꝫ bellū inter asa ⁊ baasa regē isrl': cunctis diebꝫ eoꝝ. Anno tercio asa regis iuda regnauit baasa filiꝰ ahie sup oēm isrl' ī thersa vigintiq̄tuor ānis: ⁊ fecit maluz corā dño: ambulauitqꝫ ī vijs hieroboam. ⁊ ī peccatis eiꝰ quibꝫ peccare fecit israhel.

Capitulum. .XVI.

Factus ē aūt sermo domī ad iehu filium anani ꝓtra baasa dicens. Pro eo qꝺ exaltaui te de puluere ⁊ posui te ducem sup populū meum isrl'. tu aūt ābulasti ī via hieroboā. ⁊ peccare fecisti ꝓpl'uz meū israhel vt me irritares ī

pctis eoꝝ:ecce ego demetã posteriora baa
sa.ꝛ posteriora dom⁹ eiꝰ:ꝛ faciã domũ tu
am sic̃ domũ hieroboã filij nabath . Qui
mortu⁹fuerit ꝺ baasa ī ciuitate comedent
eũ canes:ꝛ q̃ mortu⁹fuerit ex eo ī regiõe
comedẽt eũ volucres celi Reliq̃ aũt ſmonũ
baasa.ꝛ quecũqꝫ fecit ꝛ ꝓlia eiꝰ: nõne hec
scripta sũt ī libro ꝺborꝝ diex regũ israhel!
Dormiuit g̃ baasa cũ ꝑribꝫ suis sepultuſ-
qꝫ ẽ ī thersa:ꝛ regnauit hela filiꝰeiꝰ ꝓ eo.
Cũ aũt ī manu iehu filij anani ꝑphẽ verbũ
dñi factũ eẽt ꝓtra baasa.ꝛ ꝓtra domũ eiꝰ.
ꝛ ꝓ̃ omne malũ qꝺ fecerat corã dño ad ir
ritãdũ eũ ī operibꝫ manuũ suaꝝ.vt fieret
sicut domꝰhieroboã:ob hãc causã occidit
eũ.hoc ẽ iehu filiũ anani ꝑphaz. Anno vi
cesimosexto asa regis iuda regnauit hela fi
liꝰbaasa sup israel ī thersa duobꝫ ānis:ꝛ re-
bellauit ꝓtra eũ ſuꝰsuus zambri dux me-
die ptis equitũ. Eratˌaũt hela ī thersa bi-
bẽs et temulẽtus:ī domo arsa ꝑfecti ther
sa. Irruens g̃ zambri pcussit ꝛ occidit eũ
ano vicesimoseptimo asa regis iuda:ꝛ re-
gnauit ꝓ eo. Cũqꝫ regnasset ꝛ sedisset sup
soliũ eiꝰpcussit oẽm domũ baasa ꝛ nõ de-
reliqt ex ea mīgentẽ ad parietẽ:ꝛ ꝑinq̃s
ꝛ amicos eius. Deleuitqꝫ zambri oẽm do-
mũ baasa iuxta verbũ dñi qꝺ locutꝰfuerat
ad baasa in manu iehu ꝑphẽ ꝑter vniuer
sa peccata baasa.ꝛ peccata hela filij eius:
qui peccauerũt. ꝛ peccare fecerũt israhel.
ꝓuocantes dñm deũ israhel in vanitatibꝫ
suis. Reliq̃ aũt sermonũ hela.ꝛ oĩa q̃ fecit:
nõne hec scripta sũt in libro verboꝝ dierũ
regũ israhel! Anno vicesimoseptimo . asa
regis iuda regnauit zambri septem diebꝰ
in thersa. Porro exercitꝰ obsidebat gebbe
thon vrbẽ philistinoꝝ Cunqꝫ audisset re-
bellasse zambri ꝛ occidisse regẽ : fecit sibi
regẽ omnis israˀ ambri q̃ erat p̃nceps mili
cie super israhel in die illa ī castris. Asce-
dit g̃ ambri ꝛ omnis israhel cũ eo de gebbe
thon:ꝛ obsidebãt thersa. Clidẽs aũt zambri
q̃ expugnanda esset ciuitas ingressus est
palaciũ ꝛ succẽdit se cum domo regia : et
mortuꝰẽ ī pctis suis q̃ peccauerat faciens
malũ corã dño:ꝛ ābulãs ī via hieroboam
ꝛ ī pcto eius q̃ fecit peccare israˀ. Reliq̃ aũt
ſmonũ zābri ꝛ insidiaꝝ eiꝰ ꝛ tyrānidis:
nõne hec scripta sũt in libro ꝺborꝝ diex re
gũ israhel ! Tũc diuisus ẽ ꝑplus israˀ ī du-

as ptes Media pars ꝑplī sequebaꝫ thebni
filiũ gineth vt constitueret eũ regẽ:ꝛ me-
dia pars amri. Preualuit aũt populꝰ qui
erat cũ amri ꝑplo q̃ seq̃baꝫ thebni filiũ gi-
neth:mortuusqꝫ ẽ thebni ꝛ regnauit amri
Anno tricesimoprimo asa regis iuda re-
gnauit amri sup israhel duodecim annis
In thersa regnauit sex ānis:emitqꝫ mõtẽ
samarie a somer duobus talentis argenti
ꝛ edificauit eũ:ꝛ vocauit nomẽ ciuitatis
quã extruxerat noĩe somer:id est montꝫ
dñi vˀ montẽ samarie. Fecit aũt amri ma-
lũ ī ꝓspectu dñi:ꝛ opatꝰẽ nequit sup oẽs
q̃ fuerũt añ eũ Ambulauitqꝫ ī oĩ via hiero
boam filij nabath ꝛ ī pctis eiꝰ. quibꝫ pec-
care fecerat israˀ:vt irritaret dñm deũ israˀ
ī vanitatibꝫ suis. Reliq̃ aũt ſmonũ amri.ꝛ
ꝑlia eiꝰque gessit:nõne hec scripta sũt ī li
bro ꝺborꝝ diex regũ israˀ! Dormiuitqꝫ am
ri cũ ꝑribꝫ suis:ꝛ sepultꝰẽ ī samaria: reg-
nauitq̃ achab filiꝰeiꝰ ꝓ eo. Achab vero filiꝰ
amri regnauit super israˀ . ano tricesimo-
octauo asa regis iuda Et regnauit achab
filiꝰamri sup israˀī samaria.viginti ꝛ duo
bus ānis. Et fecit achab filiꝰamri malũ ī
ꝓspectu dñi:sup oẽs q̃ fuerũt añ eũ . Nec
suffecit ei vt ābularet in peccatis hierobo
am filij nabath:insup duxit vxorẽ iezabel
filiã methbaal regis sidoniorꝝ . Et abijt et
seruiuit baal.ꝛ adorauit eũ:ꝛ posuit araz
baal ī tẽplo baal.qꝺ edificauerat ī sama-
ria:ꝛ plātauit lucũ . Et addidit achab in
ope suo irritās dñz deũ israˀ:sup oẽs rges
israˀ q̃ fuerũt añ eũ. In diebꝰ eiꝰ:edifica-
uit abiel de bethel hiericho. In ābitã p̃mi
tiuo suo fũdauit eã : ꝛ ī segub nouissimo
suo posuit portas eiꝰ:iuxta ꝺbũ dñi qꝺ lo
cutus fuerat ī manu iosue filij nun.

Capitulũ. .XVII.

ET dixit helias thesbites de habita
torib galaad ad achab. Viuit do-
minus deus israhel in cuius con-
spectu sto:si erit annis hijs ros et pluuia
nisi iuxta oris mei verba . Et factũ ẽ ver-
bũ dñi ad eũ dicens . Recede hinc ꝛ vade
ꝓtra orientẽ: ꝛ abscõdere ī torrẽte carith q̃
ẽ ꝓtra iordanẽ ꝛ ibi ꝺ torrẽte bibes:corui
q̃ p̃cepi vt pascãt te ibi. Abijt g̃:ꝛ fecit iu
xta verbũ domī. Cunqꝫ abisset:sedit ī tor-
rẽte carith q̃ ẽ ꝓtra iordanẽ. Corui quoq̃
deferebant ei panẽ ꝛ carnes mane:simili

panē ⁊ carnes vesperi: ⁊ bibebat ō torrētē
Post dies aī aliquātos siccat⁹ē torrēs:nō
ei pluerat sup terrā. Factus ē ḡ ſmo dñi
ad eū dicēs. Surge ⁊ vade ī sarepta sido-
niorꝝ:⁊ maneb ibi. Precepiqꝫ eī ibi mlieri
vidue vt pascat te Surrexit ⁊ abijt ī sare
pta sidoniorꝝ. Cūqꝫ venisset ad portā ciui
tatis apparuit ei mlier vidua colligens li-
gna:⁊ vocauit eā:dixitqꝫ ei. Da mihi pau
lulū aq̄ ī vase vt bibā Cūqꝫ illa pgeret vt
afferret:clamauit p⁹ tergū ei⁹ dicēs. Affer
mihi obsecro ⁊ buccellā paīs ī manu tua
Que rndit·Viuit dns de⁹tu⁹:qꝛ nō habeo
panē nisi quātū pugill⁹ cape potest farine
ī ydria:⁊ paululū olei ī lechito En colligo
duo ligna:vt īgrediar ⁊ faciā illud mihi ⁊
filio meo:vt comedam⁹ ⁊ moriamur . Ad
quā helias ait. Noli timere: sed vade ⁊ fac
sic dixisti Verūtamē mihi pmū fac de ipsa
farinula subcinericiū panē puulū. ⁊ affer
ad me:tibi aūt ⁊ filio tuo facies postea.
Hec aī dicit dns de⁹ isrl. ydria farine non
deficiet:nec lechit⁹ olei minuet. vsqꝫ ī diē
in q̄ dns datur⁹ ē pluuiā sup faciez terre.
Que abijt:⁊ fecit iuxta verbū helie Et co
medit ipe ⁊ illa ⁊ dom⁹ ei⁹:⁊ ex illa die y-
dria farine ñ defecit ⁊ lechit⁹ olei nō ē īmi
nut⁹. iuxta verbū dñi qd locut⁹ fuerat in
manu helie Factū ē aī post verba hec . e-
grotauit filī⁹ mulieris matrisfamilias. et
erat languor fortissim⁹ ita vt nō remanerz
in eo alitus. Dixit ḡ ad heliā Quid mihi
⁊ tibi vir dei: Ingressus es ad me vt reme
morarē iiquitates mee:⁊ interficeres fi-
liū meū Et ait ad eā helias. Da mihi filiū
tuū Tulitqꝫ eū de sinu ei⁹ ⁊ portauit in ce-
naculum vbi ipe manebat:⁊ posuit sup le-
ctulū suū:⁊ clamauit ad dñm ⁊ dixit. Do
mie de⁹ me⁹. etiā ne viduā apud quā ego
vtcūqꝫ sustētor afflixisti:īterficeres filiuz
ei⁹! Et expādit se atqꝫ mēsus ē sup puerū
trib⁹ vicib⁹:⁊ clamauit ad dñm ⁊ ait Dñe
de⁹ me⁹. reuertat obsecro aīa pueri hui⁹ ī
viscera ei⁹. Et exaudiuit dns vocē helie:⁊
reuersa ē aīa pueri ītra eū:⁊ reuixit. Tu-
litqꝫ helias puerꝫ ⁊ deposuit eū de cenacl'o
ī iferiorē domū:⁊ tradidit matri sue:⁊ ait
illi. En viuit filius tu⁹ Dixitqꝫ mulier ad
heliā Nūc in isto ꝓgnoui quoniā vir ⁹i es
tu:⁊ verbū dñi in ore tuo verū est.

¶ Capi. .XVIII.

Post dies multos. factū est verbuz
dñi ad heliā. in anno tercō dicēs.
Vade ⁊ oñde te achab: vt dem pluuiā sup faciē terre. Iuit ḡ helias vt ostenderet se achab. Erat aūt fames vehemens in samaria Vocauitqꝫ achab abdiam dispensatorē dom⁹ sue. Abdias aūt timebat dñm deū valde. Nā cū interficeret iezabel ꝓphetas domini tulit ille cētū ꝓphas ⁊ abscōdit eos quinq̄genos et quinq̄genos in speluncis. ⁊ pauit eos pane ⁊ aq̄. Dixit ḡ achab ad abdiā. Vade in terrā ad vniuersos fontes aquarꝝ ⁊ ī cūctas valles: si forte possimus inuenire herbā ⁊ saluare eq̄s ⁊ mulos:⁊ nō penitus iumenta intereant Diuiserūtqꝫ sibi regiōes:vt circuirēt eas. Achab ibat per viā vnā:⁊ abdias p viam alterā seorsum. Cunqꝫ esset abdias in via: helias occurrit ei. Qui cū cognouisset eū cecidit sup faciē suā ⁊ ait . Num tu es dñe mi helias! Cui ille rndit . Ego . Et dixit. Vade ⁊ dic dño tuo. Adest helias. Et ille: quid peccaui inquit quoniā tradēs me seruum tuum. in manu achab vt interficiat me! Viuit dns de⁹tu⁹:qꝛ nō ē gens aut regnū in q̄ nō miserit dns me⁹ te requirēs. Et rndentibꝫ cūctis nō ē hic:adiurauit regna singula ⁊ gentes . eo q̄ minime reperireris. Et nūc dicis mihi:vade ⁊ dic dño tuo adest helias! Cunqꝫ recessero a te spūs dñi asportabit te in locū quē ego ignoro: ⁊ ingressus nunciabo achab:⁊ nō īueniēs te interficiet me. Seruus aūt tuus timet dñm ab infantia sua. Nūquid nō īdicatū ē tibi dño meo quid fecerī cū interficeret iezabel ꝓphetas dñi:q̄ abscondi ō ꝓphetis dñi centū viros quinq̄genos ⁊ quinq̄genos in spelūcis ⁊ pauerī eos pane ⁊ aq̄! Et nunc tu dicis vade ⁊ dic dño tuo adest helias: vt īterficiat me ! Et dixit helias . Viuit dns exercituū ante cui⁹ vultū sto: qꝛ hodie apparebo ei. Abijt ḡ abdias ī occursū achab:īdicauitqꝫ ei Venitqꝫ achab ī occursū helie:⁊ cū vidisset eū ait Tu ne es ille qui ꝓturbas isrl'! Et ille ait . Non ego turbaui israhel sz tu ⁊ dom⁹ pris tui:qui dereliquistis mādata domī ⁊ secuti estis baalim. Verūtamē nūc mitte ⁊ ꝓgrega ad me vniuersū isrl' in monte carmeli : et pphetas baal q̄dringentosquinq̄gīta. ꝓphetasqꝫ lucorꝝ quadringentos:qui comedūt

ō mēſa iezabel. Miſit achab ad oēs filios iſrl̄: ⁊ cōgregauit ꝓphās in mōte carmeli Accedens aūt helias ad omnē ꝓpl̄m iſrahel ait. Vſqueq̄ claudicatis in duas ptes? Si dñs eſt de⁹ ſequimī eū: ſi aūt baal: ſequimī illū. Et nō rñdit ei populus verbū. Et ait rurſus helias ad populū. Ego remāſi ꝓphēta dñi ſolus: prophetæ autem baal q̄dringenti ⁊ quinq̄ginta. ꝓphetæq̄ lucoꝝ q̄dringēti viri ſūt. Dent nob duo boues: ⁊ illi eligāt ſibi bouē vnū ⁊ ī fruſta cedentes ponāt ſup ligna: ignē aūt nō ſupponāt Et ego faciā bouē altēr ⁊ imponā ſup ligna: ignē aūt nō ſupponā. Inuocate noīa deoꝝ vīoꝝ: ⁊ ego īuocabo nomē dei mei: ⁊ de⁹ q̄ exaudierit p ignē ipe ſit deus. Rñdēs oīs pl̄us. ait. Optima ꝓpoſicō quā locut⁹ eſt helias. Dixit g̃ helias ꝓphis baal. Eligite vob bouē vnū ⁊ facite pmi q: vos plures eſtis: ⁊ īuocate noīa deoꝝ veſtroꝝ ignēq̄ nō ſupponatis. Qui cū tuliſſent bouē quē dederat eis fecerūt: ⁊ īuocabāt nomē baal de mane vſq̄ ad meridiē dicētes Baal exaudi nos. Et nō erat vox: neq̄ q̄ rñderet. Trāſiliebantq̄ altare qđ fecerant Cunq̄ eſſet iam meridies: illudebat illis helias dicens. Clamate voce maiore. Deꝰ enī veſter eſt: ⁊ forſitā loquitur. aut ī diuerſorio ē. aut in itinere: aut certe dormit vt excitēt. Clamabāt g̃ voce magna: ⁊ incidebāt ſe iuxta ritū ſuū cultris ⁊ lāceolis donec ꝑfunderēt ſanguine. Poſtq̄ autem tranſijt meridies. ⁊ illis ꝓphetantib⁹. venerat tēpus quo ſacrificiū offerri ſolet: nec audiebat vox neq̄ aliquis reſpōdebat nec attendebat orantes: dixit helias omni populo. Venite ad me. Et accedente ad ſe populo curauit altare dñi quod deſtructum fuerat: ⁊ tulit duodecim lapides iuxta numerū tribuū filioꝝ iacob ad quē factus ē ſmo dñi dicens. iſrahel erit nomē tuū: et edificauit de lapidib⁹ altare ī noīe domī. Fecitq̄ aqueductū q̄ſi p duas aratiuncu-las in circuitu altaris: ⁊ cōpoſuit ligna. diuiſitq̄ p mēbra bouē ⁊ poſuit ſup ligna ⁊ ait. Impletē q̄tuoꝝ ydrias aqua: ⁊ fūdite ſup olocauſtū ⁊ ſup ligna. Rurſūq̄ dixit. Ecia ſcdo hoc facite. Qui cū feciſſent ſecūdo ait. Ecia tercō idipſū facite. Feceruntq̄ tercō: ⁊ currebāt aq̄ circū altare: ⁊ foſſa aqueductus repleta eſt. Cunq̄ iaz tempus eſſet vt offerēt olocauſtum: accedēs helias ꝓpheta ait. Dñe deus abraham ⁊ ỹſaac ⁊ iſrahel. oſtēde hodie. q: tu es de⁹ iſrl̄ ⁊ ego ſu⁹ tu⁹: ⁊ iuxta p̄ceptū tuū feci oīa verba hec Exaudi me dñe exaudi me: vt diſcat pl̄us iſte. q: tu es dominus de⁹: ⁊ tu cōuertiſti coꝝ eoꝝ itēr. Cecidit autē ignis domī ⁊ vorauit olocauſtuꝫ ⁊ ligna ⁊ lapides: puluerē q̄ꝫ ⁊ aquā q̄ erat in aq̄-ductu lambēs. Quod cū vidiſſet oīs pl̄us cecidit in faciē ſuā ⁊ ait. Dominus ipe ē deus: dñs ipe ē de⁹. Dixitq̄ helias ad eos apphendite ꝓphetas baal: ⁊ ne vn⁹ quidē effugiat ex eis. Quos cū apprehendiſſent: duxit eos helias ad torrētē cyſon: ⁊ iterfecit eos ibi. Et ait helias ad achab. Aſcēde comede ⁊ bibe: q: ſon⁹ multe pluuie eſt. Aſcēdit achab. vt comederet ⁊ biberet: helias aūt aſcendit in verticē carmeli ⁊ pronus in terrā poſuit faciē ſuā inter genua ſua: ⁊ dixit ad puerū ſuū. Aſcende: ⁊ proſpice ꝓtra mare. Qui cū aſcēdiſſet ⁊ ꝓſpexiſſet plat⁹ eſſet ait. Nō ē quicquā. Et rurſū ait illi. Reuertere ſeptē vicib⁹. In ſeptima aūt vice ecce nubecula parua q̄ſi veſtigiū hominis aſcēdebat de mari. Qui ait. Aſcende ⁊ dic achab iunge currū tuū ⁊ deſcende: ne occupet te pluuia. Cunq̄ ſe verteret huc atq̄ illuc: ecce celi cōtenebrati ſunt. ⁊ nubes ⁊ ventus: ⁊ facta eſt pluuia grandis. Aſcēdens itaq̄ achab abijt in ieſrahel: et manus dñi facta ē ſup heliam: accinctiſq̄ lumb⁹ currebat añ achab donec veniret in ieſrahel.

Capitulū. .XIX.

Nunciauit aūt achab iezabel oīa q̄ fecerat helias: ⁊ quomō occidiſſet vniuerſos ꝓphetas baal gladio. Miſitq̄ iezabel nūciū ad heliaꝫ dicēs. Hec mihi faciāt dij. ⁊ hec addāt: niſi hac hora cras poſuero aīam tuā ſicut aīam vnius ex illis. Timuit g̃ helias ⁊ ſurgēs abijt q̄cūq̄ eum ferebat volūtas: venitq̄ ī berſabee iuda. ⁊ dimiſit ibi puerꝝ ſuū: ⁊ pergit in deſertū viam vnius diei. Cūq̄ veniſſet ⁊ ſederet ſubter vnā iuniperū: petiuit aīe ſue vt moreret. Et ait Sufficit mihi dñe: tolle aīam meā. Neq̄ enī melior ſū quam pres mei. Proiecitq̄ ſe: ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi Et ecce angel⁹ dñi tetigit eū: ⁊ dixit illi. Surge. comede. Reſpexit:

et ecce ad caput suū subcinerici⁹ panis ⁊ vas aq̄. Comedit ḡ ⁊ bibit: ⁊ rursū obdormiuit Reuersusq; ē āgel⁹ dñi scdo ⁊ tetigit eū: dixitq; illi. Surge comede. Grādis enī tibi restat via. Qui cū surrexisset comedit ⁊ bibit: ⁊ ābulauit ī fortitudīe cibi illi⁹ q̄dragīta diebꝫ ⁊ q̄draginta noctibꝫ vsq; ad mōtē dei oreb Cūq; venisset illuc: māsit in spelūca Et ecce ꝑmo dñi ad eū: dixitq; illi Quid h̄ agis helia? At ille rñdit. zelo zelat⁹ sū ꝓ dño deo exercituū: qz dereliq̄rūt pactū dñi filij isrl̄. Altaria tua destruxeūt: et ꝓphas tuas occiderūt gladio: ⁊ derelict⁹ sū ego sol⁹: ⁊ querūt animā meā. vt auferāt eā. Et ait ei. Egredere: ⁊ sta ī mōte coram dño. Et ecce dñs trāsijt: ⁊ spūs grandis et fortis. subuertēs mōtes: ⁊ cōterēs petras añ dñm. Nō in spū dñs Et post spiritū cō mocio. Nō in cōmocione dñs. Et post cōmocōem ignis. Non in igne dñs. Et post ignē sibulus aure tenuis. Qđ cū audisset helias operuit vultū suū pallio: ⁊ egress⁹ stetit in ostio spelūce: ⁊ ecce vox ad eū dicens. Quid h̄ agis helia? Et ille rñdit. zelo zelat⁹ sum ꝓ dño deo exercituū: quia dereliquerūt pactum tuū filij israhel. Altaria tua destruxerunt ⁊ ꝓphetas tuos occidēr̄t gladio: ⁊ derelictus sum ego solus: ⁊ querunt animā meam vt auferant eā. Et ait dñs ad eū. Vade ⁊ reuertere in viā tuā. p desertum in damascum. Cūq; pueneris illuc. vnges asahel regē sup siriā: ⁊ iehu filium namsi vnges regē sup israhel: helisēum aūt filium saphat qui est de abelmeula vnges ꝓphetā ꝓ te. Et erit quicūq; fugerit gladiū asahel occidet eū iehu: ⁊ quicūq; fugerit gladiū iehu interficiet eū helisēus. Et derelīquā mihi ī isrl̄ septē milia virox quox genua ñ sūt īcuruata añ baal ⁊ oē os qđ ñ adorauerit eū osculās manū

.XIX.

Profectus ergo inde helias reperit helisēum filiū saphat arantē in duodecim iugis boū: ⁊ ipe in duodecim iugis boū aranti-bꝰ vnus erat. Cunq; venisset helias ad eū misit palliū suū sup eū. Qui statī relictis bobꝰ cucurrit post heliam. Et ait. Oscu-lor orō te pr̄em meū ⁊ mr̄em meā: ⁊ sic sequar te. Dixitq; ei. Vade ⁊ reuertere. Qđ ei meū erat feci tibi. Reuersus aūt ab eo tulit par boum ⁊ mactauit illud: ⁊ in aratro boū coxit carnes: ⁊ dedit ꝓplo ⁊ comederūt. Cōsurgensq; abijt ⁊ secut⁹ ē heliam: ⁊ ministrabat ei.

Capi. XX.

Porro benadab rex sirie congregauit omnem exercitū suū. ⁊ triginta duos reges secū. ⁊ equos ⁊ currus: ⁊ ascendens pugnabat ꝓtra samariā ⁊ obsidebat eā. Mittēsq; nūcios ad achab regē israhel in ciuitatē ait. Hec dicit benadab. Argentum tuum ⁊ aurū tuū meū est ⁊ uxores tue ⁊ filij tui optimi mei sūt. Respondit q; rex israhel. Juxta verbum tuum dñe mi rex: tuus sū ego ⁊ omnia mea Reuertentesq; nūcij dixerunt. Hec dicit benadab qui misit nos ad te. Argentū tuum ⁊ aurū tuū ⁊ uxores tuas ⁊ filios tuos dabo mihi. Eras igit̄ hac eadē hora mittā tuos meos ad te: ⁊ scrutabunt̄ domū tuā ⁊ domū seruox tuox: ⁊ omne qđ eis placuerit ponēt in manib⁹ suis et auferēt. Vocauit aūt rex isrl̄ omnes seniores terre. ⁊ ait. Animaduertite ⁊ videte: quoniam insidietur nobis. Misit enim ad me ꝓ uxorib⁹ meis ⁊ filijs ⁊ pro argento ⁊ auro: ⁊ nō abnui. Dixeruntq; omnes maiores natu et vniuersus populus ad eum. Nō audias: neq; acquiescas illi Respōditq; nūcijs benadab Dicite dño meo regi. Omnia ꝓter q̄ misisti ad me seruū tuū in inicio faciā. hāc aūt rem facere non possum Reuersiq; nuncij retulerūt ei. Qui remisit ⁊ ait. Hec faciāt mihi dij ⁊ hec addāt: si suffecēit puluis samarie pugillis oīs ꝑpl̄i qui sequūt̄ me. Et rñdens rex israhel ait. Dicite ei. Ne glorietur accinct⁹. eq̄ vt discinctus. Factū ē aūt cū audisset benadab verbum istud bibebat ipse ⁊ reges in umbraculis: ⁊ ait seruis suis. Circūdate ciuitatem Et circūdederunt eā. Et ecce ꝓpheta vn⁹ accedēs de achab regē israhel ait ei. Hec dicit dñs. Certe vidisti omnem multitudinē hanc nimiā. Ecce ego tradā eā in manū tuā hodie: vt scias qz ego sum dñs. Et ait achab. Per quem? Dixit ei. Hec dicit dñs. Per pedissequos pncipū prouinciarum. Et ait. Quis incipiet p̄liari? Et ille dixit. Tu. Recensuit ḡ pueros pncipū ꝓuinciarū: ⁊ repit numerū ducentorūtrigintaduox. Et recēsuit post eos ꝓpl̄m oēs filios israhel septē milia. et egressi sūt meridie. Benadab autem bibebat tentorijs ī umbraculo suo: ⁊ reges trigītaduo cū eo qui ad auxiliū ei⁹ venerāt

Egressi sũt aũt pueri pncipũ puĉiaꝝ ĩ p
ma frõte. Misit itaq; benadab:q nũciaue-
rũt ei dicẽtes. Viri egressi sũt de samaria.
At ille ait. Siue p pace veniũt appẽdi-
te eos viuos:siue vt pliẽt viuos eos capi
te. Egressi sũt g̃ pueri pncipũ puinciaꝝ:
ac reliqu⁹ exercit⁹ seq̃bat. Et pcussit vnus-
quisq; viꝝ q ꝓtra se veniebat: fugeñtq; si-
ri:ꝛ psecut⁹ ẽ eos isrl. Fugit q̃z benadab
rex sirie ĩ equo cũ equitib⁹ suis. Necnõ e-
gressus rex isrl pcussit equos ꝛ currus:et
pcussit siriã plaga magna nimis. Accedẽs
aũ ꝓpha ad regẽ isrl dixit ei. Vade ꝛ cõfor
tare:ꝛ scito. ꝛ vide q̃d facias. Sequẽti eĩ
ãno. rex sirie ascẽdet ꝓtra te. Serui vero
regis sirie dixerunt ei. Dij montiũ sũt dij
eoꝝ:ideo superaueñt nos. Sed melio⁹ est vt
pugnem⁹ ꝓtra eos ĩ cãpestrib⁹:ꝛ obtinebi-
mus eos. Tu g̃ uerbũ hoc fac. Amoue ñges
singlos ab exercitu tuo:ꝛ pone pncipes p
eis:ꝛ instaura numeꝝ militũ q̃ ceciderũt de
tuis ꝛ equos scõm equos pristinos. ꝛ cur
rus secundũ currus q̃s añ habuisti. ꝛ pu-
gnabim⁹ ꝓtra eos in cãpestrib⁹:ꝛ videb⁹ q̃d
obtinebim⁹ eos. Credidit cõsilio eoꝝ:ꝛ fe-
cit ita. Igitur postq̃ ãnus trãsierat recẽ-
suit benadab siros ꝛ ascẽdit ĩ affec:vt pu-
gnaret ꝓtra isrl. Porro filij isrl recensiti
sũt et acceptis cibarijs pfecti exaduerso:
castraq; metati sũt ꝓtra eos q̃si duo parui
greges capraꝝ:siri aũt repleuerũt terram
Et accedens vnus vir dei dixit ad regẽ is-
rahel. Hec dicit dñs. Quia dixerũt siri de⁹
montiũ est domin⁹. ꝛ nõ est deus valliuz:
dabo omnẽ multitudinẽ hanc grandez in
manu tua:ꝛ scietis quia ego sũ dñs. Diri
gebantq; septem diebꝫ exaduerso hij atq;
illi acies:septima aũt die cõmissum ẽ bel-
lum. Percusserũtq; filij israhel de siris cẽ-
tum milia peditum in die vna. Fugerunt
aũt siri qui remanserũt in affec ĩ ciuitatẽ
ꝛ cecidit murus sup viginti septem milia
hominũ q̃ remanserãt. Porro benadab fu
giens ingressus ẽ ciuitatẽ in cubiculuz q̃d
erat intra cubiculũ: dixerũtq; ei serui sui
Ecce audim⁹ q̃ reges dom⁹ isrl clementes
sint. Ponam⁹ itaq; saccos in lũbis nr̃is et
funiculos in capitib⁹ nr̃is: ꝛ egrediamur
ad regẽ isrl:forsitã saluabit aĩas nostras
Accinxerunt saccis lumbos suos ꝛ posue-
runt funiculos in capitib⁹ suis:venerũtq;
ad regẽ isrl ꝛ dixerũt ei. Seru⁹ tu⁹ bena-
dab dicit. Viuat oro te aĩa mea. Et ille a-
it. Si adhuc viuit:frater meus ẽ. Quod
acceperunt viri pro omine :ꝛ festinantes
rapuerũt verbũ ex ore eius:atq; dixerunt
Frater tuus benadab. Et dixit eis. Ite et
adducite euz ad me. Egressus est ergo ad
eum benadab:ꝛ leuauit eũ ĩ currũ suum.
Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pr̃ me⁹
a patre tuo reddã:ꝛ plateas fac tibi ĩ da-
masco sic̃ fecit pr̃ me⁹ in samaria:ꝛ ego fe
derat⁹ recedã a te. Pepigit g̃ fed⁹:ꝛ dimi-
sit eũ. Tũc vir quidã de filijs ꝓphaꝝ. dixit
ad sociũ suũ in sermone dñi. Percute me
At ille noluit pcutere. Cui ait. Quia no-
luisti audire vocẽ dñi : ecce recedes a me:
ꝛ pcuciet te leo. Cunq; paululũ recessisset
ab eo:inuenit eũ leo atq; pcussit. Sed et
alteꝝ inueniens viꝝ:dixit ad eũ. Percute
me. Qui pcussit eũ: ꝛ vulnerauit. Abijt g̃
ꝓpheta ꝛ occurrit regi in via : ꝛ muta-
uit aspersione pulueris os. ꝛ oculos suos
Cunq; rex transisset: clamauit ad regẽ et
ait. Seruus tu⁹ egressus est ad preliandũ
comin⁹:cunq; fugisset vir vnus. adduxit
eũ quidã ad me:ꝛ ait. Custodi viꝝ istum.
Qui si lapsus fuerit erit aĩa tua p aĩa e-
ius:aut talentũ argenti appendes. Dũ aũt
ego turbatus huc illucq; me verterẽ:subi
to nõ ꝓparuit. Et ait rex israhel ad eum.
Hoc est iudiciũ tuũ: q̃d ipe decreuisti. At
ille statim absterſit puluerẽ de facie sua:ꝛ
cognouit eũ rex israhel q̃d esset de ꝓphetis
Qui ait ad eũ. Hec dicit dñs Quia dimisi
sti virũ dignũ morte de manu tua. et erit
aĩa tua p aĩa eius:et popul⁹ tu⁹ p popu-
lo ei⁹. Reuersus est igitur rex israhel in
domũ suã. audire contẽnens : ꝛ furibũd⁹
venit in samariam.

Capitulũ. .XXI.

Post verba autẽ hec tẽpore illo vi-
nea erat naboth iesrahelite qui e-
rat ĩ iesrahel:iuxta palaciũ achab
regis samarie. Locut⁹ est ergo achab ad
naboth dicens. Da mihi vineam tuam vt
faciam mihi ortũ oleruz:quia vicina est et
prope domũ meam. Daboq; tibi p ea vi-
neã meliorẽ:aut si cõmodi⁹ tibi putas ar-
genti pciũ quãtũ digna est. Cui rñdit na-
both. Propici⁹ mihi sit dñs:ne dem here-
ditatẽ patꝝ meoꝝ tibi. Venit ergo achab

in domū suā. indignās ⁊ frendēs sup ōbo
qđ locutus fuerat ad eū naboth iesrahelí
tēs dicēs: nō dabo tibi hereditatē patruz
meoꝝ. Et ꝓiciens se ī lectulū suū auertit
faciē suā ad parietē: ⁊ nō comedit panem
Ingressa ē aū ad eū iezabel vxoꝛ sua: dixit
qꝫ ei. Quid ē hoc vndē anima tua cōtrísta
ta ē. ⁊ quare nō comedis panē? Qui respō
dit ei. Locut⁹ sū naboth iesrahelitē ⁊ dixi
ei Da mihi vineam tuā accepta pecunia:
aut si tibi placet dabo tibi vineā meliorez
ꝓ ea. Et ille ait. Nō dabo tibi vineā meā.
Dixit ergo ad eū iezabel vxoꝛ eius. Gran-
dis auctoꝛitatis es: ⁊ bene regis regnū ís-
rahel. Surge ⁊ comedē panē: et equo aīo
esto. Ego dabo tibi vineā naboth iesrahe-
litē. Scripsit itaqꝫ litteras ex noīe achab.
⁊ signauit eas anulo eius: ⁊ misit ad ma-
iores natu. ⁊ optimates qui erant in ciui-
tate eius: ⁊ habitabāt cum naboth. Litte
rarum autem hec erat sentēcia. Predica-
te ieiunium ⁊ sedere facite naboth inter p̄
mos populi: ⁊ submittite duos viros fili-
os belial contra eum. ⁊ falsum testimoni-
um dicant benedixit naboth deum ⁊ regē
⁊ educite eum ⁊ lapidate. sicqꝫ moꝛiatur.
Fecerunt ergo ciues eius maioꝛes natu
⁊ optimates qui habitabant cum eo in ur
be sicut preceperat eis iezabel: ⁊ sicut scri
ptum erat in litteris quas miserat ad eos
Predicauerunt ieiunium: ⁊ sedere fecerūt
naboth inter primos populi: ⁊ adductis
duobꝫ viris filijs dy̆aboli fecerūt eos sede-
re ꝓtra eum. At illi scilicet vt viri dy̆abo
lici. dixerūt ꝓtra eum testimoniū corā mlt
titudine. Benedixit naboth deum ⁊ regē.
Quāobrem eduxerunt eum extra ciuita-
tem: ⁊ lapidibus interfecerūt. Miserūtqꝫ
ad iezabel dicentes. Lapidat⁹ est naboth:
⁊ moꝛtu⁹ est. Factum est autem cum au-
disset iezabel lapidatum naboth ⁊ moꝛtuū
locuta est ad achab. Surge possidē vineā
naboth iesrahelitē: qui noluit tibi acquie
scere ⁊ dare eam accepta pecunia. Nō enī
viuit naboth: sed moꝛtuus est. Quod cuz
audisset achab moꝛtuum videlicꝫ naboth
surrexit ⁊ descendebat in vineam naboth
iesrahelitē vt possideret eam. Factus ē igi
tur sermo domini ad heliam thesbitēn di-
cens. Surge: descendē in occursum achab
regis israhel: qui est in samaria. Ecce ad
vineam naboth descendit: vt possideat eā.
Et loqueris ad eum dicens. Hec dicit do-
minus deus. Occidisti: insuper ⁊ possedisti
Et post hec addes. Hec dicit dominus. In
loco hoc in quo linxerunt canes sanguí-
nem naboth: lābent quoqꝫ sanguinem tu-
um. Et ait achab ad heliam. Num inueni
sti me inimicum tibi? Qui dixit. Inueni.
eo qꝺ venūdatus sis vt faceres malum in
conspectu domini. Hec dicit domin⁹ Ecce
ego inducam super te malum. et demetam
posteꝛioꝛa tua: ⁊ interficiam de achab mī
gentem ad parietem: ⁊ clausum ⁊ vltimū
in israhel. Et dabo domum tuā sicut do-
mum hieroboā filij naboth. ⁊ sicut domuz
baasa filij achia: qꝛ egisti vt me ad iracun
diam prouocares: ⁊ peccare fecisti israhel
Sed de iezabel locutus est dominus di-
cens. Canes comedent iezabel: in agro ies-
rahel. Si moꝛtuus fuerit achab in ciuita
te comedent eum canes: si autem moꝛtu⁹
fuerit in agro: comedent eum volucres ce
li. Igitur non fuit alter talis sicut achab
qui venūdatus ē vt faceret malū in ꝺspe-
ctu dñi. Cōcitauit eī eū iezabel vxoꝛ sua:
⁊ abominabilis fact⁹ ē. ītantū vt sequere-
tur ȳdola q̄ fecerāt āmoꝛrei: qs cōsumpsit
dñs a facie filioꝝ israhel. Itaqꝫ cū audissz
achab sermones istos scidit vestimēta sua
⁊ operuit cilicio carnem suam: ieiunauit-
qꝫ ⁊ doꝛmiuit in sacco: ⁊ ābulauit demisso
capite. Et factus est sermo dñi ad heliam
thesbitēn dicens. Nonne vidisti humilia-
tum achab coram me: quia igitur humili
atus est mei causa. non inducam malū in
diebus eius: sed in diebus filij sui inferaz
malum domui eius.

Capitulum. .XXII.

Transierunt igitur tres āni absqꝫ
bello inter siriam ⁊ israhel. In an-
no autē tercio descendit iosaphat
rex iuda ad regem israhel. Dixitqꝫ rex is-
rahel ad seruos suos. Ignoratis qꝺ nostra
sit ramoth galaad. et negligimus tollere
eā de manu regis sirie? Et ait ad iosaphat
Venies ne mecum ad preliandum in ra-
moth galaad? Dixitqꝫ iosaphat ad regem
israhel. Sicut ego sum: ita et tu. Popul'
meus et populus tuus vnum sunt: et e-
quites mei equites tui. Dixitqꝫ iosaphat
ad regem israhel. Quere oꝛo te hodie

sermonē dñi. Congregauit g̃ rex israhel prophetas. quadringētos circiter viros: et ait ad eos. Ire debeo ī ramoth galaad ad bellandū an acquescere? Qui respondert. Ascēde: et dabit eā dñs ī manu regis. Dixit aī iosaphat. Nō est h̄ propheta domini quispiā: vt ītrogem⁹ per eū? Et ait rex israhel ad iosaphat. Remānsit vir vn⁹ per quē possum⁹ interrogare dñm: sed ego odi eū. q̄ nō ꝓphetat mihi bonū sed malū: micheas filī⁹ iemla. Cui iosaphat ait. Ne loquaris ita rex. Vocauit g̃ rex israhel eunuchū quēdam: et dixit ei. Festina adducere micheā filiū iemla. Rex aūt isrl̄ et iosaphat rex iuda sedebāt. vnusquisq; in solio suo vestiti cultu regio ī area iuxta ostiū portę samarie: et vniuersi ꝓphe ꝓpheta bāt ī ꝓspectu eorū. Fecit q̄q; sibi sedechias filī⁹ chanaan cornua ferrea et ait. Hec dicit dñs. His vētilabis siriam: donec deleas eam. Omnesq; ꝓphetę similiter ꝓphetabāt dicētes. Ascende in ramoth galaad et vade ꝓspere: et tradet dñs in man⁹ regis īimicos tuos. Nuncius vero q̄ ierat vt vocaret micheā: locut⁹ est ad eū dicēs. Ecce sermones prophetarū ore vno regi bona predicāt. Sit ergo ꝓmo tu⁹ similis eor̄: et loq̄re bona. Cui micheas ait. Viuit dñs: quia q̄cūq; dixerit mihi domin⁹ hoc loquar. Venit itaq; ad regem: et ait illi rex. Michea: ire debemus ī ramoth galaad ad preliandū an cessare? Cui ille rñdit. Ascēde et vade prospere: et tradet eam dominus in manu regis. Dixit aūt rex ad eū. Ītrū atq; itēr adiuro te: vt nō loquaris mihi nisi q̄d ver̄ ē in nomīe dñi. Et ille ait. Vidi cunctum israhel dispersū in mōtib⁹: quasi oues nō habentes pastorem. Et ait dñs. Nō habent isti dñm: reuertatur vnusquisq; in domū suam in pace. Dixit ergo rex israhel ad iosaphat. Nūquid non dixi tibi q̄ nō ꝓphetat mihi bonū: sed semp malū? Ille vero addens ait. Propter hoc audi sermonē dñi. Vidi dñm sedentē sup soliū suū: et omnē exercitū celi assistentem ei a dextris et a sinistris. Et ait dominus. Quis decipiet achab regē israhel vt ascendat: et cadat in ramoth galaad? Et dixit vnus verba huiuscemodi: et alius aliter. Egressus est autem spiritus: et stetit corā domino: et ait. Ego decipiā illū. Cui locutus ē dñs. In quo? Et ille ait. Egrediar: et ero spiritus mēdax ī ore omniū ꝓpheta rum eius. Et dixit dñs. Decipies et p̄uales bis: egredere. et fac ita. Nunc igit̄ ecce dedit dñs spiritū mēdacij ī ore omniū ꝓphetar̄ tuor̄ qui h̄ sunt: et dñs locutus ē ꝑa te malū. Accessit aūt sedechias filius chanaan: et ꝑcussit micheam in maxillā. et dixit. Me ne ergo dimisit spiritus dñi: et locutus est tibi? Et ait micheas. Videbis⁹ es ī die illa: quando ingredieris cubiculū inū cubiculū vt abscōdaris. Et ait rex israhel. Tollite micheā et maneat apud āmon ꝑn cipē ciuitatis. et apō ionas filiū amalech et dicite eis. Hec dicit rex. Mittite vir istū in carcerem: et sustentate eum pane tribulationis et aqua angustie: donec reuertar in pace. Dixitq; micheas. Si reuersus fueris in pace: nō est locutus in me dñs. Et ait. Audite populi omēs. Ascendit itaq; rex israhel et iosaphat rex iuda. ī ramoth galaad. Dixit itaq; rex isrl̄ ad iosaphat. Sume arma et ingredere preliū: et induere vestibus tuis. Porro rex israhel mutauit habitum suū: et ingressus est bellum. Rex autem sirie preceperat principib⁹ curruū trigintaduobus dicens. Non pugnabitis contra minorem et maiorem quēquā: nisi contra regem israhel solū. Cū ergo vidissent principes curruū iosaphat suspicati sunt quod ipse esset rex israhel: et impetu facto pugnabant contra eū. Et exclamauit iosaphat. Intellexerūtq; p̄cipes curruum quod nō esset rex israhel: et cessauerunt ab eo. Vnus aūt quidā tetendit arcū ī incertū sagittam dirigens: et casu ꝑcussit regem israhel inter pulmonē et stomachum. At ille dixit aurige suo. Verte manuū tuā. et eice me de exercitu. q̄ grauiter vulneratus sum. Commissum est ergo prelium ī die illa. Et rex israhel stabat ī curru suo. contra siros: et mortu⁹ est vespere. Fluebat autem sanguis plage in sinū curruus: et preco insonuit ī vniuerso exercitu antēq̄ sol occumberet dicens. Vnusquisq; reuertat̄ in ciuitatē et in terram suam. Mortuus ē aūt rex: et perlatus ē in samariam. Sepelieruntq; regē in samaria: et lauerūt currū eius in piscina samarie et linxerunt canes sanguinē eius: et habenas lauerunt iuxta verbū domini q̄d locutus

fuerat. Reliqua aūt sermonū achab ⁊ vni
uersa que fecit. ⁊ domus eburnea quā edi
ficauit. cunctarūq; vrbiū quas extruxit:
nonne hec scripta sunt in libro verborum
dierum regum israhel? Dormiuit g̃ achab
cum patribus suis: et regnauit ochozias
filius eius pro eo. Josaphat vero filiꝰ asa
regnare ceperat super iudam: anno ārto
achab regis israhel. Trigintaquinq; anno
rum erat cum regnare cepisset: ⁊ viginti
quinq; annis regnauit in hierusalem. No
men matris eius azuba: filia salai. Et ā
bulauit in omni via asa patris sui: et nō
declinauit ex ea. Fecitq; quod rectum est
in conspectu domini: veruntamen excelsa
non abstulit. Adhuc enim populus sacri
ficabat ⁊ adolebat incensum in excelsis.
Pacemq; habuit iosaphat cum rege isra
hel. Reliqua autem verborum iosaphat.
⁊ opera eius que gessit ⁊ prelia: nōne hec
scripta sunt in libro verborum dierum re
gum iuda? Sed ⁊ reliquias effeminatorum
qui remanserant in diebus asa patris eiꝰ
abstulit de terra. Nec erat tunc rex consti
tutus in edom. Rex vero iosaphat fece
rat classes in mari. que naugarent in o
phir propter aurum: ⁊ ire non poterant:
quia confracte sunt in asiongaber. Tūc
ait ochozias filiꝰ achab ad iosaphat. Ela
dant serui mei cum seruis tuis ī nauib⁹.
Et noluit iosaphat. Dormiuitq; iosaphat
cum patribus suis: ⁊ sepultus est cum eis
in ciuitate dauid patris sui: regnauitq;
ioram filius eius pro eo. Ochozias autem
filius achab regnare ceperat super israhel
i samaria anno septimodecimo iosaphat
regis iuda: regnauitq; super israhel duo
bus annis. Et fecit malum in conspectu
domini: et ambulauit in via patris sui. et
matris sue: ⁊ in via hieroboā filij nabath
qui peccare fecit israhel. Seruiuit quoq;
baal et adorauit eum: et irritauit domi
num deum israhel iuxta omnia que fece
rat pater eius .:.

Explicit liber regum tercius. Incipit re
gum quartus. Capi. .I.

Incipit Regū etc

Prevaricatus est autē mo
ab in israhel: postq̃ mor
tuus est achab. Cecidit
ochozias per cancellos ce
naculi sui. quod habebat
in samaria et egrotauit:
misitq; nuncios dicens ad eos. Ite consu
lite beelzebub deum accharon: vtrum vi
uere queam de infirmitate mea hac. An
gelus autem domini locutus est ad heliaz
thesbiten dicens. Surge et descende in oc
cursum nunciorum regis samarie: ⁊ dices
ad eos. Nunquid non est deus in israhel.
vt eatis ad consulendum beelzebub deum
accharon? Quamobrē hec dicit dominꝰ.
De lectulo super quem ascendisti non de
scendes: sed morte morieris. Et abijt heli
as: reuersiq; sunt nuncij ad ochoziam.
Qui dixit eis. Quare reuersi estis? At illi
responderūt eiꝰ vir occurrit nobis: ⁊ dix
it ad nos. Ite reuertimini ad regem qui
misit vos: et dicetis ei. Hec dicit dominꝰ.
Nunquid quia non erat deus in israhel
mittis vt consulatur beelzebub deus ac
charon? Idcirco de lectulo super quem a
scendisti non descendes: sed morte morie
ris. Qui dixit eis. Cuius figure et habitꝰ
est vir ille qui occurrit vobis: et locutus
est verba hec? At illi dixerunt. Ehir pilo
sus: et zona pellicia accinctus renibus.
Qui ait. Helias thesbites est. Misitq; ad
eum quinquagenarium principem: et q̃n
quaginta qui erant sub eo. Quia ascēdit
ad eum: sedentiq; in vertice montis ait.
Homo dei: rex precepit vt descendas. Re
spondensq; helias. dixit quinquagenario.
Si homo dei sum: descendat ignis de celo
et deuoret te et quinquaginta tuos. De
scendit ergo ignis de celo. ⁊ deuorauit eū:
et quinquaginta qui erant cum eo. Rur
sumq; misit ad eum principem quinqua
genarium alterum: et quinquaginta cum
eo. Qui locutus est illi. Homo dei. Hec di
cit rex. Festina. descende. Respōdens heli
as ait. Si homo dei ego sum. descendat
ignis de celo et deuoret te et quinquagin
ta tuos. Descendit ergo ignis de celo: et
deuorauit illū. ⁊ quinquaginta eius. Ite
rū misit pncipē quiq̃genariū terciū: ⁊ q̃n
quaginta q̃ erant cū eo. Qui cum venisset

curuauit genua ꝓtra heliã:ꝛ precatꝰ ẽ eũ ꝛ ait. Domo dei:noli despicere aĩam meã. ꝛ aĩas seruoꝝ tuoꝝ qui mecũ sũt. Ecce de scẽdit ignis de celo ꝛ deuorauit duos ꝑnci pes quinq̃genarios ꝑmos:et quinq̃genos qui cũ eis erãt. Sed nũc obsecro vt miserearis aĩe mee. Locutus ẽ aũt ãgelꝰ dñi ad heliã dicẽs Descẽde cũ eo. Ne timeas Surrexit igitur ꝛ descẽdit cũ eo ad regẽ:et locutus ẽ ei. Hec dicit dñs. Quia misisti nũcios ad ꝓsulendũ beelzebub deum achарõ quasi nõ esset deus in israhel a quo posses interrogare sermonẽ: ideo de lectulo sup quẽ ascendisti non descẽdes sed morte morieris. Mortuus est autẽ iuxta sermonem dñi quẽ locutus est helias:ꝛ regnauit ioram frater eius ꝑ eo:anno secũdo ioraã filij iosaphat regis iude. Non eĩ habebat filium. Reliqua aũt verborum ochozie que operatꝰ est. nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ israhel?

Capitulũ. .II.

Factũ est aũt cũ leuare vellet dñs heliã ꝑ turbinẽ in celũ:ibãt helias ꝛ heliseus de galgalis. Dixitq̃ helias ad heliseum. Sede hic:quia dominus misit me vsq̃ in bethel. Cui ait heliseus. Viuit dominus. ꝛ viuit anima tua:qꝛ nõ derelinquã te. Cũq̃ descendissent bethel: egressi sunt filij prophetaꝝ qui erant ĩ bethel ad heliseum:ꝛ dixerunt ei. Nunquid nosti:quia hodie dñs tollet dominũ tuũ a te? Qui respondit. Et ego noui. Silete. Dixit autẽ helias ad heliseum. Sede hic: quia dñs misit me in hiericho. Et ille ait. Viuit dominus. ꝛ viuit anima tua: quia non derelinquam te. Cunq̃ venissent hiericho:accesserunt filij prophetaꝝ qui erant in hiericho ad heliseum:ꝛ dixerũt ei. Nũquid nosti:quia dominus hodie tollet dominũ tuũ a te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autẽ ei helias. Sede hic: qꝛ dñs misit me vsq̃ ad iordanẽ. Qui ait. Viuit dominus. ꝛ viuit aĩa tua: quia nõ derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter: et quinq̃ginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos. Qui ꝛ steterunt ecõtra longe. Illi autem ambo stabant sup iordanẽ Tulitq̃ helias pallium suum et inuoluit illud et percussit aquas que diuise sunt in vtrãq̃ partem ꝛ transierunt ambo ꝑ siccũ

Cunq̃ transissent:helias dixit ad heliseũ. Postula quod vis:vt faciã tibi antꝙ tollar a te. Dixitq̃ heliseus. Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuꝰ. Qui rñdit. Rẽ difficilẽ postulasti Attamen si videris me qñdo tollar a te erit quod petisti: si autẽ nõ videris. nõ erit. Cũq̃ pgerent ꝛ incedẽtes sermocinarẽtur:ecce currus igneus ꝛ equi ignei diuiserunt vtrũq̃. Et ascendit helias per turbinẽ in celũ:heliseus autem videbat:ꝛ clamabat. Pater mi pater mi: currus israhel ꝛ auriga eius. Et nõ vidit eũ amplius. Apprehẽditq̃ vestimẽta sua: ꝛ scidit illa ĩ duas partes. Et leuauit pallium helie qđ ceciderat ei. Reuersusq̃ stetit sup ripã iordanis:ꝛ pallio helie quod ceciderat ei pcussit aq̃s:ꝛ nõ sũt diuise. Et dixit. Ubi ẽ deꝰ helie eciã nũc? Percussitq̃ aq̃s:ꝛ diuise sũt huc atq̃ illuc: et transijt heliseus. Videntes autẽ filij prophetaꝝ qui erant in hiericho decõtra dixerũt. Requieuit spiritus helie sup heliseum. Et venientes in occursũ eius adorauerũt eũ ꝑ in terrã:dixeruntq̃ illi. Ecce cũ seruis tuis sũt quinquaginta viri fortes. qui possunt ire. ꝛ querere dominũ tuũ:ne forte tulerit eũ spiritus domini ꝛ proiecerit eũ ĩ vnũ montiũ aut in vnã vallium. Qui ait Noli te mittere. Coegeruntq̃ eũ:donec acquiesceret ꝛ diceret. Mittite. Et miserũt quinq̃ginta viros. Qui cũ quesissẽt tribus diebꝰ non inuenerunt. Et reuersi sunt ad eum At ille habitabat in hiericho:et dixit eis. Nũquid nõ dixi vob:nolite mittere? Dixerũt quoq̃ viri ciuitatis ad heliseum. Ecce habitacõ ciuitatis huius optima est sicut tuipse domĩe prospicis:sed aque pessime sũt:ꝛ terra sterilis. At ille ait. Afferte mihi vas nouum:et mittite in illud sal. Qđ cum attulissent:egressus ad fontem aquarum misit in illum sal:et ait. Hec dicit dominus. Sanaui aquas has:et non erit ultra in eis mors neq̃ sterilitas. Sanate sunt ergo aque vsq̃ in diem hanc: iuxta verbum heliseĩ quod locutus est Ascendit autem inde heliseus in bethel. Cunq̃ ascenderet per viam pueri parui egressi sunt de ciuitate:et illudebant ei dicentes. Ascende calue:ascende calue. Qui cum respexisset vidit eos:et maledixit eis in nomine domini. Egressiq̃ sunt duo vrsi. de saltu:

et lacerauerũt ex eis quadraginta duos pueros. Abijt aũt inde in montem carmeli: et inde reuersus est in samariam.

Capitulũ. III.

Ioram vero filius achab regnauit super israhel in samaria: anno decimooctauo iosaphat regis iude. Regnauitq; duodecim annis: et fecit malum coram domino: sed nõ sicut pater suus et mater. Tulit enĩ statuas baal quas fecerat pater eius: verũtamen in peccatis hieroboam filij nabath q̃ peccare fecit israhel adhesit: nec recessit ab eis. Porro mesa rex moab nutriebat pecora multa: et soluebat regi israhel centũ milia agnoꝝ. et centũ milia arietũ cum velleribꝰ suis. Cũq; mortuus fuisset achab: preuaricatus ẽ fedus qõ habebat cũ rege israhel. Egressꝰ est igitur rex ioram in die illa de samaria: et recensuit vniuersum israhel: misitq; ad iosaphat regem iuda dicens. Rex moab recessit a me: veni mecum ꝓtra eũ ad preliũ. Qui respondit. Ascendam. Qui meus est tuus est: populus meus populus tuus: et equi mei equi tui. Dixitq;. Per quam viã ascendemus? At ille respondit. Per desertum ydumee. Perrexerunt igitur rex israhel et rex iuda et rex edom. et circuierunt per viam septẽ dierũ: nec erat aqua exercitui et iumentis que sequebantur eos. Dixitq; rex israhel. Heu heu heu. Congregauit nos dominus tres reges: vt traderet in manu moab. Et ait iosaphat. Est ne hic prophete domini: vt deprecemur dominũ per eum? Et respondit vnus de seruis regis israhel. Est hic heliseus filius saphat: qui fundebat aquam sup manus helie. Et ait iosaphat. Est apud eũ sermo dñi? Descenditq; ad eũ rex israhel et iosaphat rex iuda: et rex edom. Dixit autem heliseꝰ ad regem israhel. Quid mihi et tibi est? Vade ad prophetas patris tui et matris tue. Et ait illi rex israhel. Quare congregauit dominus tres reges hos vt traderet eos in manus moab? Dixitq; ad eum heliseus. Viuit dominus exercituũ in cuius cõspectu sto: q̃ si nõ vultum iosaphat regis iude erubescerem: non attendissem quidẽ te nec respexissem. Nunc autem adducite mihi psaltẽ. Cumq; caneret psaltes: facta ẽ super eum manus domini. Et ait. Hec dicit dñs. Facite alueum torrẽtis huiꝰ fossas et fossas. Hec enĩ dicit dñs Nõ videbitis ventũ neq; pluuiã: et alueꝰ iste replebiꝫ aquis: et bibetis vos et familie vẽe et iumenta vestra. Parũq; est hoc in cõspectu dñi: insup tradet eciã moab ĩ manus vestras. Et pcucietis omnẽ ciuitatẽ munitã et omnem vrbẽ electã: et vniuersũ lignũ fructiferum succidetis cũctosq; fontes aquaꝝ obturabitis et omnẽ agrũ egregiũ operietis lapidibꝰ. Factũ est igitur mane quãdo sacrificiũ offerri solet: et ecce aque veniebãt per viam edom. Et repleta ẽ terra aquis. Cumq; audissent omnes moabite quod descendissent tres reges vt pugnarẽt aduersus eos conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo desuper: et steterunt ĩ terminis primoq; mane surgentes. et orto iã sole ex aduerso aquarũ: viderunt moabite econtra aquas rubras quasi sanguineꝫ: dixerũtq;. Sanguis gladij est. Pugnauerunt reges ꝓtra se: et cesi sũt mutuo. Nũc perge ad predã moab. Perrexeruntq; in castra israhel. Porro cõsurgens israhel percussit moab: et illi fugerunt coram eis. Egressi enerũt igitur qui vicerant. et percusserunt moab. et ciuitates destruxerunt: et omnem agrum optimum mittentes singuli lapides repleuerunt: et vniuersos fontes aquaꝝ obturaueꝛt: et omnia ligna fructifera succiderunt: ita vt muri tantum fictiles remanerent. Et circũdata est ciuitas a funditularijs: et magna ex parte percussa. Qõ cum vidisset rex moab preualuisse scilicet hostes tulit secum septingentos viros educentes gladios vt irrũperent ad regem edom: et non potuerunt. Arripiensq; filiũ suum primogenitum qui regnaturꝰ erat p eo obtulit olocaustum super murum: et facta est indignatio magna ĩ israhel. Discesserũtq; ab eo. et reuersi sunt ĩ terram suam.

Capitulũ. IIII.

Mulier autem quedam de vxoribus prophetarum. clamabat ad heliseum dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi. Quid habes in

Reyn

domo tua? At illa rñdit. Nõ habeo ãcilla tua quicquã ĩ domo mea: niſi paꝛ olei ꝙ vngar Cui ait . Vade. pete mutuo ab oĩbꝰ vicinis tuis vaſa vacua ñ pauca: ⁊ ĩgrede re et claude oſtiũ tuũ cũ ĩtrĩſecꝰ fueris tu ⁊ filij tui. ⁊ mitte ĩde ĩ oĩa vaſa hec: ⁊ cum plena fuerint tolles Fuit itaqꝫ mulier: et clauſit oſtiũ ſupꝛ ſe ⁊ ſupꝛ filios ſuos. Illi offerebãt vaſa: ⁊ illa ĩfũdebat Cũqꝫ plena fuiſſẽt vaſa: dixit ad filiũ ſuũ. Affer mihi adhuc vas Et ille rñdit Nõ habeo Stetit qꝫ oleũ. Venit aũ illa ⁊ indicauit homĩ ꝺi Et ille: Vade ĩquit vende oleũ ⁊ redde creditoꝛi tuo: tu aũ ⁊ filij tui viuite de reliq̃. Facta ẽ aũ quedã dies: ⁊ trãſibat heliſeꝰ ꝑ ſunã ciuitatẽ Erat aũ ibi mlier magna: q̃ tenuit eũ vt comederet panẽ Cũqꝫ frequẽ ter ĩde trãſiret: diuertebat ad eã vt comederet panẽ Que dixit ad virꝫ ſuũ Animad uerto q̃ vir dei ſctus ẽ iſte : qui trãſit per nos frequẽter Faciamꝰ g̃ ei cenaculũ puũ ⁊ ponamꝰ ei in eo lectulũ ⁊ menſã ⁊ ſellaꝫ ⁊ cãdelabrũ: vt cũ venerit ad nos maneat ibi. Facta eſt ergo dies quedã: ⁊ veniens diuertit ĩ cenaculũ: ⁊ requieuit ibi Dixit qꝫ ad giezi puerũ ſuum. Voca ſunamitẽn iſtã. Qui cũ vocaſſet eã. ⁊ illa ſtetiſſet coram eo: dixit ad puerũ ſuuꝫ. Loquere ad eã. Ecce ſedule in omnibꝰ miniſtraſti nobꝭ quid vis vt faciã tibi ? Nũquid habes negocium : ⁊ vis vt loquar regi ſiue p̃ncipi milicie? Que reſpondit. In medio populi mei habito. Et ait. Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitqꝫ giezi. Ne queras. Filium enim nõ habet: ⁊ vir eius ſenex eſt. Prece pit itaqꝫ vt vocaret eã. Que cũ vocata fuiſſet ⁊ ſtetiſſet ante oſtium: dixit ad eã In tẽpoꝛe iſto in hac eadem hoꝛa ſi vita comes fuerit: habebis in vtero filiũ. At illa Noli queſo dñe mi vir dei. noli mẽtiri ancille tue. Et cõcepit mulier: ⁊ peperit filiũ in tẽpoꝛe. ⁊ ĩ hoꝛa eadẽ q̃ dixerat heliſeus. Creuit aũ puer: ⁊ cũ eſſet q̃dã dies ⁊ egreſſus iſſet ad patrẽ ſuũ ad meſſoꝛes: ait patri ſuo. Caput meũ doleo At ille dixit puero. Tolle: ⁊ duc eũ ad matrẽ ſuam . Qui cũ tuliſſet ⁊ duxiſſet eũ ad matrẽ ſuã: poſuit eũ illa ſupꝛ genua ſua vſqꝫ ad meridiẽ ⁊ moꝛtuus eſt. Aſcendit autẽ ⁊ collocauit eũ ſupꝛ lectũ hominis dei: ⁊ clauſit oſtium Et egreſſa vocauit virꝫ ſuũ. Et ait. Mitte mecũ obſecro vnũ de pueris ⁊ azinam : et excurrã vſqꝫ ad hominem dei. et reuertar. Qui ait illi. Quã ob cauſã vadis ad eũ? Hodie nõ ſunt kalende neqꝫ ſabbatũ Que reſpondit. Valdam. Strauitqꝫ azinã: et ꝓcepit puero. Mina ⁊ propera: ne mihi moram facias in eundo: et hoc age qꝺ ꝓcipio tibi. Profecta ẽ igitur: ⁊ venit ad virum dei in montẽ carmeli. Cunqꝫ vidiſſet eam vir dei decontra: ait ad giezi puerũ ſuum. Ecce ſunamitis illa. Vade ergo in occurſum eius: et dic ei. Recte ne agiſ̃ circa te et circa virꝫ tuũ: ⁊ circa filiũ tuũ: Qui rñdit. Recte Cũqꝫ veniſſet ad virũ dei ĩ mõtem apprehẽdit pedes eius: et acceſſit giezi vt amoueret eã Et ait homo dei. Dimitte illã. Anima enĩ eius in amaritudine eſt: et dominus celauit a me . et nõ indicauit mihi. Que dixi illi . Nũquid petiui filiũ a dño meo? Nũquid nõ dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lũbos tuos: ⁊ tolle baculũ meũ in manu tua ⁊ vade Si occurrerit tibi homo nõ ſalutes eũ: et ſi ſalutauerit te quiſpiam non reſpõdeas illi. Et pones baculũ meũ ſupꝛ faciẽ pueri Poꝛro mater pueri ait. Viuit dñs ⁊ viuit aĩa tua: nõ dimittã te. Surrexit ergo: et ſecutꝰ ẽ eã. Giezi aũt preceſſerat ante eos: ⁊ poſuerat baculũ ſuper faciẽ pueri: ⁊ nõ erat voꝛ neqꝫ ſenſus. Reverſuſqꝫ eſt in occurſũ eiꝰ: ⁊ nũciauit ei dicẽs. Nõ ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo heliſeus domum et ecce puer moꝛtuus iacebat in lectulo eius . Ingreſſuſqꝫ claudit oſtium ſupꝛ ſe et ſupꝛ puerum: ⁊ oꝛauit ad dominum. Et aſcendit. ⁊ incubuit ſuper puerũ: poſuitqꝫ os ſuum ſuper os eius ⁊ oculos ſuos ſupꝛ oculos eius. ⁊ manus ſuas ſupꝛ manꝰ eius ⁊ incuruauit ſe ſupꝛ eũ: ⁊ calefacta ẽ caro pueri. At ille reverſus. deãbulabat in domo ſemel huc atqꝫ illuc: ⁊ aſcẽdit ⁊ incubuit ſuper eũ. Et oſcitauit puer ſepcies. aperuitqꝫ oc̃los. Et ille vocauit giezi: ⁊ dixit ei. Voca ſunamitẽn hanc Que vocata ingreſſa eſt ad eum. Qui ait Tolle filiũ tuũ Venit illa et coꝛruit ad pedes eius: ⁊ adorauit ſupꝛ tꝛraꝫ Tulitqꝫ filiũ ſuũ. ⁊ egreſſa eſt: et heliſeus reverſus eſt in galgala. Erat autem fames in tꝛra: ⁊ filij prophetarũ habitabant coꝛam eo . dixitqꝫ vni de pueris ſuis. Pone ollã grandem: ⁊ coque

pulmẽtũ filijs ꝓphetaꝝ. Et egressus ẽ vn⁹ in agrũ: vt colligeret herbas agrestes. Jn uenitq; q̃si vitẽ siluestrem: ⁊ collegit ex ea coloquintidas agri ⁊ impleuit palliũ suũ ⁊ reuersus ꝓscidit in ollã pulmẽti. Nescie-bat enĩ quid esset : infuderunt igiẽ socijs vt comederẽt. Cũq; gustassent de coctione exclamauerũt dicentes. Mors in olla vir dei. Et non potuerunt comedere. At ille: afferte inq̃t farinã. Cũq; attulissent: misit in ollam ⁊ ait. Jnfunde turbe vt comedãt Et nõ fuit amplius quicq̃ amaritudinis in olla. Vir autẽ quidã venit de balsalisa deferẽs viro dei panes ꝑmiciaꝝ. ⁊ viginti panes ordeaceos: ⁊ frumentũ nouũ ĩ pera sua. At ille dixit. Da populo vt comedat Respondit q; ei minister eius. Quantũ est hoc vt apponã coram centũ viris? Rursuz ille: da ait populo vt comedat. Hec enim dicit dñs. Comedent: ⁊ supererit. Posuit itaq; coram eis. Qui comederunt: ⁊ super-fuit iuxta verbum domini.

Capi. .V.

Naaman princeps milicie regis si rie erat vir magnus apud domi-num suum: ⁊ honoratus. Per illũ enĩ dedit dñs salutẽ sirie. Erat aũt vir for tis ⁊ diues: sed leprosus. Porro de siria e-gressi fuerant latrũculi: ⁊ captiuã duxe-rant de terra israhel puellã paruulã: que erat in obsequio uxoris naaman. Que ait ad dominã suã. Vtinã fuisset domin⁹ me-us ad prophetã qui est in samaria: profe-cto curasset eũ a lepra quã habet. Jngres-sus est itaq; naaman ad dñm suũ: ⁊ nun-ciauit ei dicens. Sic ⁊ sic locuta ẽ puella de terra israhel. Dixitq; ei rex sirie. Vade: ⁊ mittam litteras ad regẽ israh. Qui cũ pro fectus esset ⁊ tulisset secũ decẽ talenta ar-gẽti ⁊ sex milia aureos. ⁊ decẽ mutatoria vestimentoꝝ: detulit litteras ad regẽ israh in hec verba. Cũ acceperis epistolã hanc: scito q; miserim ad te naaman seruũ meũ vt cures eum a lepra sua. Cũq; legisset rex israhel litteras: scidit vestimẽta ⁊ ait. Nũ quid deus ego sum vt occidere possim et viuificare: quia iste misit ad me vt curez hominem a lepra sua? Animaduertite et videte: q; occasiones querat aduersum me Quod cũ audisset heliseus vir dei. scidisse videlicet regẽ israhel vestimenta sua: misit ad eũ dicẽs Quare scidisti vestimẽta tua? Veniat ad me: ⁊ sciat esse prophetã ĩ israh. Venit ergo naaman cum equis ⁊ curribꝰ et stetit ad ostium domus heliseĩ. Misitq; ad eũ heliseus nunciũ dicens. Vade et la-uare septies in iordane: ⁊ recipiet sanita-tẽ caro tua atq; mũdaberis. Jratus na-aman. recedebat dicẽs. Putabã q; egrede-retur ad me ⁊ stans ĩuocaret nomen dñi dei sui: ⁊ tangeret manu sua locũ lepre: et curaret me. Nũquid ñ meliores sũt abana ⁊ pharfar fluuij damasci oĩbꝰ aq̃s israhel. vt lauer in eis ⁊ mũder? Cũ ergo vertisset se ⁊ abiret indignans : accesserũt ad eum serui sui. ⁊ locuti sũt ei. Pater: si rẽ grã-dem dixisset tibi ꝓpheta. certe facere debue ras. Quantomagis quia nũc dixit tibi la uare ⁊ mundaberis? Descendit ⁊ lauit se-pties in iordane iuxta sermonẽ viri dei: ⁊ restituta est caro eius sicut caro pueri p-uuli: ⁊ mundatus est. Reuersusq; ad virũ dei cũ vniuerso comitatu suo: venit ⁊ ste-tit coram eo ⁊ ait. Vere scio q; nõ sit alius deus ĩ vniuersa terra: nisi tantũ ĩ israhel. Obsecro itaq; vt accipias bñdictõez a ser-uo tuo. At ille rñdit. Viuit dñs ante quẽ sto: q; nõ accipiã. Cũq; vim faceret: peni-tus nõ acq̃uit. Dixitq; naaman. Vt vis. Sed obsecro concede mihi seruo tuo : vt tollam onus duoꝝ burdonũ de terra. Nõ enĩ faciet vltra seruꝰ tuus olocaustũ aut victimã dijs alienis: nisi dño. Hoc autem solũ est de quo deprecaris dominũ ꝑ seruo tuo: quando ingredietur dñs meus tẽplũ remmon vt adoret. ⁊ illo innitente super manum meam. si adorauero ĩ tẽplo rem-mon adorante eo ĩ eodẽ loco: vt ignoscat mihi dñs seruo tuo ꝑ hac re. Qui dixit ei Vade in pace. Abijt ergo ab eo: electo tẽ-pore terre Dixitq; giezi puer viri dei. Pe-percit dñs meus naaman siro isti: vt non acciperet ab eo que attulit. Viuit dñs q; curram post eũ: ⁊ accipiam ab eo aliquid Et secutꝰ ẽ giezi post tergũ naamã. Quẽ cum vidisset ille currentẽ ad se: desilijt de curru ĩ occursũ eiꝰ ⁊ ait. Rectene sũt oĩa? Et ille ait. Recte. Dominꝰ meus misit me ad te dicens. Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte effraim : ex filijs prophetarum . Da eis talentum argen-ti: ⁊ vestes mutatorias duplices. Dixitq;

naaman. Melius est vt accipias duo talẽ-
ta. Et coegit eũ: ligauitq; duo talẽta argẽ-
ti in duob; saccis. ⁊ duplicia vestimẽta et
imposuit duob; pueris suis: qui ⁊ porta-
uerũt corã eo Cũq; venisset iã vesperi. tu-
lit de manu eor. ⁊ reposuit ĩ domo: dimi-
sitq; viros ⁊ abierũt: ipe aũ ingressus ste-
tit corã dño suo. Et dixit helisеus . Ũnde
venis giezi? Qui respõdit Nõ iuit hus tus
quoq;. At ille ait. Nonne cor meum in p̃-
senti erat: quãdo reuersus est hõ de curru
suo in occursũ tui? Nũc igiť accepisti ar-
gentũ ⁊ accepisti vestes: vt emas oliueta.
⁊ vineas ⁊ oues ⁊ boues ⁊ seruos ⁊ ancil-
las. Lz ⁊ lepra naaman adherebit tibi et
semini tuo vsq; in sempiternũ. Et egress?
est quasi nix ab eo leprosus.

¶ Capitulũ. .VI.

Dixerũt aũt filij prophetar ad he-
lisеum. Ecce locus in quo habita-
mus corã te: angustus est nobis.
Eamus vsq; ad iordanẽ ⁊ tollãt singuli de
silua materias singulas: vt edificem' no-
bis ibi locum ad habitandum. Qui dixit.
Jte. Et ait vnus ex illis . Ũeni ergo et tu
cum seruis tuis. Respondit. Ego veniaz.
Et abijt cũ eis. Cunq; venissent ad iorda-
nen: cedebant ligna. Accidit aũt: vt cum
vnus materiã succidisset . caderet ferrum
securis in aquã. Exclamauitq; ille et ait.
Heu heu heu dñe mi: ⁊ hocipsũ mutuo ac-
ceperã. Dixit ať hõ dei Ũbi cecidit? At ille
mõstrauit ei locũ. Prescidit ergo lignũ: ⁊
misit illuc. Natauitq; ferrũ. Et ait. Tolle
Qui extendit manũ: ⁊ tulit illud. Rex aũ
sirie pugnabat cõtra israhel: consiliumq;
iniit cũ seruis suis dicẽs. In loco illo ⁊ il-
lo. ponamus insidias . Misit itaq; vir dei
ad regem israhel dicens. Caue ne transeas
in locum illum qz ibi siri in insidijs sunt.
Misit itaq; rex israhel ad locũ quẽ dixerat
ei vir dei ⁊ preoccupauit eũ: ⁊ obsuauit se
ibi nõ semel neq; bis . Conturbatũq; ẽ cor
regis sirie pro hac re: et conuocatis suis
suis ait. Quare nõ indicatis mihi quis p
dior mei sit apud regem israhel ? Dixitq;
vnus suor ei? Nequaq; domine mi rex. Sz
heliseus propheta qui est in israhel ĩdicat
regi israhel omnia verba quecũq; locutus
fueris in ꝯclaui tuo. Dixitq; eis. Jte ⁊ vi
dete vbi sit: vt mittam ⁊ capiã eũ . Annũ-
ciauerũt ei dicentes. Ecce in dothaim Ai
sit ergo illuc equos ⁊ currus: et robur ex-
ercitus. Qui cum venissent noctẽ: circũde
derũt ciuitatem. Consurgens autem dilu-
culo minister viri dei egressus est: viditq;
exercituz in circuitu ciuitatis ⁊ equos et
currus. Nũciauitq; ei dicẽs. heu heu heu
domine mi quid faciem? ? At ille respõdit
Noli timere. Plures eĩ nobiscũ sũt quã cũ
illis. Cũq; orasset helise? ait. Dñe: aperi o-
culos hui? vt videat. Et aperuit dñs ocu-
los pueri. ⁊ vidit: ⁊ ecce mons plen? equo
rũ ⁊ curruũ igneor ĩ circuitu helisei. Do
stes vero descenderũt ad eum Porro heli-
seus orauit ad dominũ dicẽs. Percute ob
secro gentem hãc cecitate Percussitq; eos
dñs ne viderẽt: iuxta verbũ helisei . Dixit
aũt ad eos heliseus. Non est hec via : nec
ista ẽ ciuitas. Sequimini me: ⁊ ostendam
vobis virũ quẽ queritis. Duxit ergo eos
in samariã. Cũq; ingressi fuissent i sama-
riam: dixit heliseus Domine: aperi oc'os
istorum vt videant. Aperuitq; dñs oc'os
eor : ⁊ viderunt se esse in medio samarie.
Dixitq; rex israhel ad heliseum: cũ vidiss;
eos . Nunquid percuciam eos pater mi?
Et ille ait. Non percucies . Neq; enim ce-
pisti eos gladio et arcu tuo: vt percucias
Sed pone panẽ ⁊ aquã corã eis. vt come
dant ⁊ bibant: ⁊ vadant ad dominũ suũ.
Apposita; est eis ciborum magna prepa-
racio. Et comederunt et biberuut: ⁊ dimi-
sit eos: abieruntq; ad dominum suuz. Et
vltra non venerunt latrones sirie in terrã
israhel . Factũ est aũt post hec congrega-
uit benadab rex sirie vniuersum exercitũ
suum: ⁊ ascendit et obsidebat samariã Fa
ctaq; ẽ fames magna in samaria: et tãdiu
obsessa ẽ donec venũdaret caput azini oc
toginta argenteis : et quarta pars cabi
stercoris columbar quinq; argenteis. Cũ
q; rex israhel transiret per muruz: mulier
quedam exclamauit ad eum dicẽs. Salua
me dñe mi rex. Qui ait. Nõ te saluet dñs
Unde te possum salaure ? De area: vel de
torcular? Dixitq; ad eam rex . Quid tibi
vis? Que respondit. Mulier ista dixit mi-
hi . Da filium tuum vt comedamus eum
hodie: ⁊ filiũ meũ comedemus cras. Coci-
mus g filiũ meũ: et comedimus : dixiq; ei
die altera. Da filiũ tuũ: vt comedam? eu;

Que abscõdit filiũ suum. Quod cũ audis-
set rex scidit vestimẽta sua: ꝛ trãsiebat per
mur. Viditq; oĩs popul⁹ cilicĩũ q̃ vestit⁹
erat ad carnẽ intrinsecus. Et ait rex. Hec
mihi faciat dẽ⁹. ꝛ hec addat: si steterit ca-
put heliseꝰ filij saphat sup ipsũ hodie. He-
liseus aũt sedebat in domo sua: ꝛ seneꝰ se-
debãt cũ eo. Premisit itaq; vir: ꝛ antequã
veniret nũcius: ille dixit ad seneꝰ. Nunq̃d
scitis q̃ miserit fili⁹ homicide huc vt pre-
scidaẽ caput meum? Videte ergo: cũ vene-
rit nũcius, claudite ostium: ꝛ non sinatis
cũ introire. Ecce enim sonitus pedꝫ dñi
eius post eum est. Adhuc illo loquẽte eis
aparuit nũcius qui veniebat ad eum. Et
ait. Ecce tantũ malũ a dño est. Quid am-
plius expectabo a domino?

¶ Capitulũ. .VII.

Dixit autem heliseus. Audite ver-
bum dñi. Hec dicit dñs. In tẽpo-
re hoc cras. modi⁹ simile vno sta-
tere erit: ꝛ duo modij ordei statere vno in
porta samarie. Respondens vnus de duci
bus sup cuius manum rex incũbebat ho-
mini dei ait. Si dñs fecerit eciã catharac-
tas i celo apiri: nũq̃d poterit eẽ qd̃ loque
ris? Qui ait. Videb̃ oculꝰ tuis: ꝛ inde ñ co-
medes. Quatuor q̃ viri erãt leprosi iuxta
introitũ portæ: q̃ dixerũt adinuicẽ. Quid
hic esse voluim⁹ donec moriamur? Siue i
gredi voluerim⁹ ciuitatẽ fame moriemur
siue mãserim⁹ h̃ morieñdũ nob̃ ẽ. Venite q̃
ꝛ trãsfugiam⁹ ad castra sirie. Si pepercе-
rint nob̃ viuem⁹: si aũt occidere voluerĩt
nihilomin⁹ moriemur. Surrexerũt q̃ vespe
ri: vt venirẽt ad castra sirie. Cũq; venissẽt
ad p̃ncipiũ castroꝝ sirie: nullũ ibidẽ repe-
rerũt. Siquidẽ dñs sonitũ audiri fecerat
in castris sirie curruũ ꝛ equoꝝ: ꝛ exerci-
tus plurimi. Dixerũtq; adinuicẽ. Ecce mer
cede cõduxit aduersum nos rex israꝫ reges
gethæoꝝ ꝛ egiptioꝝ: ꝛ venerũt super nos
Surrexerũt q̃ ꝛ fugerũt in tenebris: ꝛ de-
reliquerũt tentoria sua ꝛ equos ꝛ azinos
in castris: fugerũtq; . animas tantũ suas
saluare cupientes. Igit̃ cũ venissẽt lepro-
si illi ad p̃ncipiũ castroꝝ ingressi sũt vnũ
tabnaculũ: ꝛ comederũt ꝛ biberũt. Tulerũt
q̃ inde argẽtũ ꝛ auꝝ ꝛ vestes: ꝛ abierũt ꝛ
absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad
aliud tabnaculũ: ꝛ inde similit̃ auferẽtes
absconderunt. Dixeruntq; adinuicẽ. Non
recte facimus. Hec enĩ dies boni nũcij est
Si tacuerimus ꝛ noluerim⁹ nũciare usq;
mane: sceleris arguemur. Venite eamus
ꝛ nunciemus in aula regis. Cũq; venissẽt
ad portã ciuitatis: narrauerũt eis dicẽtes
Iuimus ad castra sirie ꝛ nullum ibidẽ re
perimus hominẽ: nisi equos ꝛ azinos alli
gatos: ꝛ fixa tentoria. Ierunt q̃ portarij:
ꝛ nũciauerunt in palacio regis intrinse-
cus. Qui surrexit nocte: et ait ad seruos
suos Dico vob̃ quid fecerĩt nob̃ siri. Sci-
unt q̃ fame laboramus: ꝛ idcirco egressi
sũt ꝺ castris: ꝛ latitãt ĩ agris dicẽtes. Cũ
egressi fuerĩt ꝺ ciuitate capiemus eos vi-
uos: ꝛ tũc ciuitatẽ ĩgredi potuerim⁹. Re-
spõdit aũ vn⁹ suoꝝ ei⁹. Tollamus quinq;
eq̃s q̃ remãserũt ĩ vrbe: qꝝ ipi tantũ sũt ĩ
vniuersa mlt̃itudine israhel. alij enĩ ꝯsum
pti sunt: ꝛ mittentes explorare poterim⁹
Adduxerũt ergo duos equos: misitq; rex
in castra siriorũ dicens. Ite ꝛ videte. Qui
abierunt post eos usq; ad iordanen. Ecce
aũt oĩs via plena erat vestib⁹ ꝛ vasis: q̃ p
iecerant siri cũ turbarenẽ. Reuersiq; nũ-
cij indicauerũt regi. Et egressus populus
diripuit castra sirie: factusq; est modius
simile statere vno. ꝛ duo modij ordei state
re vno: iuxta verbum domini. Porro rex
ducem illum in cuius manu ĩcubuerat cõ
stituit ad portaꝫ: quem cõculcauit turba
in introitu portæ ꝛ mortuus est: iuxta qd̃
locutus fuerat vir dei quando descẽderat
rex ad eum. Factũq; est scd̃m sermonẽ vi-
ri dei. quem dixerat regi quando ait. duo
modij ordei statere vno erũt. ꝛ modius si-
mile statere vno hoc eodem tempore cras
in porta samarie: quando respondерat
dux ille viro dei et dixerat. eciamsi domi-
nus fecerit catharactas in celo nunquid
poterit fieri qd̃ loq̃ris: et dixit ei videb̃ o-
culis tuis. et inde nõ comedes. Euenit er-
go ei sicut predictum erat: ꝛ conculcauit
eum populus in porta: ꝛ mortuus est.

¶ Capi. .VIII.

Heliseus aũ locut⁹ ẽ ad mulierẽ: cu
ius viuere fecerat filium dicens.
Surge: vade tu ꝛ dom⁹ tua: et pe-
regrinare vbicũq; repereris. Vocabit enĩ
dñs famem: ꝛ veniet super terram septem

ānis. Que surrexit ⁊ fecit iuxta verbū ho
mīs dei. ⁊ vadēs cū domo sua: peregrina-
ta ē ī tærra philistijm. diebꝫ multis Cunqꝫ
finiti essent āni septē: reuersa ē mulier de
tærra philistijm. Et īgressa ē: vt intærpella
ret regē ꝓ domo sua. ⁊ ꝓ agris suis. Rex
// aūt loquebaṫ cū giezi puero viri dei dicēs
Narra mihi oīa magnalia q̄ fecit heliseus
Cūqꝫ ille narraret regi quō mortuū suſci-
tasset: aparuit mulier cui⁹ viuificauerat
filiū clamās ad regē pro domo sua ⁊ ꝓ a-
gris suis Dixitqꝫ giezi Domīe mi rex hec
ē mulier: ⁊ hic ē fili⁹ ei⁹ quē suscitauit he-
liseus Et intærrogaut rex mulierē. Que
narrauit ei. Debitqꝫ ei rex eunuchū vnuꝫ
dicēs Restitue ei oīa q̄ sua sūt: ⁊ vniuer-
sos redditus agroꝝ a die qua reliquit tær
ram vsqꝫ ad p̄sens. Venit quoqꝫ heliseus
damascū. ⁊ benadab rex sirie egrotabat.
Nunciaueruntqꝫ ei dicentes. Venit vir dī
huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecū mu-
nera ⁊ vade in occursum viri dei: ⁊ cōsule
dñm ꝓ eū dicens. Si euadere potero de ī-
firmitate mea hac ? Iuit igitur azahel in
occursum eius habēs secum munera ⁊ oīa
bona damasci onera q̄draginta camelorꝫ.
Cunqꝫ stetisset coram eo ait. Filius tuus
benadab rex sirie misit me ad te dicēs. Si
sanari potero de infirmitate mea hac? Di
xitqꝫ ei heliseus. Vade dic ei. Sanaberis.
Porro oñdit mihi dominus: quia morte
morieṫ. Stetitqꝫ cū eo ⁊ turbatus est vsqꝫ
ad suffusionē vultus. Fleuitqꝫ vir dī Cui
azahel ait. Quare domin⁹ me⁹ flet? At ille
dixit. Quia scio que facturus sis filijs is-
rahel mala. Ciuitates eoruꝫ munitas igne
succendes: ⁊ iuuenes eoruꝫ interficies gla
dio: ⁊ paruulos eorum elides. ⁊ pregnan
tes diuides. Dixitqꝫ azahel. Quid ei sum
seruus tuus canis: vt faciā rem istā ma-
gnā? Et ait heliseus. Ostendit mihi dñs te
regē sirie fore Qui cū recessisset ab heliseo
venit ad dñm suum. Qui ait ei. Quid tibi
dixit heliseus? At ille rñdit. Dixit mihi:
recipies sanitatē. Cunqꝫ venisset dies alte
ra. tulit stragulum ⁊ infudit aquam: ⁊ ex-
pandit super faciem eius. Quo mortuo:
// regnauit azahel p eo. Anno quinto iorā
filij achab regis israhel regnauit iorā fili-
us iosaphat rex iuda. Trigintaduorum
annorum erat cū regnare cepisset: ⁊ octo
annis regnauit in hierusalē. Ambulauit
qꝫ in vijs regū israhel: sicut ambulauerat
domus achab. Filia enī achab erat vxor
eius. Et fecit quod malū est ī ꝓspectu dñi
Voluit autem dominus disperdere iudaꝫ
ꝓpter dauid seruum suum: sicut ꝓmiserat
ei vt daret illi lucernam. ⁊ filijs eius cun-
ctis diebꝫ. In diebꝫ eius recessit edom ne
esset sub iuda: ⁊ constituit sibi regez. Ve-
nitqꝫ ioram seira: ⁊ omnis exercit⁹ cū eo.
Et surrexit noctē: ꝑcussitqꝫ idumeos qui
eū circūdederant. ⁊ principes curruū. Po
pulus aūt fugit ī tabernacula sua. Recessit ergo edō ne esset sub iuda: vsqꝫ ad diē
hanc. Tunc recessit ⁊ lobna in tēpore illo.
Reliqua autem sermonum iorā ⁊ vniuer-
sa que fecit: nonne hec scripta sūt in libro
verborum dierum regum iuda? Et dormi-
uit iorā cum patribus suis: sepultusqꝫ est
cum eis in ciuitate dauid: ⁊ regnauit o-
chozias filius ei⁹ ꝓ eo. Anno duodecimo
iorā filij achab regis israhel: regnauit o-
chozias filius iorā regis iude. Viginti duo
rum annorum erat ochozias cum regnare
cepisset: ⁊ vno āno regnauit in hierusalē
Nomen matris ei⁹ atalia filia amri regis
israhel: ⁊ ambulauit in vijs domus achab
⁊ fecit qđ malum est corā dño sicut dom⁹
achab. Gener enī domus achab fuit Abijt
quoqꝫ cum iorā filio achab ad ꝑliandū cō
tra asahel regē sirie in ramoth galaad: et
vulneraverunt siri iorā. Qui reuersus est
vt curaretur in iesrahel: quia vulneraueṫ
eū siri in ramoth ꝑliātē ꝓtra asahel regem
sirie Porro ochozias filius iorā rex iuda
descendit inuisere iorā filiū achab in iesra
hel: qꝫ egrotabat ibi.

Capitulū. .IX.

Heliseus autem prophetes vocauit
vnum de filijs ꝓphetarꝫ. ⁊ ait illi.
Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle len-
ticulam olei hanc in manu tua: ⁊ vade in
ramoth galaad. Cunqꝫ veneris illuc: vide-
bis iehu filium iosaphat filij namsi. Et in
gressus suscitabis eum de medio fratrum
suorum et introduces in interius cubicu-
lum: tenensqꝫ lenticulam olei fundes sup
caput eius: ⁊ dices. Hec dicit dominus.
Vnxi te regem super israhel. Aperiesqꝫ o-
stium ⁊ fugies: ⁊ non ibi subsistes. Abijt
ergo adolescēs puer prophete in ramoth

galaad:ꝙ ingressus ē illuc. Ecce aūt ꝓnci-
pes exercitus sedebāt. Et ait. Uerbū mihi
ad te o princeps. Dixitq; iehu Ad quē ex
oībo nobis? At ille dixit Ad te o princeps
Et surrexit:ꝙ ingressus ē cubiculū. At il-
le fudit oleū sup caput eiꝰ. Et ait. Hec di
cit dñs deꝰ isrl. Unxi te regē sup populum
domini israhel:ꝙ ꝓcucies domū achab do
mini tui. Et vlciscar sanguinē seruoꝝ me
oꝝ ꝓphetaꝝ. ꝙ sanguinē omniū seruorum
dñi de manu iezabel. perdāq; omnē domū
achab. Et interficiā de domo achab mīgē
ē ad parietē:ꝙ clausū ꝙ nouissimū in isrl
Et dabo domū achab sīē domū hieroboā
filij nabath:ꝙ sicut domū baasa filij achia
Uiezabel q̄z comedēt canes ī agro iesrahel
nec erit qui sepeliat eā. Aperuitq; ostium
ꝙ fugit Jehu aūt ingressus ē ad seruos do
mini sui. Qui dixerūt ei. Recte ne sūt oīa
Quid venit īsanus iste ad te? Qui ait eis
Nostis hominē:ꝙ quid locutus sit. At illi
ñderunt falsū est:sed magis narra nobis
Qui ait eis. Hec ꝙ hec locutus est mihi.
Et ait. Hec dicit dñs. Unxi te regē super
israhel. Festinauerūt itaq;: et vnusquisq;
tollēs palliū suū posuerūt sub pedibꝰ eius
in similitudinē tribunalis:ꝙ cecinerūt tu-
ba atq; dixerūt. Regnabit iehu. Coniura-
uit ergo iehu filius iosaphat filij nāsi cō-
tra iorā. Porro ioram obsederat ramoth
galaad. ipse ꝙ omnis israhel contra azahel
regē sirie:ꝙ reuersus fuerat vt curaretur
in iesrahel ꝓter vulnera:quia ꝓcusserant
eū siri preliātē ꝓtra azahel regē sirie. Dix
itq; iehu. Si placet vobis nemo egrediat
profugus de ciuitate:ne vadat ꝙ nunciet
in iesrahel. Et ascēdit: ꝙ profectus ē ī ies-
rahel. Joram enī egrotabat ibi. ꝙ ochozi-
as rex iuda descēderat ad visitādū ioram.
Igit speculatoꝝ qui stabat sup turriꝫ ies-
rahel:vidit globū iehu venientis. Et ait.
Uideo ego globum. Dixitq; ioram. Tolle
currū:ꝙ mitte in occursū eoꝝ: ꝙ dicat va-
dens. Recte ne sunt omnia? Abijt ḡ qui
ascēderat currū in occursum eius. Et ait.
Hec dicit rex. Pacata sūt omnia? Dixitq;
iehu. Quid tibi ꝙ paci? Transi ꝙ seqre me.
Nūciauit q̄z speculatoꝝ dicens. Uenit nū-
cius ad eos:ꝙ nō reuertit. Misit ecia cur
rū equoꝝ secūdum: venitq; ad eos:ꝙ ait.
Hec dicit rex. Nūquid pax ē? Et ait iehu.

Quid tibi ꝙ paci? Trāsi ꝙ sequere me. Nū
ciauit aūt speculatoꝝ dicēs. Uenit vsq; ad
eos:ꝙ nō reuertit. Est aūt incessus quasi
incessus iehu filij namsi. Preceps eī gra-
dit. Et ait iorā. Jūgite currū. Jūxeruntq;
currū eius. Et egressus ē iorā rex israhel
ꝙ ochozias rex iuda:singuli in curribꝰ su
is. Egressiq; sunt in occursū iehu. ꝙ inue-
nerūt eū in agro naboth iesrahelitē. Cūq;
vidisset iorā iehu:dixit. Pax est iehu? At
ille ñdit. Que pax? Adhuc fornicacōes ie
zabel matris tue. ꝙ veneficia eiꝰ multa vi-
gent. Conuertit autem ioram manū suaꝫ
ꝙ fugiens ait ad ochoziam. Insidie ocho-
zia. Porro iehu tetendit arcum manu: et
ꝓcussit iorā inter scapulas. Et egressa est
sagitta ꝑ coꝝ eiꝰ:statimq; coꝝuit ī curru
suo Dixitq; iehu. ad badacher ducē Tolle
pice eū in agro naboth iesrahelitē. Memī
enī quando ego ꝙ tu sedentes in curru se-
quebamur achab patrē huius:ꝙ dñs onꝰ
hoc leuauerit sup eum dicens. Si nō pro
sanguine naboth. ꝙ pro sanguine filioꝝz
eius quē vidi heri ait dñs: reddam tibi ī
agro isto dicit dñs. Nunc ergo tolle ꝙ pro
ice eū ī agro:iuxta ūbū domini. Ochozi-
as aī rex iuda videns hoc fugit per viā do
moꝰti:psecutusq; est eū iehu:ꝙ ait. Eciaz
hūc percutite in curru suo. Et ꝓcusserunt
eū in ascēsu gaber:qui ē iuxta ieblaā Qui
fugit in mageddo:ꝙ moꝝtuꝰ ē ibi. Et īpo-
suerūt eū serui eius sup currū suū ꝙ tule-
runt in hierusalem:sepelierūtq; in sepul-
cro cum patribus suis in ciuitate dauid.
Anno vndecimo ioraz filij achab regis is-
rahel regnauit ochozias super iudā:venit
q; iehu in iesrahel. Porro iezabel introitu
eius audito depinxit oculos suos stibio. ꝙ
ornauit caput suum:et respexit per fene-
strā ingredientem iehu ꝑ portam: et ait.
Nūquid pax potest esse zamri. qui interfe
cit dñm suum? Leuauitq; iehu faciē suaz
ad fenestram ꝙ ait. Que est ista? Et incli-
nauerunt se ad eū duo vel tres eunuchi:ꝙ
dixerunt. Hec est illa iezabel. At ille dixit
eis. Precipitate eam deorsum. Et ꝓcipita-
uerūt eam Aspersusq; est sanguine paries
ꝙ equoꝝum vngule conculcauerunt eam.
Cunq; introgressus esset vt comederet bi-
beretq; ait. Jte et videte maledictā illam
et sepelite eam:quia filia regis est. Cunq;

issent vt sepelirẽt eã: nõ inueneẽt nisi cal-
uariã ꝙ pedes ꝙ sũmas manus. Reuersiqꝫ
nũciauerũt ei. Et ait iehu. Sermo dñi est:
quẽ locut⁹ẽ ꝑ ꝯuũ suũ heliam thesbitẽ di-
cẽs. In agro iesrahel ꝯmedent canes car-
nes iezabel Et eẽt carnes iezabel sic̃ sterc⁹
sup facie tẽrre ĩ agro iesrabel: ita vt ꝑtere
untes dicãt. Neccine ẽ illa iezabel?

Capitulũ. X.

Erant aũt achab septuagĩta filij ĩ
samaria Scripsit g̃ iehu litteras:
ꝙ misit in samariaꝫ ad optimates
ciuitatis ꝙ ad maiores natu ꝙ ad nutrici-
os achab dicẽs. Statim vt acceperitis lit
teras has qui habetis filios dñi vestri et
curr⁹ ꝙ equos ꝙ ciuitates firmas ꝙ arma:
eligite meliorẽ ꝙ eũ qui vobis placuerit de
filijs domini vestri. ꝙ eũ ponite sup soliuꝫ
patris sui: ꝙ pugnate pro domo domĩ ve-
stri. Timuerunt illi vehementer: ꝙ dixerũt
Ecce duo reges non potuerunt stare corã
eo: et quomodo nos valebimus resistere?
Miserunt ergo ꝓpositi domus et prefecti
ciuitatis ꝙ maiores natu et nutricij ad ie
hu dicentes. Serui tui sumus: quecũqꝫ
iusseris faciemus: nec ꝓstituemus nobis
regem. Quecũqꝫ tibi placẽt fac. Rescripsit
aũt eis litteras secundo dicens Si mei e-
stis ꝙ obeditis mihi: tollite capita filiorũꝫ
dñi vestri. ꝙ venite ad me hac eadem hora
cras in iesrahel Porro filij regis septuagĩ
ta viri apud optimates ciuitatis nutrie-
bãt. Cũqꝫ venissent littere ad eos: tulerũt
filios regis ꝙ occiderunt septuaginta vi-
ros: ꝙ posuerunt capita eorũꝫ in cophinis
et miserunt ad eum in iesrahel. Venit aũt
nuncius ad eũ: ꝙ indicauit ei dicẽs: Attu
lerũt capita filiorꝫ regis. Qui rñdit. Po-
nite ea ad duos aceruos iuxta introituꝫ
portę vsqꝫ mane Cũqꝫ diluxisset egressus ẽ
ꝙ stans dixit ad oẽm populũ. Iusti estis.
Si ego coniurani ꝓtra dñm meũ ꝙ inter-
feci eũ: quis ꝑcussit oẽs hos? Videte g̃ nũc
quoniam nõ cecidit de sermonib⁹ domĩ in
terra q̃s locutus est dominus sup domuꝫ
achab: ꝙ dominus fecit quod locutus ẽ ĩ
manu ꝯui sui helie. Percussit igitur iehu
omẽs qui reliqui erant de domo achab in
iesrahel. ꝙ vniuersos optimates eius ꝙ no
tos ꝙ sacerdotes: donec nõ remanerẽt ex
eo reliquie. Et surrexit: ꝙ venit ĩ samariã
Cũqꝫ venisset ad cameram pastorꝫ in via.
inuenit fratres ochozie regis iuda. dixit-
qꝫ ad eos. Qui nã estis vos? Qui rñderũt
Fratres ochozie sumus: ꝙ descẽdimus ad
salutandos filios regis. et filios regine.
Qui ait. Cõprehendite eos viuos. Quos
cũ cõprehendissent viuos: iugulauerũt eos
in cisterna iuxta camerã quadragintadu-
os viros: ꝙ non reliquit ex eis quẽq̃. Cũqꝫ
abisset inde inuenit ionadab filiuꝫ rechab
in occursũ sibi: ꝙ benedixit ei. Et ait iehu
ad eum. Nũquid est cor tuũ rectum cũ cor
de meo sicut cor meum cum corde tuo? Et
ait ionadab. Est. Si est inquit: da manũ
tuã. Qui dedit ei manũ suã. At ille leua-
uit eũ ad se in currum: dixitqꝫ ad eũ Veni
mecum: ꝙ vide zelum meũ ꝓ dño Et impo
sitũ in curru suo duxit in samariam. Et
ꝑcussit omnes qui reliqui fuerãt de achab
in samaria vsqꝫ ad vnum: iuxta verbũ do
mini quod locutus est ꝑ heliã. Cõgrega-
uit ergo iehu omnẽ populũ: ꝙ dixit ad eos
Achab coluit baal parũ: ego aũt colã eũ
ampli⁹. Nũc igit̃ omnes ꝓphetas baal: et
vniuersos seruos ei⁹ ꝙ cũctos sacerdotes
ipius vocate ad me. Nullus sit qui nõ ve
niat. Sacrificiũ enĩ grande est mihi baal
Quicũqꝫ defuerit nõ viuet. Porro iehu fa
ciebat hoc insidiose: vt disperderet culto-
res baal. Et dixit Sanctificate diem sole-
nem baal. Vocauitqꝫ ꝙ misit in vniuersos
terminos israhel: ꝙ venerunt cuncti serui
baal. Non fuit residuus ne vnus quidem:
qui nõ veniret. Et ingressi sunt templũ ba-
al. Et repleta ẽ dom⁹ baal: a sũmo vsqꝫ ad
sũmum Dixitqꝫ hijs qui ꝑerant sup vestes
Proferte vestimẽta vniuersis seruis baal
Et protulerunt eis vestes. Ingressusqꝫ ie
hu et ionadab filius rechab templũ baal:
ait cultoribus baal. Perquirite et videte:
ne quis forte vobiscum sit de seruis dñi: sꝫ
vt sint serui baal soli Ingressi sunt igitur
vt facerẽt victimas et olocausta: iehu au
tem preparauerat sibi foris octoginta vi-
ros: et dixerat eis. Quicũqꝫ fugerit de ho-
minib⁹ hijs quos ego adduxero in manꝰ
vr̃as: anima eius erit pro anima illi⁹ Fa
ctũ ẽ aũt cũ ꝯpletum esset olocaustũ: pre-
cepit iehu militibus ꝙ ducibus suis. Ingre-
dimĩ ꝙ ꝑcutite eos. Nullus euadat. ꝑcu
serunt qꝫ eos in ore gladij et proiecerunt.

milites et duces. Et ierũt in ciuitatẽ templi baal ⁊ ptulerũt statuã de phano baal: et ꝓbusserũt ⁊ cõminuerunt eam. Destruxerũt quoq; edem baal: et fecerũt p ea latrinas vsq; in diẽ hanc. Deleuit itaq; iehu baal de isrl: veruntñ a pctis hieroboam filij nabath qui peccare fecit isrl non recessit: nec dereliquit vitulos aureos qui erãt in bethel ⁊ ĩ dan. Dixit aũt dñs ad iehu. Quia studiose egisti quod rectũ erat ⁊ placebat in oculis meis: ⁊ oĩa que erãt in corde meo fecisti ꝓ domũ achab: filij tui vsq; ad quartã generacõz sedebũt sup thronum isrl. Porro iehu ñ custodiuit vt ambularet ĩ lege dñi dei isrl. ĩ toto corde suo non ei recessit a pctis hieroboaz: qui peccare fecerat isrl. In diebus illis cepit dñs tedere super isrl. Percussitq; eos asahel in vniuersis finibꝰ israhel: a iordane ꝓ orientalẽ plagam. omnẽ terrã galaad. ⁊ gad et ruben et manasse. ab aroer que est super torrentem arnon ⁊ galaad ⁊ basan. Reliq̃ aũt verboꝝ iehu et vniuersa que fecit et fortitudo eius: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dieꝝ regum israhel? Et dormiuit iehu cum patribꝰ suis: sepelierũtq; eum in samaria: ⁊ regnauit ioachaz filiꝰ eius pro eo. Dies aũt quos regnauit iehu super israhel viginti et octo anni sunt in samaria.

¶ Capi. XI.

Atalia vero mater ochozie videns mortuũ filium suũ: surrexit ⁊ interfecit omne semen regiũ. Tollens aũt iosaba filia regis ioram. soror ochozie ioas filiũ ochozie. furata est eũ de medio filioꝝ regis qui interficiebanꝫ. et nutricẽ eiꝰ de triclinio ⁊ abscõdit eũ a facie atalie vt ñ ĩterficereꝫ: eratq; cũ ea sex ãnis clam ĩ domo dñi. Porro atalia regnauit sup terraz septẽz ãnis. Anno aũ septimo misit ioiada ⁊ assumẽs centuriones ⁊ milites ĩtroduxit ad se ĩ templũ dñi: pepigitq; cũ eis fedus. Et adiurãs eos ĩ domo dñi oñdit eis filiũ regis: ⁊ pcepit illis dicẽs. Iste ẽ ꝼmo quẽ facere debetis. Tercia ps vẽm introeat sabbato: ⁊ obſuet excubias domꝰ regis. Tercia aũ ps sit ad portã seÿr. ⁊ tercia ps sit ad portã que ẽ post habitaculũ scutariorum: et custodietis excubias domus messa. Due vero partes e vob omnes egrediẽtes sabbato custodiãt excubias domꝰ dñi circa regẽ: ⁊ vallabitis eũ hñtes arma ĩ manibꝰ vestris. Si quis aũ ĩgressus fuerit septũ tẽpli: interficiaꝫ. Eritisq; cũ rege introeunte ⁊ egrediente. Et fecerũt centuriones iuxta oĩa que ꝑceperat eis ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos qui ingrediebantur sabbatũ cũ hijs qui egrediebanꝫ e sabbato: venerũt ad ioiadam sacerdotẽ. Qui dedit eis hastas ⁊ arma regis dauid: que erãt in domo domini. Et stetерũt singuli habentes arma in manu sua a parte tẽpli dextra vsq; ad partẽ sinistrã altaris ⁊ edis. circũ regem. Producitq; filium regis: ⁊ posuit super eum dyadema ⁊ testimonium. feceruntq; eũ regem ⁊ vnxerũt: ⁊ plaudẽtes manu dixerũt Viuat rex. Audiuit atalia vocem populi currẽtis: ⁊ ingressa ad turbas in tẽplum domini. vidit regem stantẽ super tribunal iuxta morẽ. ⁊ cantores ⁊ turmas ꝓpe eum. omnemq; populum terre letantẽ. ⁊ canentẽ tubis: ⁊ scidit vestimenta sua clamauitq;. Coniuratio. coniuratio. Precepit aũt ioiada cẽturionibꝰ qui erant super exercitũ: ⁊ ait eis. Educite eam extra septa tẽpli: ⁊ quicunq; eã secutus fuerit: feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: non occidatur in tẽplo domini. Imposueruntq; ei manꝰ ⁊ impegerunt eam per viam introitus equꝝ iuxta palacium: ⁊ interfecta est ibi. Pepigit ergo ioiada fedus inter deum ⁊ regẽ. ⁊ inter populum. vt esset populus dñi: ⁊ inter regem ⁊ populum. Ingressusq; est omnis populus terre templum baal. ⁊ destruxerunt aras eius: ⁊ imagines contriuerunt valide: mathã quoq; sacerdotem baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo domini: tulitq; centuriones ⁊ chereti ⁊ phaleti legiones ⁊ omnẽ populũ terre: deduxeruntq; regem de domo domini. Et venerunt per viam porte scutarioꝝ in palacium: ⁊ sedit super thronum regum. Letatusq; est omnis populus terre: ⁊ ciuitas conquieuit. Atalia autem occisa est gladio in domo regis: septẽq; annorum erat ioas cum regnare cepisset.

¶ Capitulum. XII.

Tunc audiẽtes hec filij israhel q̃ hita-
bãt tr̃ã iudee: timuer̃t valde a fa-
cie ei⁹. Tremor eciã ⁊ horror sua
sit sensus eorum:ne hoc faceret hierlm et
tẽplo dn̄i:qꝺ fecerat ceteris ciuitatibus ⁊

tēplis eaꝝ. Et miserūt ī oēm samariā ꝑ cir
cuitū vsq; iericho: ⁊ ꝓcupauerūt oēs vti
ces mōtiū. Et muris circūdederūt vicos su
os: ⁊ ꝯgregauerūt frumēta ī ꝓparacōnem
pugne. Sacḋos eciā eliachim scripsit ad
vniuersos q̄ erāt ꝓtra esdrelon. q̄ ē ꝓx faci
em cāpi magni iuxta dotaim: ⁊ vniuersis
ꝑ q̄s vie trāsit⁹ eē poterat: vt obtinerēt a-
scens⁹ mōtiū ꝑ q̄s via eē poterat ad hir'lm
⁊ illic custodirēt vbi angustū iter eē pote
rat inē mōtes. Et fecerūt filij isr'l: scḋm qḋ
ꝓstituerat eis sacḋos dñi eliachim. Et cla-
mauit oīs popul⁹ ad dñm īstācia magna
⁊ humilauerūt aīas suas ī ieiunijs. ipsi et
mulieres eoꝝ. Et induerūt se sacḋotes ci-
liciis: ⁊ infantes ꝑstrauerūt ꝓtra facie tē-
pli dñi: ⁊ altare dño operuerūt cilicō. Et
clamauerūt ad dñm deū isr'l vnanimiter:
ne darent in ꝑdam infantes eoꝝ. ⁊ vxores
eoꝝ in diuisionez. ⁊ ciuitates eoꝝ ī exēmi
niū. ⁊ sācta eoꝝ in pollucōem: ⁊ fierēt in
obꝓbriū gentiḃ. Tūc eliachim sacerdos
dñi magn⁹ circuiuit omnē isr'l: allocutus-
q; ē eos dicēs. Scitote qm̄ exaudiuit dñs
ꝑces vras: si manētes ꝑmāseritis in ieiu-
nijs ⁊ oꝛonibꝫ in cōspectu dñi. Memores
estote moysi fui dñi: q̄ amalech cōfidentē
in vtute sua ⁊ in potēcia sua ⁊ in exercitu
suo. ⁊ in clipeis suis ⁊ in curribꝫ suis ⁊ in
eq̄tibꝫ suis nō ferro pugnando: sꝫ ꝑcibꝫ sā
ctis orando deiecit. Sic erūt vniuersi ho
stes israhel: si ꝑseueraueritis ī hoc ope qḋ
cepistis. Ad hāc igit exhortacōem ei⁹ dep-
cātes dñm. ꝑmanebūt in ꝓspectu dñi: ita
vt eciā hij qui offerebāt dño olocausta. ꝑ
cincti cilicijs offerrent sacrificia dño: et
erat cinis sup capita eoꝝ. Et ex toto cor-
de suo oēs orabāt deum: vt visitaret po-
pulum suum israhel.

Capitulū. .V.

Nunciatūq; ē holoferni ꝓncipi mi-
licie assiriorꝝ q̄ filij israhel ꝑpara-
rent se ad resistendū. ac montium
itinera ꝓclusissent: ⁊ furore nimio exarsit
ī iracūdia magna. Vocauitq; oēs ꝓncipes
moab ⁊ duces ammon: ⁊ dixit eis. Dicite
mihi q̄s sit ꝑlus iste qui mōtana obsidet:
aut q̄ ⁊ q̄les et q̄ntē sint ciuitates: eoꝝ q̄
eciaz sit vtus eoꝝ aut q̄ sit mlt'tudo eoꝝ
vel q̄s rex milicie illoꝝ. Quare ꝑ omnib⁹
q̄ habitant in oriētē isti ꝓtēpserūt me: ⁊ nō
exierūt in obuiā nob: vt susciperēt nos cū
pace! Tūc achior dux oīm filioꝝ āmō rn̄-
dens ait. Si digneris audire dñe. dicā ve
ritatē in ꝓspectu tuo de ꝑlo isto q̄ in mō-
tanis habitat: ⁊ nō egredietur vbū fallsū ex
ore meo. Populus iste ex ꝓgenie chaldeo-
rum ē. Hic ꝓmū ī mesopotamia habitauit
qm̄ noluerūt seq̄ deos patꝝ suoꝝ q̄ erāt in
terra chaldeoꝝ. Deserētes itaq; ceremoni
as ꝑm suoꝝ q̄ in mlt'tudine deoꝝ erant
vnū deū celi coluerūt: q̄ ⁊ ꝑcepit eis vt ex
irēt īde: ⁊ habitarēt ī carrā. Cūq; operuis-
set oēm terrā fames. descenderūt ī egiptū:
illicq; ꝑ q̄dringētos ānos sic multiplicati
sunt: vt dinumerari eoꝝ nō posset exerci-
tus. Cūq; grauaret eos rex egipti atq; in
edificacōibꝫ vrbiū suaꝝ ī luto ⁊ latere sub
iugasset eos: clamauerūt ad dñm suū ⁊ ꝑ-
cussit totā terrā egipti: plagis varijs. Cū-
q; eiecissent eos egipti a se. ⁊ cessasset pla-
ga ab eis ⁊ itēꝝ eos vellēt capere ⁊ ad suuz
fuiciū reuocare. fugiētibꝫ hijs dē⁹ celi ma
re aperuit: ita vt hinc inde aque q̄si mur⁹ so
lidarent: ⁊ isti pede sicco fundū maris ꝑ-
ambulando trāsirēt. In q̄ loco dū innume-
rabilis exercitus egipcōꝝ eos ꝑsequeret.
ita aq̄s cooperт⁹ ē: vt nō remanerz vl' vn⁹
q̄ factū posteris nūciaret. Egressis eciam
mare rubꝝ dexta sÿna mōtis occurrerūt:
in quibꝫ nūq̄ dō habitare potuit: vel fili⁹
hoīs req̄euit. Illic fōtes amari obdulcati
sūt eis ad bibendum: ⁊ ꝑ ānos q̄draginta
annonā de celo cōsecuti sunt. Ubicūq; in-
gressi sūt: sine arcu ⁊ sagitta. ⁊ absq; scuto
⁊ gladio. deus eoꝝ pugnabit ꝑ eis ⁊ vicit
Et nō fuit q̄ insultaret ꝑlo isti: nisi quan
do recessit a cultu dñi dei sui. Quocīescū-
q; aūt ꝑter ipm deū suū altꝝ coluerт: da-
ti sūt in ꝑdam ⁊ in gladiū ⁊ ī obꝓbrium
Quocīescūq; aūt penituerт se recessisse a
cultura dei sui: dedit eis deus celi vtutem
resistendi. Deniq; cananeum regez ⁊ iebu-
seū. ⁊ phereseū ⁊ eueū ⁊ etheū ⁊ amorreuz
et omnes potentes in esebon ꝑstrauerūt:
et terras eoꝝ et ciuitates eoꝝ ipi possede-
runt: et vsq; dū nō peccarēt in ꝓspectu dei
sui erant cum illis bona. Deus enim illo-
rum odit iniquitatem. Naz ⁊ ante hos ā-
nos cum recessissent a via quā dederat ill'
deus vt ambularent in ea. exterminati sūt
ꝑ plijs a multis nacōnibꝫ: ⁊ plurimi eorum

captiui abducti sũt ĩ ẽrã nõ suã. Nup aũt reuersi ad dñm deũ suũ ex dispsione q̃ disp si fuerãt adunati sũt: ⁊ ascẽderẽt montana hec oĩa: ⁊ itex possidẽt hierm. vbi sũt sancta sãctox. Nũc g̃ mi dñe pquire si ẽ aliq̃ iniq̃tas eox ĩ ꝓspectu dei eox ascẽdamus ad illos qm̃ tradẽs tẽdet illos de⁹ eox tibi: et subiugati erũt sub iugo potẽcie tue Ibi vero nõ ẽ offẽsio pⁱi hui⁹ corã deo suo nõ poterim⁹ resistere illis: qm̃ de⁹ eox defẽdet illos: ⁊ erim⁹ ĩ obprobriũ vniuerse ẽre. Et factũ ẽ cũ cessasset loqui achior vba hec: irati sũt ozs magnates holofernis. ⁊ cogitabãt interficere eũ dicẽtes ad alterutrum Quis ẽ iste q̃ filios isrl̃ posse dicat resistere regi nabuchodonosor. et exercitib⁹ ei⁹: hoĩes inermes ⁊ sine vtute. et sine pericia artis pugne: Ut g̃ agẽscat achior qm̃ fallit nos. ascẽdem⁹ ĩ mõtana: ⁊ cũ capti fuerit potẽtes eox tũc cũ eisdem gladio trãsuerberabit̃: vt sciãt omẽs gẽtes qm̃ nabuchodonosor de⁹ ẽre ẽ. ⁊ pter ipm alí⁹ nõ est. ¦.

Capitulũ. .VI.

Factũ ẽ aũt cũ cessassẽt loqui: indignatus holofernes vehemẽter dixit ad achior. Quõ pphetasti nobis dicẽs q̃ gens isrl̃ defẽdat̃ a deo suo: vt oñ dã tibi qm̃ nõ ẽ de⁹ nisi nabuchodonosor: cũ pcusserim⁹ eos omẽs sicut hoĩem vnũ. tũc ⁊ ipe cũ illis assiriox gladio interibis ⁊ omis isrl̃ tecũ pdicõne dispериet: ⁊ pbab qm̃ nabuchodonosor dñs sit vniuerse terre. Tũcq̃ gladi⁹ milicie mee trãsiet p latera tua: ⁊ ꝓfix⁹ cades ĩter vulneratos isrl̃: ⁊ nõ respirabis vltra donec exterminer is cũ illis. Porro aũt si pphecia tua verã esti stimas nõ ꝓcidat vultus tuus: ⁊ pallor q̃ facie tua obtinet abscedat a te: si vba mea hec putas impleri nõ posse. Et aũt noueris quia simul cum illis hec expieris: ecce ex hac hora illoz⁹ populo sociaberis: vt dum dignas mei gladij pnas acceperint. ipse simul vlcõni subiaceas. Tunc holofernes precepit seruis suis: vt ꝓprehẽderent achior ⁊ ducerent eum in bethuliam: ⁊ traderent eum in manus filiox israhel. Et accipientes eũ serui holofernis. pfecti sũt p cãpestria: ⁊ cũ appropinquassent ad montana. exierũt ꝓtra eos fũdibularij. Illi autem diuertẽtes a latere montis. ligauerũt achior ad arborem manib⁹ ⁊ pedib⁹: et sic vinctuz de restib⁹ dimiserũt eũ ⁊ reuersi sũt ad dñm suũ. Porro filij israhel descẽdentes de bethulia: venerũt ad eũ. Quẽ soluẽtes duxerũt ad bethuliã: atq̃ ĩ mediũ pⁱi illũ statuẽtes pcũctati sũt. q̃d rex esset q̃ illũ vinctum assirij reliq̃ssent. In diebus illis erãt illic pncipes ozias fili⁹ micha de tribu symeõ: ⁊ charmi q̃ ⁊ gothoniel. In medio itaq̃ senior ⁊ ĩ ꝓspectu oĩm achior dixit oĩa q̃ locut⁹ fuerat ab holoferne interrogat⁹: ⁊ qualiter pⁱus holofernis voluisset pter hoc vbum interficere eũ: ⁊ quẽadmodum ipe holofernes iratus iusserit eũ israhelitis hac de causa tradi: vt dũ vinceret filios israhel. tũc ⁊ ipm achior diuersis iubeat supplicijs ĩterire: pt̃ hoc q̃ dixisset. de⁹ celi defẽsor eox ẽ. Cũq̃ achior vniuersa hec exposuisset: oĩs popul⁹ cecidit ĩ faciem adorãtes dñm: ⁊ ꝓmuni lamẽtacõne ⁊ fletu vnanimes pces suas dño effuderunt dicẽtes. Dñe de⁹ celi ⁊ terre ĩtuere superbiã eox ⁊ respice ad nr̃am hũilitatẽ. ⁊ faciem sãctox tuox attẽde: ⁊ oñde qm̃ nõ derelinquis psumẽtes de te: ⁊ psumẽtes de se et de sua vtute gloriãtes humilias. Finito itaq̃ fletu: ⁊ p totũ diẽ oz̃one pⁱox cõpleta: ꝓsolati sũt achior dicẽtes. De⁹ pm̃ nr̃ox cui⁹ tu vtutem pdicasti. ipe tibi hãc dabit vicissitudinẽ: vt eox magis tu interitũ videas. Cum vero dñs de⁹ noster dederit hãc libertatem seruis suis: sit ⁊ tecũ de⁹ in medio nostri. vt sicut placuerit tibi ita cũ tuis omnib⁹ cõuerseris nobiscũ. Tũc ozias finito cõcilio suscepit eum in domũ suaz: ⁊ fecit cenã magnã. Et vocatis omnib⁹ pbiteris simul expleto ieiunio refecerunt. Postea vo ꝓuocatus ẽ oĩs pⁱus: ⁊ p totã noctẽ intra ecclesiã orauerũt: petẽtes auxilium a deo israhel. ¦.

Capitulũ. .VII.

Holofernes autem altera die precepit exercitib⁹ suis: vt ascenderent ꝓtra bethuliam. Erant autem pditꝰ bellatorum centumuiginti milia et equites vigintiduo milia: pter pparacões virox illorum quos occupauerat captiuitas: et abducti fuerant de prouincijs ⁊ vrbib⁹ vniuerse iuuentutis. Omnes paruerũt se parit̃ ad pugnã. ꝓtra filios isrl̃ ⁊ venerũt p crepidinẽ mõtis vsq̃ ad apicem qui

respicit sup bothaim a loco qui dicit belma. vsq; ad chelmon q̄ est contra esdrelon. Filij autē isrl̄ vt viderunt multitudinē illoꝝ pstrauerūt se sup terram mittētes cinerē sup capita sua: vnanimes orātes vt dē? isrl̄ misericordiam suā ostenderet sup populū suū. Et assumētes arma sua bellica. sederūt p loca que angusti itineris tramitem dirigunt inter montuosa: ꝙ erant custodientes ea tota die ꝙ noctē. Porro holofernes dū circuit p gijrū. repit q̄ fons q̄ influebat aq̄ductuꝫ illoꝝ a partē australi extra ciuitatē dirigeret: ꝙ incidi p̄cepit aquaeductū illoꝝ. Erant tamē nō longe fontes a muris ex q̄bꝫ furtim videbāt hauire aquam: ad reuocillādū pociusq̄ ad potādū. Sed filij ammon ꝙ moab. accesserūt ad holofernem dicētes. filij isrl̄ nō i lancea nec in sagitta cōfidūt: sed mōtes defendūt illos: ꝙ muniūt illos colles in p̄cipicio cōstituti. Ut ergo sine ꝓgressione pugne possis supare eos pone custodes fontiū vt nō hauriant ex eis: et sine gladio interficies eos: vl̄ certē fatigati tradent ciuitatē suaꝫ quā putāt i mōtib⁹ positā supari ñ posse. Et placuerūt verba hec corā holoferne ꝙ coraꝫ satellitib⁹ ei⁹: ꝙ cōstituit p gijrū centenarios p singulos fontes. Cūq̄ ista custodia p dies viginti fuisset expleta. defecerūt cisterne ꝙ collectōnes aquarū omnib⁹ inhabitantib⁹ bethuliā: ita vt nō esset intra ciuitatē vnde saciarentur vl̄ vna die: qm̄ ad mēsurā dabat̄ pl̄is aqua q̄ttidie. Tūc ad oziā ꝓgregati oēs viri femineq̄ iuuenes et puuli. oēs simul vna voce dixerūt. Judicꝫ dē? inter nos ꝙ te: qm̄ fecisti in nos mala. nolens loq̄ pacifice cū assirijs: ꝙ ꝓpter hoc vendidit nos dē? in manib⁹ eoꝝ. Et ideo ñ est q̄ adiuuet: cū pternamur ante oculos eoꝝ i siti ꝙ i pdit̄e magna. Et nūc ꝓgregate vniuersos q̄ in ciuitate sūt: vt spōte tradam? nos oēs pl̄o holofernis. Melius ē em̄ vt captiui i bñdicam? dñm viuentes: q̄ moriamur ꝙ simus obprobriū oī carni: cū videam? vxores nr̄as et infantes nr̄os mori ante oculos nr̄os. Cōtestamur hodie celū ꝙ terraꝫ ꝙ deū p̄m nr̄oꝝ q̄ vlciscit̄ nos secūdū pct̄a nr̄a. vt iā t̄datis ciuitatē i manuꝫ milicie holofernis: vt sit finis nr̄ brevis i ore gladij: q̄ longior efficit̄ i aridita te sitis. Et cū hec dixissent: fact? ē flet? et vlulatus magn? i ecclesia oñib⁹: ꝙ p multas horas vna voce clamauerūt ad deū dicētes. Peccauim? cū p̄ib⁹ nr̄is: iniuste egim?: iniq̄tatē fecim?, Tu q̄ pius es miserere nr̄i ꝙ i tuo flagello vindica iniq̄tates nostras: ꝙ noli tradere ꝓfitētes te pl̄o q̄ ignorat te vt nō dicant inter gētes vbi ē dē? eorum. Et cuꝫ fatigati hijs clamoribus ꝙ hijs fletib⁹ lassati siluissēt: exurgēs ozias infusꝰ lacrimis dixit. Equo aīo estote fratres: ꝙ hos q̄nq̄ dies expectem? a dño misericordiā. Forsitan em̄ indignatōꝫ suā abscidet: et dat gloriā nomini suo. Si aūt trāsactis quinq̄ diebus ñ venerit adiutoriū: faciem? hec verba q̄ locuti estis.

Capi. VIII.

ET factum est cuꝫ audisset hec verba iudith vidua. que erat filia merari. filij ador. filij ioseph. filij ozie filij elai. filij iamnor. filij gedeon. filij raphoim. filij achitob. filij melchie. filij enā. filij nathame. filij salathiel. filij simeon. filij ruben: et vir eius fuit manasses q̄ mortuus est in diebus messis ordeacee: instabat em̄ sup alligantes manipulos in campo ꝙ venit estus sup caput eius: ꝙ mortu? ē i bethulia ciuitate sua ꝙ sepult? ē illic cū p̄ib⁹ suis. Erat autē Judith relicta eius vidua iam annis trib⁹ ꝙ mensib⁹ sex. Et i superioribus dom? sue fecit sibi secretū cubiculū in quo cum puellis suis clausa morabatur ꝙ habens super lumbos suos ciliciuꝫ. ieiunabat omnib⁹ diebus vite sue p̄ter sabbata et neomenias. ꝙ festa dom? isrl̄. Erat autē eleganti aspectu nimis: cui vir suus reliquerat diuicias multas ꝙ familiam copiosam: ac possessiones armentis bouꝫ et gregib⁹ ouium plenas. Et erat hec in omnib⁹ famosissima. qm̄ timebat dñm valde: nec erat qui loqueretur ō illa verbū malū. hec itaq; cū audisset qm̄ ozias ꝓmisisset q̄ transacto quīto die traderet ciuitatē: misit ad p̄sbiteros chambri et charmi. Et venerūt ad illā: ꝙ dixit illis. Quod ē hoc verbū in q̄ ꝓsēsit ozias. vt tradat ciuitatē assirijs: si intra quīq; dies nō venerit vobis adiutoriū: Et qui estis vos qui temptatis dñm: Nō ē iste bō q̄ misericordiā ꝓuocet: sed pocius q̄ irā excitet. et furorē accendat. Posuistis vos tps miseracōis dñi: ꝙ i arbitriuꝫ vīm diē ꝓstituistis ei. Sꝫ qr paciens dñs ē. i hocip̄o penitēam?: ꝙ ībulgēciā ei?

lacrimis postulem⁹. Non em̃ quasi bō de⁹ sic cōmiabit̃:neq; sicut filius hominis ad iracūdiaz inflāmabit̃. Et ideo humiliem⁹ illi aīas nr̃as ꝙ ī spiritu ꝓstituti humiliato:seruientes illi dicam⁹ flētes dño. vt secūdū volūtatē suaz sic faciat nobiscū cito misericordiā suā: vt sicut ꝓturbatū ē cor nr̃m ī supbia eoꝝ ita etiā ō nr̃a humilitate gloriemur:qm̃ nō sumus secuti peccata pr̃m nr̃oꝝ q̄ dereliq̄runt deū suū.et adorauerūt deos alienos:pro q̄ scelere dati sunt ī gladiū ꝙ ī rapinā.ꝙ ī ꝓfusionem inimicis suis.Nos aūt altꝝ deū nescim⁹ p̄ter ipm. expectem⁹ humiles ꝓsolatōnez eius.ꝙ exq̄ret sanguinē nr̃m de afflictōnib inimicorū nr̃oꝝ: ꝙ humiliabit omes gentes q̄cūq; insurgunt cōtra nos: ꝙ faciet illas sine honore dñs de⁹ nr̃. Et nunc fr̃es qm̃ vos qui estis p̄sbteri ni ꝓpo deī et ex vobis pendet aīa illoꝝ ad eloquiū vr̃m corda eoꝝ erigite: vt memores sint qr tēptati sūt pr̃es nostri.vt ꝓbarēt̃ si vere colerēt deū suū. Memores eē debēt quō pater noster abraham tēptat⁹ ē.ꝙ p multas tribulatōes ꝓbat⁹:dei amicus effectus est. Sic ysaac. sic iacob. sic moysses:ꝙ oēs qui placuerūt deo:p multas tribulatōnes trāsierūt fideles. Illi aūt qui tēptatōes ñ susceperūt cū timore dñi et ipacientiā suā ꝙ iperiuz murmuratōis sue ꝓtra dñm ꝓtulerūt: exterminati sūt ab exterminatore:ꝙ a serpētib pierūt. Et nos ergo nō vlciscamur nosp his q̄ patimur: sed reputantes pctis nr̃is hecipa supplicia minora esse flagella dñi q̄si serui q̄ corripimur ad emēdatōz ꝙ ñ ad pditōz nr̃az euenisse credam⁹. Et dixerunt illi ozias et p̄sbiteri. Omnia q̄ locuta es vera sūt:ꝙ nō ē ī sermonib tuis vlla reprehensio. Nūc ergo ora p nobis:qm̃ mulier sancta es. ꝙ times deū. Et dixit illis iudith. Sicut qd potui loq̄ dei eē cognoscitis: ita qd facere dispposui ꝓbatę si ex deo est: ꝙ oratę vt firmū faciat de⁹ ꝓsiliū meuz. Stabitis vos ad portā noctę ista:ꝙ ego exeā cū abra mea:ꝙ oratę vt sicut dixistis ī diebꝫ q̄nq; respiciat dñs pplm suū isrl. Vos aūt nolo scrutemini actū meū:et vsq; dū renūciē vobis.nil aliud fiat nisi oratio p me ad dñm deū nr̃m. Et dixit ad eū ozias p̄ceps iudę. Vadę in pace:ꝙ dñs sit tecū ī vlcōez inimicoꝝ nostroꝝ. Et reuertētes abierūt.

¶ Ca. IX.

Ju.

Cūq; ascendentib⁹. Judith ingressa est oratorium suū:et induens se cilicio posuit cinerem super caput suum:ꝙ pternens se domino clamabat ad dominū dicens. Domine deus patris mei simeon.qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum qui violatores extiterūt in coinquinatōne sua: et denudauerunt femur virginis in confusionem:ꝙ dedisti mulieres illorum in predam.et filias illorum in captiuitatem. ꝙ omnem predaz in diuisionem seruis tuis qui zelauerunt zelum tuū: subueni queso te domine deus meus mihi vidue. Tu enim fecisti priora: ꝙ illa post illa cogitasti:et hoc factum est quod ipe voluisti. Omes em̃ vie tue parate sunt: et tua iudicia in tua prouidentia posuisti. Respice castra assiriorum nunc. sicut tunc castra egiptōꝝ videre dignatus es:qñ post seruos tuos armati currebāt. ꝓfidentes in q̄drigis ꝙ in equitatu suo ꝙ in multitudīe bellatoꝝ. Sed asperisti super castra eoꝝ:ꝙ tenebre fatigauerūt eos. Tenuit pedes eoꝝ abissus et aque operuerūt eos. Sic fiant et isti domine.qui ꝓfidūt in multitudine sua.ꝙ in curribꝫ suis:ꝙ in cōtis.ꝙ ī sagittis suis.ꝙ in lanceis gloriāt̃ et nesciunt quia tuipse es deus noster q̄ p̄teris bella ab inicio.ꝙ domin⁹ nomē est tibi. Erige brachiū tuū sicut ab inicio: ꝙ allide virtutez eoꝝ in virtute tua. Cadat virtus eoꝝ in iracūdia tua.qui ꝓmittunt se violare sancta tua: ꝙ polluere tabernaculum nominis tui:ꝙ deicere gladio suo cornu altaris tui. Fac dñe:vt gladio ꝓpio eius supbia amputet̃. Capiat̃ laqo oculoꝝ suoꝝ ī me: ꝙ pcucies eū ex labijs caritatis mee. Da mihi ī animo ꝓstanciā vt ꝓtēnaz illū: et virtutē:vt euertaz illū. Erit ei hoc memoriale nōis tui: cū man⁹ femie deiecerit eum. Nō ei ī multitudine est virtus tua do mīe:neq; ī equoꝝ viribꝫ volūtas tua. Nec supbi ab inicō placuerūt tibi: sed humiliū ꝙ māsuetoꝝ semp tibi placuit dēpcatō. Deus celoꝝ.creator aquaꝝ. ꝙ dñs tocius creature.exaudi me miseraz dēpcantem: ꝙ de tua misericordia p̄sumentē. Memento dñe testamēti tui.ꝙ da verbum in ore meo ꝙ in corde meo ꝓsiliū corrobora: vt domus tua in sanctificatōne permaneat: et omnes gētes agnoscāt q̄a tu es deus ꝙ ñ ē ali⁹ p̄t̄ te.

Judith

Capitulum .X.

FActū est aūt cū cessasset clamare ad dñm: surrexit de loco in quo iacuerat pstrata ad dñm. Elocauitq; abrā suā: ⁊ descēdēs ī domū suā. abstulit a se ciliciū: ⁊ exuit se vestimentis viduitatis sue. Et lauit corpus suū. et unxit se mirro optimo ⁊ discriminauit crīmē capitis sui. ⁊ imposuit mitrā sup caput suū: et induit se vestimentis iocunditatis sue. Et induit sandalia pedib⁹ suis: assumpsitq; dextralio la. ⁊ lilia. ⁊ īaures ⁊ anulos: ⁊ oībus ornamētis suis ornauit se. Cui etiā dñs ptulit splendorē: qm̄ oīs ista cōpositō nō ex libidine: sed ex virtute pēdebat. Et ideo dominꝰ hāc ī illā pulcritudinē ampliauit: vt incompabili decore oīm oculis appareret. Imposuit itaq; abre sue ascopam vini. et vas olei et polentam et lapates. ⁊ panes ⁊ caseū: ⁊ profecta est. Cunq; venisset ad portas ciuitatis: inuenerūt expectantē oziā. et pbiteros ciuitatis. Qui cū vidissent eam stupentes mirati sunt nimis pulcritudinē eius. Nihil tam̄ interrogantes eā: dimiserunt trāsire dicentes. Deus pīm nostrorū det tibi graciā: ⁊ oīe consilium tui cordis sua virtute corroboret: et glorietur sup te hierusalē ⁊ sit nom̄ tuū ī numero sāctorū et iustoꝝ. Et dixerūt hij q̄ illic erāt: oīes vna voce fiat. fiat. Judith vo orās dominū: trāsiuit p portas ipa ⁊ abra eiꝰ. Factū est aūt cū descēderet mōtē circa ortū diei: occurrerūt ei exploratores assirioꝝ: ⁊ tenuerūt eā dicentes. Ubī venis aut quo vadis? Que rndit. Filia sum hebreoꝝ. Ideo ego fugi a facie eoꝝ: qm̄ futurū agnoui q̄ dēt vobis in depredatiōz. p eoq; cōtēnētes vos noluerunt vltro tradere seipos: vt inuenirent misericordiā ī conspectu vr̄o. Hac ō causa cogitaui mecū dicēs. Uadā ad faciem prīcipis holofernis vt indicē illi secreta illoꝝ: ⁊ ostendā illi q̄ aditu possit obtinere eos: ita vt nō cadat vir vn⁹ de exercitu eius. Et cū audissent viri illi verba eiꝰ pspiciebāt faciē eiꝰ: ⁊ erat ī oculꝭ eoꝝ stupor: qm̄ pulcritudinē eiꝰ mirabāt nimis. Et dixerūt ad eā. Conseruasti aiaz tuā: eoq; tale repisti psiliū vt descenderes ad dñm nr̄m. Hoc aūt scias: qm̄ cū steteris in pspectu eiꝰ bene tibi faciet: ⁊ eris gratissima ī corde eiꝰ. Duxeruntq; illā ad tabernaculū holofernis: nūciātes eā. Cūq; intrasset ātē faciem eius: statī captus ē ī suis oculꝭ holofernes. Dixerūtq; ad eū satellites eius. Quis pcemnat pplm̄ hebreoꝝ q̄ tālecoras mulieres hñt: vt nō p hijs merito pugnare cōtra eos debeam⁹? Uidens itaq; Judith holofernē sedētē ī canopeo qđ erat ex purpura ⁊ auro. ⁊ smaragdo ⁊ lapidib⁹ pretiosis intextū: ⁊ cū ī faciē eiꝰ intēdisset. adorauit eū psternēs se sup terrā: ⁊ eleuauerūt eā serui holofernis iubētē dño suo.

Ca. XI.

TUnc holofernes dixit ei. Equo animo esto ⁊ noli pauere ī corde tuo: quoniam ego nūq̄ nocui virum q̄ voluit seruire nabuchodonosor regi. Populus autem tuus si non contemsisset me non alleuassem lanceam meam super eū. Nunc autem dic mihi qua ex causa recessisti ab illis: et placuit tibi vt venires ad nos. Et dixit illi iudith. Sume verba ancille tue: qm̄ si secutus fueris verba ancille tue: perfectam rem faciet dominus tecū. Uiuit em̄ nabuchodonosor rex terre. ⁊ viuit virtus eius que est in te ad correptōnem omnium animarum errantium: quoniam nonsolū homines seruient illi p te: sed ⁊ bestie agri obtemperant illi. Nuncia tur em̄ animi tui industria. vniuersis gentib⁹: ⁊ indicatū ē oīi seculo qm̄ tu solꝰ bonꝰ ⁊ potēs es ī oīi regno eiꝰ: et disciplina tua oīb⁹ puincijs pdicat̄. Nec hoc latet qđ locutꝰ ē achior: nec illud ignorat̄ qđ ei iusseris euenire. Cōstat em̄ deū nr̄m sic pctis offensum: vt mādauerit p ppbetas suos ad pl̄m: q̄ dēat eū p pctis suis. Et qm̄ sciunt se offendisse deū suū filij isrl̄: tremor tuꝰ super ipos ē. Insup etiā fames inuasit eos: ⁊ ab aridite aque. iam inter mortuos cō putant̄. Deniq; hoc ordinant. vt interficiant pecora sua ⁊ bibāt sanguinem eoruz: ⁊ sancta domini sui q̄ pcepit deus non contingi. in frumēto. vino ⁊ oleo. Nec cogitauerūt impendere: et volunt consumere. q̄ nec manibus deberent ptingere. Ergo qm̄ hec faciūt: certū est quod in perditōez dabūt̄. Qđ ego ancilla tua pgnoscēs fugi ab illis: ⁊ misit me dñs hecipa nunciare tibi. Ego ei ācilla tua deū colo etiā nūc apd te ⁊ exiet ācilla tua. ⁊ orabo deū: et dicz mihi qn̄ eis reddat pctm suū. ⁊ veniēs nūciabo

tibi :ita vt ego adducā te ꝑ mediaz hieru-
salem. Et habebis oñez ꝓpl'm isrł sicut o-
ues quibꝫ nō est pastor. ⁊ non latrabit vel
vn⁹ cōtra te: qm̄ hec mihi dicta sunt ꝑ pui
tēciaz dei. Et qm̄ iratus est illis deus: hec-
ipsa missa sum nūciare tibi. Placuerūt aī
oñia verba hec coram holoferne ⁊ coram
pueris ei⁹. ⁊ mirabanť ad sapientiā eius :
⁊ dicebant alter ad alterū. Nō ē talis mu-
lier sup terrā ī aspectu. ī pulcritudie ⁊ ī sē
su verboꝝ. Et dixit ad illā holofernes. Bñ
fecit deus q̄ misit te añ ꝓpl'm: vt des illū tu
in mānibꝫ nr̄is. Et qm̄ bona ē ꝑmissio tua:
si fecerit mihi hoc. deus tuus erit et meus
deus. et tu in domo nabuchodonosoꝛ ma-
gna eris et nomen tuū nominabiť in vni-
uersa terra. ¶ Capitulū .XII.

TUnc iussit eā introire vbi reposi-
tī erāt thesauri eius. ⁊ iussit illic ma
nere eā ⁊ ꝓstituit quid dareť illi ꝺ
ꝓuisio suo. Cui rñdit iudith ⁊ dixit. Nūc
nō poteꝛo māducare ex hijs q̄ mihi p̄cipis
tribui: ne veniat sup me offensio . Ex hijs
aūt que mecū detuli manducabo. Cui ho-
lofernes ait. Si defecerint tibi ista q̄ tecū
detulisti: q̄ꝺ faciem⁹ tibi: Et dixit iudith.
Viuit anima tua dñe me⁹. qm̄ nō expēdet
omnia hec. ancilla tua: donec faciat de⁹ in
manu mea hec que cogitaui. Et indurer̄t
illam serui eius in taberꝛnaculum. quo p̄ce
perat: ⁊ precijt dū introiret vt dareť ei co-
pia noctē. ⁊ ante lucem egredi foras ad o-
ratōnem: et dep̄candi dominum. Et p̄cepit
cubicularijs suis vt sicut placeret illi exi-
ret ⁊ introiret ad adorandū deū suū ꝑ tri-
duū. Et exibat noctibꝫ in vallē bethulie: ⁊
baptizabat se in fontē aque. Et vt ascende
bat. orabat dñm deū isrł vt dirigeret viaz
eius ad liberatōez populi sui. Et introiēs
munda manebat in tabernaculo vsqꝫdum
accipet escam suā in vesperū. Et factuz ē.
quarta die. holofernes fecit cenā seruis su
is: ⁊ dixit ad vagao eunuchū. Vade ⁊ sua-
de hebreā illā vt sponte ꝓsentiat habitare
mecū. Feduz est em̄ apud assirios si femīa
irrideat virū agendo vt immunis ab eo ēn
seat. Tunc introiuit vagao ad iudith ⁊ di-
xit. Non vereať bona puella itroire ad do
minū meū vt honorificeť ante faciē ei⁹: vt
manducet cū eo et bibat vinū in iocundi-
tate. Cui iudith respōdit. Que ego sū vt ꝑ
tradicā domino meo: Oñe quod erit ante
oculos eius bonū ⁊ optimū faciā. Quicqꝺ
aī illi placuerit hoc mihi erit optimū om
nibꝫ diebꝫ vite mee. Et surrexit et ornauit
se vestimento suo: ⁊ ingressa stetit ante fa-
ciem ei⁹. Cor aūt holofernis ꝓcussum est:
erat em̄ ardens in concupiscentia eius. Et
dixit ad eā holofernes. Bibe nūc ⁊ accūbe
in iocunditate: qm̄ inueniśti gratiam co-
ram me. Et dixit iudith. Bibam domine:
quoniam magnificata est anima mea ho-
die p̄ omnibꝫ diebꝫ meis. Et accepit ⁊ mā-
ducauit et bibit corā ipso ea que parauer-
rat illi ancilla eius. Et iocundus factus ē
holofernes ad eā: bibitqꝫ vinū multuz ni-
mis quantū nunq̄ biberat in vita sua.

¶ Capitulum .XIII.

VT autem sero factuz est festinaue
rūt serui illius ad hospicia sua: et
concluśit vagao ostia cubiculi et
abijt. Erant aūt oēs fatigati a vino. Erat-
qꝫ iudith sola in cubiculo. Porro holofer-
nes iacebat ī lecto nimia ebrietate sopit⁹.
Dixitqꝫ iudith puelle sue: vt staret foris
añ cubiculū ⁊ obseruaret. Stetitqꝫ iudith
ante lectū. orās cū lacrimis ⁊ labioꝝ mo-
tu in silentio dicens. Cōfirma me dñe de⁹
isrł. et respice ī hac hora ad opa manuum
mearū: vt sicut ꝓmisisti hierusalē ciuitatē
tuā erigas: ⁊ hoc qꝺ credēs ꝑ te posse fieri
cogitaui ꝑficiā. Et cū hec dixisset: accessit
ad colūnā q̄ erat ad caput lectuli ei⁹: ⁊ pu
gionē ei⁹ q̄ ī ea ligat⁹ pēdebat exoluit. Cū-
qꝫ euaginasset illū. apprehēdit comā capitis
eius ⁊ ait. Cōfirma me dñe de⁹ ī hac hora.
Et pcussit bis in ceruicē eius. ⁊ abscidit ca
put ei⁹: et abstulit canopeū ei⁹ a colūnis.
et euoluit corpus eius truncū. Et pt⁹ pu-
sillū exiuit ⁊ tradidit caput holofernis ā-
cille sue: ⁊ iussit vt mitteret illud ī pera su
am. Et exierūt due scōm ꝓsuetudiez suā q̄si
ad oꝛonē. ⁊ trāsierūt castra: ⁊ girātes valles
venerūt ad portā ciuitatis. Et dixit iudith
alōge custodibꝫ muroꝝ. Aprite portas qm̄
nobcū ē de⁹: q̄ fecē vtutē ī isrł. Et fctm ē cū
audissēt viri vocē ei⁹. vocauerūt pbiteros
ciuitatis. Et occurrerūt ad eā oēs. a mini-
mo vsqꝫ ad maximū: qm̄ spauerāt eā iā ñ eē
vēturā. Et accēdētes lumīaria ꝓgirauerūt

circa eaz vniuersi. Illa autē ascendens in eminentōrē locuz: iussit fieri silētiū. Cūqz omēs tacuissent: dixit iudith. Laudate dominū deum nostrum qui nō deseruit sperantes in se: ⁊ in me ancillā suā adimpleuit misericordiam suaz quā pmisit domui isrl': ⁊ interfecit in manu mea hostē populi sui in hac nocte. Et pferens de pera caput holofernis: ostendit illis dicens. Ecce caput holofernis principis milicie assirioꝝ rum. Et ecce canopeū illi⁹ ī q̄ recūbebat ī ebrietate sua: vbi et p manū femīe pcussit illū dñs de⁹ noster. Eliuit aūt ipse dñs qm̄ custodiuit me angelus eius et hinc eūtem ⁊ ibi cōmorantē ⁊ inde huc reuertentē: ⁊ ñ pmisit me domin⁹ ācillaz suā coinq̄nari: sed sine pullutōne pcti reuocauit me vob gaudentē ī victoria sua ī euasione mea: in liberatōne vīa. Confitemini illi oēs q̄niaz bon⁹: qm̄ ī seculū misericordia ei⁹. Cuni uersi autē adorātes dñm dixerūt ad eam. Benedixit te dñs in virtute sua: q̄ p te ad nihiluz redegit inimicos nr̄os. Porro ozias princeps pp̄li isrl' dixit ad eam. Benedicta es tu filia a dño deo excelso. p̄ omnib⁹ mulieribus super terram. Benedict⁹ dñs q̄ creauit celū ⁊ terrā. q̄ te direxit ī vulnera capitis principis inimicoꝝ nr̄oꝝ: qz hodie nom̄ tuū ita magnificauit. vt nō recedat laus tua ō ore hoīm. q̄ memores fuerint virtutis dñi ineternū: p q̄bz nō pepcisti aīe tue pter angustias ⁊ tribulatōz generis tui: sed subueniſti ruine ante ꝓspectū dei nr̄i. Et dixit omis pp̄lus fiat. fiat. Porro achiꝛ vocat⁹ venit. Et dixit ei. Deus isrl' cui tu testimoniū dedisti qō vlciscaī se de inimicis suis: ipe caput omnium īcredulorꝝ īcidit ī hac nocte ī manu mea. Et vt pbes qz ita ē: ecce caput holofernis q̄ ī cōtēptu supbie sue deū israel contēpsit. ⁊ tibi interi tuz minabaī dicens: cū captus fuerit populus israel gladio perforari p̄cipiaz latera tua. Elidens autē achiꝛ caput holofernis angustiatus p̄ pauore cecidit in faciez suā sup terrā: ⁊ estuauit aīa eius. Postea vero q̄ resumpto spiritu recreatus est: pcidit ad pedes ei⁹. ⁊ adorauit eā et dixit. Benedicta tu a deo tuo in omni tabernaculo iacob: qm̄ ī omi gēte q̄ audierit nom̄ tuū: magnificabit̄ sup te deus israel.

¶ Capitulum. .XIIII.

Iudith C.D.

Dixit aūt iudith ad omnem populum. Audite me fratres. Suspendite caput hoc super muros nostros: ⁊ erit cum exierit sol. accipiat vnus quisq̄ arma sua ⁊ exite cū impetu: non vt descendatis deorsū sed quasi impetū faciētes. Tūc exploratores necesse erit vt fugiant ad p̄cipē suuz excitandū ad pugnā. Cūqz duces eorum concurrerint ad tabernaculū holofernis. ⁊ inuenerint eū truncū in suo sanguine volutatū: decidet sup eos timor. Cunqz cognoueritis fugere eos ite post illos securi: quoniam dominus cōteret eos sub pedibus vestris. Tūc achior videns virtutem quaz fecit deus israel relicto gentilitatis ritu credidit deo: ⁊ circūcidit carnem prepucij sui: ⁊ appositus est ad populū israel: ⁊ omis successio generis ei⁹. vsqz ī hodiernū diem. Mox aūt vt ortus est dies. suspenderunt sup muros caput holofernis: accepitqz vnusquisq̄ vir arma sua: ⁊ egressi sūt cū grandi strepitu ⁊ vlulatu. Quod videntes exploratores ad tabernaculū cucurrerunt. Porro hij ī tabernaculo erāt venientes ⁊ ante ingressū cubiculi pstrepētes. excitādi grā inq̄etudinem arte moliebanī: vt nō ab excitātibz sed a sonātibz holofernes euigilaret. Nullus em̄ audebat cubiculū virtutis assirioꝝ pulsando aut ītrādo aperire. Ozz cū venissent ei⁹ duces ac tribuni ⁊ vniuersi maiores exercit⁹ assirioꝝ: dixerūt cubicularijs. Intrate ⁊ excitate illū: qm̄ egressi mures de cauernis suis ausi sūt puocare nos ad pliū. Tūc īgressus vagao cubiculū ei⁹ stetit añ cortinā: ⁊ plausū fecit maībz suis: suspicabaī ei illū cū iudith dormire. Sed cū nullū motū iacētis sensu auriū capet. accessit primās ad cortinā: ⁊ eleuās eā vidit cadauer absq̄ capite holofernis in suo sanguine tabefactū iacere sup terraz. exclamauit voce magna cū fletu. ⁊ scidit vestimēta sua. Et ingressus tabernaculū iudith ñ īueīt eā. Et exiliuit foras ad pp̄lm: et dixit. Vna mulier hebrea fecit cōfusionē ī domo regis nabuchodonosor. Ecce ei holofernes iacz ī tra. ⁊ caput ei⁹ñ ē ī illo. Q̄ō dū audissēt p̄nci pes virtutis assirioꝝ: scidēr oēs vestimenta sua: ⁊ intollerabilis timor ⁊ tremor cecidit sup eos: ⁊ turbati sūt animi eoꝝ valde. Et fact⁹ē clamor īcōparabilis in medio

castroꝝ eoꝝ. ¶ Capitulum .XV.

Qunq; oīis exercitus decollatum holofernem audisset.fugit mens ⁊ cōsiliū ab eis:⁊ solo tremore ⁊ metu agitati fuge p̄sidiū sumūt: ita vt null⁹ loq̄ret cū p̄rimo suo . sed inclinato capite relictis oīibꝫ euadere festinabant hebreos.quos armatos sup se venire audierāt: fugientes p uias cāpoꝝ ⁊ semitas colliuz. Videntes itaq; filij isr̄l fugientes secuti sūt illos.descenderūtq; clāgentes tubis ⁊ vlulantes post ipsos . Et q̄m assirij nō aduertati ī fugā ibāt p̄cipites: filij aūt isr̄l vno agmine persequentes. debilitabant oīes quos inuenire potuissent. Misitq; ozias nūcios p oīes ciuitates et regiones isr̄l. Qui itaq; regio.oīisq; vrbs electaz iuuentutē armataz misit post eos:et p̄secuti sunt eos ī ore gladij quousq; p̄uenirent ad extremitatem finiū suoꝝ.Reliq; autē q̄ erāt in bethulia.ingressi sunt castra assirioꝝ:⁊ p̄dā quā fugientes assirij reliquerāt abstulerūt: ⁊ onustati sunt valde .Qui vero q̄ victores reuersi sunt ad bethuliaz.oīa que erāt illoꝝ abstulerūt secū:ita vt non esset numerus ī pecoribꝫ ī iumētis ⁊ vniuersis mobilibꝫ eoꝝ: vt a minimo vsq; ad magnū oēs diuites fierent ꝺ p̄datōnibꝫ eoꝝ. Joachim autez summus pontifex de hierusalē venit in bethuliam cū vniuersis p̄sbiteris suis: vt videret iudith.Que cū exisset ad illū.bñ dixerūt illaz oēs vna voce dicētes. Tu gloria hierusalē.tu letitia isr̄l.tu honorificētia p̄pli nr̄i. que fecisti viriliter et confortatū est cor tuum eoq; castitatem amaueris.⁊ post virū tuū alterū nescieris:ideo ⁊ manus dñi ꝓfortauit te. ⁊ ideo eris bñdicta ēternū. Et dixit oīis p̄plus fiat.fiat. Per dies aūt triginta vix collecta sūt spolia assirioꝝ a p̄plo isr̄l.Porro aūt vniuersa q̄ holofernis peculiaria fuisse p̄bata sunt. dederūt iudith ī auro ⁊ argento et vestib⁹ et gemmis ⁊ oīi supellectili:⁊ ꝺdita sunt oīia illi a p̄plo.Et oīes p̄li gaudebāt cū mulieribꝫ ⁊ virginibꝫ ⁊ iuuenibꝫ ī organis ⁊ citharis. ¶ Capitulum .XVI.

Qunc cantauit cāticū hoc dño Judith dicens. Incipite dño in tijmpanis.cātate dño ī cijmbalis:modulamini illi psalmū nouū exultate ⁊ īuocate nomē ei⁹. Dñs p̄terens bella .dñs nomē est illi:q̄ posuit castra sua in medio populi sui:vt eripet nos de manu oīm inimicoꝝ nr̄oꝝ. Venit assur ex montibꝫ ab aq̄lone in multitudine fortitudinis sue:cui⁹ multitudo obturauit torrentes ⁊ equi eoꝝ cooperuerūt valles.Dixit se incensurū fines meos. ⁊ iuuenes meos occisurum gladio:infantes meos dare in p̄dam:⁊ virgines in captiuitatē.Dñs aūt oīipotēs nocuit eū.⁊ tradidit eū in manus femine: et p̄fudit eū. Non em̄ cecidit potens eoruz a iuuenibꝫ.nec filij tītan p̄cusserunt eū nec excelsi gigantes imposuerūt se illi: sed iudith filia merari ī specie faciei sue dissoluit eū. Exuit ei se vestimento viduitatis: ⁊ induit se vestimentis leticie in exultatōe filioꝝ isr̄l.Unxit faciem suam vngēto:colligauit cincinnos suos mitra ad decipiendū illū. Sandalia eius rapuerunt oculos eius:pulcritudo eius captiuā fecit aīam eius:amputauit gladius ceruicē ei⁹.Non ruerūt p̄se constanciam ei⁹:⁊ medi audaciam eius. Tunc vlulauerūt castra assirioꝝ q̄n apparuerūt humiles mei:arescentes i siti. Filij puellaꝝ cōpūxerūt eos.⁊ sicut pueros fugientes occiderūt eos :pierunt ī p̄lio a facie dñi dei mei. Jmnū cātem⁹ dño:ymnū nouū cantem⁹ deo nostro.Adonai dñe magn⁹ es tu et p̄clar⁹ in virtute:⁊ quē supare nemo potest.Tibi seruiat oīis creatura tua.q; dixisti et facta sūt.misisti spiritū tuū ⁊ creata sunt:⁊ nō est qui resistat voci tue. Mōtes a fundamentis mouebuntur cum aquis:petre sicut cera liquescent ante faciem tuā.Qui aūt timēt te :magni erunt apud te p omnia.Ve genti insurgēti sup genus meum. Dominus em̄ oīipotēs vindicabit ī eis:in die iudicij visitabit illos. Dabit em̄ ignez ⁊ vermes in carnes eoꝝum: vt vrantur et senciant vsq; in sempiternum. Et factum est post hec. omnis populus post victoriam venit in hierusalem adorare dominuz: ⁊ mox vt purificati sunt obtulerunt oīes olocausta ⁊ vota ⁊ repromissiones suas.Porro iudith vniuersa vasa bellica holofernis q̄ dedit illi populus. ⁊ canopeū quod ipsa sustulerat posuit ī anathema obliuionis.Erat aūt popul⁹ iocūd⁹ scōm faciē sāctoꝝ:⁊ p tres mēses gaudiū hui⁹ victorie celebratū ē cū iudith.

Post dies autem illos vnusquisq; rediit ī
sua.et Judith magnificata est ī bethulia:
7 pclarioꝛ erat vniuerse terre isrl'.Erat eti
am virtuti castitatis adiuncta: ita vt nō
cognosceret virum omnib; diebꝫ vite sue.
exquo defūctus est manasses vir ei⁹. Erat
autē diebꝫ festis procedens cū magna glo=
ria. Mansit autē in domo viri sui ānos cē=
tūquinq; 7 dimisit abram suā liberā:et de=
functa ē hac sepulta cū viro suo in bethu
lia:luxitq; illam omīs ꝑplus diebꝫ septē.
In omī autem spacio vite ei⁹ nō fuit q̄ p=
turbaret isrl'.7 post mortē eius annis mul
tis. Dies autē victorie huius festiuitatis.
ab hebreis in numero sanctoꝝ dierum ac=
cipitur: 7 colitur a iudeis ex illo tempoꝛe
usq; in ꝑsentem diem.

Explicit liber Judith scōm hieronimum.
Incipit prologus in librum hester.

Librū hester varijs translatoribꝫ ꝓstat eē viciatū:quē
ego de archiuis hebreoꝝ reuelās verbū e verbo ex=
pōsi⁹ trāstuli. Quē libꝝ edi
cō vulgata laciniosis hīc=
inde verboꝝ sinib; ēbit. addens ea q̄ ex tpe
dici potērāt. 7 audiri:sicut solitū ē scola=
rib; disciplinis sūpto thematē excogitare.
q̄b; verbis vti potuit q̄ iniuriā pass⁹ē. vl' il=
le q̄ iniuriā fecit. Clos aī o paula 7 eusto=
chiū qm̄ et bibliotecas hebreoꝝ studuistis
inīre. 7 itērptū certamīa ꝓbastis. tenē
tes hester hebraicū libꝝ p singl'a verba no
strā ēnslatōꝝ aspicite:vt possitis agnosere
me nihil etiaꝝ augmētasse addēdo:sꝫ fideli
testimonio simpliciter sicut ī hebreo hēt.
historiā hebraicā latīe līgue ēdidisse. Nec
affectam⁹ laudes hoīm nec vitupacōes ex=
pauescim⁹:deo eī placere curantes minas
hoīm penit⁹ñ timem⁹:qm̄ de⁹ dissīpat os=
sa eoꝝ q̄ hoīb; placere desiderāt:7 ꝑm apo
stolū q̄ eiusmodi sūt serui xp̄i eē ñ possūt.
Kursū ī libro hester alphabetuꝫ ex minio
usq; ad thetaꝫ līaꝫ fecimus diuersis in lo=
cis:volētes scꝫ septuagīta intērptuꝫ ordi=
nē p hec insinuare studioso lectori. Nos eī
iuxta morem hebraicum ordinē prosequi
etiam in septuaginta edicōne maluimus:

Explicit prologus. Incipit liber hester.

In diebꝫ assueri qui regna=
uit ab india usq; ethiopiā
super centumuigintiseptē
prouīcias:quando sedit in
solio regni sui.susa ciuitas
regni eius exordium fuit.
Tercio igitur anno imperij sui fecerat grā
de conuiuium cunctis principibus.et pue
ris suis fortissimis persarum et medoꝝ
inclitis et prefectis prouinciarum coram
se: vt ostenderet diuicias glorie regni sui
ac magnitudinem. atq; iactanciam poten
cie sue multo tempoꝛe:centum videlicet et
octoginta diebus. Cunq; implerētur dies
conuiuij: inuitauit omneꝫ populū qui in=
uentus est in susis a maximo usq; ad mi=
nimum:et iussit septem diebꝫ conuiuiū p=
parari ī vestibulo ortī 7 nemoris quod re=
gio cultu et manu consitum erat. Et pen=
debant ex omni parte tentoꝛia aerei colo=
ris et carbasini ac iacinctini.sustētata fu=
nib; bissinis atq; purpureis:qui eburneis
circulis inserti erant 7 columnis marmo=
reis fulciebantur. Lectuli quoq; aurei et
argētei.super pauimentuꝫ smaragdino et
pario stratum lapide depositi erant: quod
mira varietate pictura decorabat. Bibe=
bant autem qui ītitati erant.aueris pocu
lis:7 alijs atq; alijs vasis cibi inferebanť.
Clinum quoq; et magnificentia regia di=
gnum erat habundans et precipuum po=
nebatur:nec erat qui nolentes cogeret ad
bibēdū:sed sic rex statuerat preponēs mē=
sis singulos de principib⁹ suis: vt sumeret
vnusquisq; quod vellet. Clasti quoq; regi=
na fecit conuiuium feminarum in palacō
vbi rex assuerus manere consueuerat. Ita
q; die septimo cum rex esset hilarioꝝ 7 pt⁹
nimiam pocōnem incaluisset mero:prece=
pit naumā et bazatha et arbona et gaba=
tha 7 abgatha et zarath et carchas septē
eunuchis qui in conspectu eius ministra=
bant. vt introducerent vasti reginam co=
ram rege: posito super caput eius dijade=
mate:vt ostenderet cunctis populis et pri
cipib; ei⁹ pulcritudinē. Erat eī pulcra val=
de. Que rēnuit et ad regis īperiū qđ p eu=
nuchos mādauerat venire ꝓtēsit. Clñ ira=
t⁹ rex 7 nimio furoꝛe succēsus. īterꝛogauit

sapientes qui ex more regio semp ei adhe-
rebant et illoꝝ faciebat cũcta ꝓsilio. scien
ciũ leges ac iura maioꝝ: erãt aũt primi et
primi charsena et zethar et admatha et
tharsis ⁊ mares ⁊ marsana ⁊ mamucha se-
ptem duces pſarũ atq; medoꝝ. q̃ videbant
faciem regis ⁊ primi post euz residere soli-
ti erãt: cui sentẽcie vasthi regina subiace-
ret que assueri regis impiũ quod p eunu-
chos mãdauerat: facere noluisset. Respon
ditq; mamucha audiente rege atq; princi-
pib⁹. Nõsolũ regẽ lesit regina vasthi. sz oẽs
pl̃os ⁊ principes q̃ sunt in cũctis puincijs
regis assueri. Egredieť em̃ sermo regie ad
oẽs mulieres vt ꝓtẽnãt viros suos ⁊ di-
cãt. Rex assuer⁹ iussit vt regia vasthi int̃-
ret ad euz. ⁊ illa noluit: atq; hoc exemplo
oẽs principũ ꝓiuges pſarum atq; medo-
rum paruipẽdent imperia maritoꝝ. Eñ re
gis iusta est indignatõ. Si tibi placet egre
diať edictũ a facie tua. ⁊ scribať iuxta le-
gem pſarũ atq; medoꝝ quã pteriri illicitũ
ẽ: vt neq̃q̃ vltra vasthi ingrediať ad regẽ
sed regnũ illius altera q̃ melior est illa ac-
cipiat. Et hoc in oẽ qđ latissimũ est puĩ-
ciarũ tuaꝝ diuulgeť impiũ: ⁊ cunctę vxo
res taz maioꝝ q̃ minoꝝ deferant maritis
suis honorẽ. Placuit ꝓsiliũ ei⁹ regi ⁊ prin-
cipib⁹: fecitq; iuxta ꝓsiliũ mamucha ⁊ mi-
sit epl̃as ad vniuersas puincias regni sui:
vt queq; gens audire et legere poterat di-
uersis linguis ⁊ lr̃is. esse viros pr̃cipes ac
maiores in domib⁹ suis. ⁊ hoc p cũctos po
pulos diuulgari.

¶ Capituluz. II.

His itaq; gestis postq̃ regis assueri
ĩdignatõ deferbuerat. recordata ẽ
vasthi que feciſz vl̃ que passa eẽt.
dixertq; pueri regis ac ministri eius. Que-
raňť regi puelle virgies ac specioſe. ⁊ mit-
taňť qui cõsiderent p vniuersas puincias
puellas speciosas ⁊ virgies: ⁊ adducãt eas
ad ciuitatẽ susan. ⁊ tradãt in domũ femĩa
rũ sub manu egei eunuchi q̃ est prepositꝰ ⁊
custos mulierũ regiarũ: ⁊ accipiãt mũduz
muliebrẽ ⁊ cetera ad vsus necessaria. Et q̃-
cũq; inter oẽs oculis regis placuerit: ipsa
regnet p vasthi. Placuit sermo regi: ⁊ ita
vt suggesserãt iussit fieri. Erat vir iudeꝰ in
susis ciuitate vocabulo mardocheus filꝰ
iair filij semei. filij cis. ō stirpe iemini. qui
translatus fuerat de hierusalem. eo tẽpore
quo iechoniam regem iuda nabuchodono
sor rex babilonis transtulerat: qui fuit nu
tricꝰ filie fr̃is sui edisse q̃ altero noĩe voca
bať hester. ⁊ vtrũq; parentẽ amiserat. pul-
cra nimis ⁊ decora facie. Mortuisq; pr̃e ei⁹
ac matre mardocheus sibi eã adoptauit in
filiã. Cũq; prebuisſz regis impiũ. ⁊ iuxta
mandatũ illius multe pulcre virgines ad-
ducerẽtur susan ⁊ egeo traderẽť eunucho:
hester q̃z inter ceteras puellas ei tradita ẽ.
vt seruaretur in numero feminaruz. Que
placuit ei ⁊ inuenit grãm in ꝓspectu illi⁹.
Et p̃cepit eunucho vt acceleraret mundũ
muliebrem ⁊ traderet ei ptes suas. ⁊ septz
puellas speciosissimas de domo regis: ⁊ tã
ipsam q̃ pedissequas eius ornaret atq; ex-
coleret. Que noluit ei ĩdicare ei pl̃m ⁊ pa
triã suã. Mardocheus em̃ p̃ceperat ei vt de
hac re oĩno reticeret. q̃ deãbulabat quot-
tidie ante vestibulũ dom⁹ in qua electe vir
gines seruabanť: curam agens salutis he-
ster. ⁊ scire volens quid ei accideret. Cũ aũ
veniſſet tẽpus singularum p ordinem pu-
ellaruz vt intrarent ad regẽ. expletis oĩb⁹
que ad cultum muliebrez pertinebant mẽ
sis duodecim⁹ vertebať. ita dumtaxat vt
sex menses oleo vngerenť mirtino. ⁊ alijs
sex quibusdam pigmẽtis ⁊ aromatib⁹ vte-
rentur. Ingredientesq; ad regez. quicquid
postulasſent ad ornatũ ptinẽs accipiebãt
⁊ vt eis placuerat cõpositę de triclinio fe-
mina ꝝ ad regis cubiculũ transiebãt. Et q̃
intrauerat vespe egrediebatur mane: atq;
inde in secundas edes deducebantur que
sub manu saſagazi eunuchi erant. qui con
cubinis regis p̃sidebat: nec habebat pote-
statem ad regem vltra redeundi nisi volu-
isset rex. ⁊ eam venire iussisset ex nomine.
Euoluto autem tempore p ordinem: insta
bat dies q̃ hester filia abiahel fratris mar
dochei. quã sibi adoptauerat in filiã. debe-
ret intrare ad regem. Que nõ quesiuit mu
liebrẽ cultũ: sed quecunq; voluit egeus eu
nuchꝰ custos virginũ. hec ei ad ornatũ de-
dit. Erat eĩ formosa valde ⁊ ĩcredibili pul
critudine: oĩm oculis gratiosa ⁊ amabilis
videbať. Ducta est itaq; ad cubiculum re-
gis assueri mẽse decimo q̃ vocať thebeth.
septimo ãno regni eius: et adamauit eam
rex plusq̃ oẽs mulieres: habuitq; grãm et
misericordiã coram eo sup oẽs mulieres:

et posuit dijatema regni ī capite ei⁹: fecitq; eam regnare ī loco vasthi. Et iussit conuiuiū ꝑparari ꝓmagnificū cūctis principibus ⁊ seruis suis. ꝓ coniunctōne ⁊ nuptijs hester. Et dedit requiē vniuersis ꝓuincijs ac dona largitus est iuxta magnificentiaz principalem. Cūq; ⁊ scdo quererent̄ virgines. ⁊ cōgregarent̄. mardocheus manebat ad ianuā regis: necdū ꝓbiderat hester patriā ⁊ ꝓplm suū: iuxta mādatū ei⁹. Quicquid eī ille precipiebat obseruabat hester et ita cūcta faciebat vt eo tpe solita erat quo eā puellā nutriebat. Eo igit̄ tpe quo mardocheus ad regis ianuā morabat̄. iratī sūt bagathan ⁊ thares duo eunuchi regis q̄ ianitores erāt ⁊ ī primo palacij limine residebāt: volueruntq; insurgere ī regē ⁊ occidere eū. Quod mardocheū nō latuit. Statimq; nūciauit regine hester: ⁊ illa regi ex noīe mardochei q̄ ad se rē attulerat. Quesitū est ⁊ īuentū: ⁊ appensus est vterq; eox ī patibulo. Et iussit rex vt ī libro memoriali scriberet̄: vt ꝓ vita sua aliqd repensaret ei. Mandatūq; est hijstorijs ⁊ annalib⁹ traditum coraz rege.

Capitulum. .III.

Post hec rex assuerus exaltauit aman filiū amadathi q̄ erat de stirpe agag. et posuit soliū eius super omnes principes quos habebat. Cunctiq; serui regis qui in foribo palacij versabant̄ flectebant genua: ⁊ adorabant aman. Sic em̄ ꝑceperat eis imperator. Solus mardocheus nō flectebat genu: neq; adorabat eū. Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palacij residebāt. Cur ꝓter ceteros nō obseruas mādata regis: Cūq; hoc crebri⁹ dicerent. ⁊ ille nollet audire: nūciauerūt aman scire cupientes vtr ꝓseueraret ī sentēcia: dixerat em̄ eis se esse iudeū. Quod cuz audisset aman. ⁊ exprimēto ꝓbasset quod mardocheus nō sibi flecteret genu nec se adoraret iratus est valde: ⁊ ꝓ nihilo duxit ī vnū mardocheuz mittere manus suas: audierat em̄ quod esset gētis iudee: magisq; voluit omnez iudeoz q̄ erant in regno assueri ꝑere nacōnem. Mense primo cuius vocabulū est nisan: anno duodecimo regni assueri missa est sors in vrnā. q̄ hebraice dicitur phur coram aman quo die ⁊ quo mē se gens iudeorum deberet interfici: et exiuit mēsis duodecimus q̄ vocat̄ adar. Dixitq; aman regi assuero. Est ꝓplus ꝓ omnes puicias regni tui dispersus et a se mutuo separatus. nouis vtes legib⁹ ⁊ ceremonijs. insuper ⁊ regis scita ꝓtemnens: et optime nosti quod non expediat regno tuo vt insolescat ꝓ licentiaz. Si tibi placet decerne vt peat: ⁊ decem milia talentoꝝ appendam archarijs gaze tue. Tulit ergo rex anuluz q̄ vtebat̄ de manu sua: ⁊ dedit eū aman filio amadathi de ꝓgenie agag hosti iudeorum: dixitq; ad eū. Argentū qd̄ tu pollicer̄is tuū sit: de ꝓplo age qd̄ tibi placet. Vocatiq; sunt scribe regis mense primo nisan terciadecima die eiusdez mēsis: ⁊ scriptū ē vt iusserat aman ad omnes satrapas regis ⁊ iudices puicia ꝝ diuersarūq; gētiū. vt q̄q; gens legere poterat ⁊ audire. ꝓ varietate linguā ꝝ ex noīe regis assueri: ⁊ lr̄e sigte ipi⁹ anulo misse sunt ꝓ cursores regis ad vniuersas ꝓuincias. vt occiderent atq; delerēt oēs iudeos a puero vsq; ad senē puellos ⁊ mulieres. vno die hoc ē tercōdecimo mēsis duodecimi q̄ vocat̄ adar: ⁊ bona eorū diriperēt. Suma aut̄ epl̄ax hec fuit: vt omnes puicie scirēt ⁊ parēt se ad p̄dictā diem. Festīabāt cursores q̄ missi erāt regis impiū explere. Statimq; in susis pependit edictum: rege ⁊ aman celebrante ꝓuiuiū. ⁊ cūctis iudeis q̄ erāt ī vrbe flētib⁹

Ca. IIII.

Quele cū audisset mardocheus scidit vestimēta sua: et indutus est sacco. spargens cinerē capiti: ⁊ ī platea medie ciuitatis voce magna clamabat ostendens amaritudinem animi sui: et hoc eiulatu vsq; ad fores palacij gradiēs. Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoq; puicijs opidis ac locis ad q̄ credule regis dogma puenerat. planctus ingēs erat apud iudeos. ieiunium. vlulatus. ⁊ fletus: sacco et cinere multis ꝓstratu vtentib⁹. Ingresse autem sunt puelle hester ⁊ eunuchi: nūciaueruntq; ei. Quod audiens consternata est: ⁊ vestem misit vt ablato sacco induer̄et eam. Quam accipere noluit. Accitoq; athach eunucho quē rex mīstrū ei dederat: p̄cepit vt iret ad mardocheū ⁊ disceret ab eo cur hec faceret: Egressusq; athach iuit ad mardocheum: ⁊ inuenit eū stātē in

platea ciuitatis ante hostiuz palacij. Qui indicauit ei omnia q̃ acciderãt. quõ aman pmisisset vt in thesauros regis p iudeorũ nece inferret argentuz: exemplarq; edicti qõ pendebat in susis dedit ei vt regine oñderet: 7 moneret eaz vt intraret ad regez. 7 depcaret eũ p pplo suo. Regress⁹ athach nũciauit hester omia q̃ mardocheus dixerat. Que rñdit ei: 7 iussit vt diceret mardocheo. Omes serui regis 7 cũcte q̃ sub ditõe eius sũt norunt puicie. quod siue vir siue mulier nõ vocatus interius atriũ regis intrauerit. absq; vlla cũctatõe statim interficiat̃. nisi forte rex aureã vgã ad eũ tetẽderit. p signo clemẽcie. atz ita possit viuere. Ego igit̃ quõ ad regẽ intrare potero: que triginta iaz diebz nõ sũ vocata ad eũ: Qõ cũ audisset mardocheus rursuz mandauit hester dicẽs. Ne putes qõ aiam tuã tãtum liberes: qz in domo regis es p cũctis iudeis. Si enĩ nũc sic silueris p aliam occasionem liberabũt̃ iudei: et tu 7 dom⁹ pris tui peribitis. Et qs nouit vtz idcirco ad regnũ veneris: vt in tali tpe pareris: Kursuzq; hester hec mardocheo verba mãdauit. Elade 7 congrega omes iudeos quos in susis reperis: 7 orate p me. Nõ cõmedetis 7 non bibatis tribz diebz 7 tribz noctibz. 7 ego cum ãcillis meis similiter ieiunabo: 7 tũc ingrediar ad regẽ contra legẽ faciẽs non vocata. tradẽsq; me morti 7 piculo. Fuit itaq; mardocheus 7 fecit oĩa que hester pcepat.

¶ Capitulum .V.

Die autẽ tercio induta est hester regalibz vestimentis: 7 stetit in atrio domus regie quod erat interius contra basilicaz regis. Et ille sedebat sup soliũ suũ in consistorio palacij contra ostiũ domus. Cũq; vidisset hester reginã stantẽ placuit oculis eius: 7 extendit contra eã virgaz aureã quã tenebat manu. Que accedẽs osculata est sũmitatẽ virge eius: dixitq; ad eã rex. Quid vis hester regina: Que est petício tua: Etiamsi dimidiaz pt̃e regni petieris dabit̃ tibi. At illa rñdit. Si regi placz obsecro vt venias ad me hodie 7 aman tecũ ad conuiuium quod paui. Statimq; rex. vocate iqt cito aman vt hester obediat voluntati. Venerũt itaq; rex 7 aman ad conuiuium qõ eis regina pauerat. Dixitq; ei rex postq̃ vinũ biberat habũdanter. Quid petis vt detur tibi 7 p qua re postulas: Etiamsi dimidiaz partẽ regni mei petieris: impetrabis. Cui respõdit hester. Petício mea 7 pces sũt iste. Si inueni in conspectu regis gratiam. etsi regi placet vt det mihi qõ postulo 7 meã impleat petitõnem: veniat rex 7 aman ad conuiuiũ quod paraui eis: 7 cras aperiam regi voluntatẽ meã. Egressus est itaq; illo die aman letus 7 alacer. Cũq; vidisset mardocheũ sedentez ante fores palacij. 7 nõsolũ nõ assurrexisse sibi sed nec motũ quidem de loco sessionis sue. indignat⁹ est valde: 7 dissimulata ira reuersus in domũ suam conuocauit ad se amicos suos 7 zares uxorem suã: 7 exposuit illis magnitudinẽ diuiciarũ suarũ filiorũq; turbaz: 7 quanta eũ gloria sup omes principes et seruos suos rex eleuasset. Et post hec ait. Regina q̃d hester nullũ aliũ vocauit ad conuiuiũ cũ rege pter me: apud quã etiam cras cuz rege pransurus sum. Et cum hec omnia habeã nihil me habere puto quãdiu videro mardocheũ iudeũ sedentẽ ãte fores regias. Respondẽrũtq; ei zares uxor eius⁹: 7 ceteri amici. Jube pari excelsam trabẽ habentem altitudinis quinquaginta cubitos: 7 dic mane regi vt appendat̃ sup eaz mardocheus: 7 sic ibis cũ rege letus ad conuiuiũ. Placuit ei consiliũ: 7 iussit excelsam pparari crucez.

¶ Capitulum .VI.

Respondens autem iob dixit. Ergo vos estis soli homines: et vobiscũ orie⁹ sapiencia? Et mihi est coꝝ sicut et vobis: nec ĩferior vestri sum. Quis enĩ hec que nostis ignorat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego: inuocabit deum et exaudiet eũ. Deridet̃ ei ĩusti simplicitas: lampas ꝯempta apud cogitationes diuitum: pata ad tempus statutũ. Abundant tabernacula predonũ: et audacter ꝓuocãt deũ: cum ipse dederit oĩa in manus eoꝝ. Nimiꝝ interroga iumẽta et docebunt te: ⁊ volatilia celi et indicabunt tibi. Loquere terre et respondebit tibi: et narrabunt ea pisces maris. Quis ignorat q̃ oĩa hec manus dñi fecit? In cui⁹ manu aĩa omnis viuẽtis: ⁊ spũs vniuerse carnis hoĩs. Nonne auris vba dijudicat: ⁊ fauces ꝯmedẽtis saporez? In antiq̃s est sapiencia: ⁊ in multo tpe prudẽcia. apud ipm est sapia ⁊ fortitudo: et ipe habet ꝯsiliuz ⁊ intelligenciã. Si destruxerit nemo est q̃ edificet: si iclauserit

boiez nullus est q̃ apiat. Si ꝓtinuerit aq̃s oia siccabuntur: si emiserit eas subuertẽt tra. Apud ipm̃ ẽ fortitudo ⁊ sapiẽcia. Ipe nouit ⁊ decipientẽ: ⁊ eum q̃ decipit. Adducit ꝓsiliarios in stultũ finẽ: ⁊ iudices ī stupozẽ. Baltheũ regũ dissoluit: ⁊ p̃cingit fune renes eoꝝ. Ducit sacerdotes īgloꝛios: ⁊ optimates subplantat. Commutãs labiuꝝ veratium: ⁊ doctrinã senum auferens. Effundit despectionez sup̃ principes: et eos q̃ oppꝛessi fuerãt reuelans. Qui reuelat profunda de tenebꝛis: ⁊ p̃ducit in lucẽ vmbꝛaz moꝛtis. Qui mlt̃iplicat gentes ⁊ p̃dit eas: et subuersas in integꝝ restituit. Qui īmutat coꝛ pꝛincipũ pl̃i terre: ⁊ decipit eos vt frustra incedant p̃ inuium. Palpabũt q̃si in tenebꝛis et nõ in luce: ⁊ errare eos faciet quasi ebꝛios. ¶ Capi. XIII.

Ecce omia hec vidit oculus meus ⁊ audiuit auris mea: ⁊ intellexi singula. Secundũ scienciam vrãm et ego noui: nec īferioꝛ vestri sum. Sedtñ ad omipotentẽ loquar: ⁊ disputare cũ deo cupio: pꝛius vos ostendens fabꝛicatoꝛes mẽdacij et cultoꝛes puersoꝝ dogmatuz. Atq̃ vtinaz taceretis: vt putaremini sapientes esse. Audite ergo coꝛreptõnes meas: ⁊ iudicium labioꝝ meoꝝ attendite. Nũquid deus indiget vestro mendacio: vt p̃ illo loquamini dolos? Nunq̃d faciez eius accipitis: et p̃ deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quez celare nihil potest: aut decipiet vt homo vestris fraudulẽtijs? Ipse vos arguet: qm̃ in abscondito faciez eius accipitis. Statim vt se ꝓmouerit turbabit vos et teꝛꝛoꝛ ei⁹ irruet sup̃ vos. Memoꝛia vr̃a ꝓpabit̃ cineri: et redigent̃ in lutum cerui ces vr̃e. Tacete paulisper: vt loq̃r quodcunq̃ mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dentib̃ meis: et aiam meã porto ī manib̃ meis? Eciã si occiderit me: in ipso sperabo. Verũtamen vias meas in ꝓspectu eius arguam: et ipse erit saluatoꝛ meus. Non em̃ veniet ī ꝓspectu eius omis ypocrita. Audite sermonez meum: et enigmata p̃cipite auribꝫ vr̃is. Si fuero iudicatus: scio q̃ iustus inueniar. Quis ẽ qui iudicet̃ mecũ? Veniat. Quare tacens consumoꝛ? Duo tm̃ ne facias mihi: et tũc a facie tua non abscondar. Manũ tuam longe fac a me: et formido tua non me teꝛꝛeat. Voca me et respondebo tibi: aut certe loquar: ⁊ tu rñde mihi. Quãtas habeo iniq̃tates et p̃ca. scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciẽ tuaz abscondis: et arbitraris me inimicũ tuuz? Cont̃ folium q̃ vento rapit̃ ostendis potẽciam̃ tuam: et stipulã siccaz p̃sequeris. Scribis em̃ cont̃ me amaritudies: ⁊ ꝓsumere me vis p̃cis adolescencie mee. Posuisti in neruo pedez meũ: ⁊ obꝛuasti omes semitas meas: ⁊ vestigia pedum meoꝝ ꝓsideraſti. Qui q̃si putꝛedo ꝓsumẽdus sũ: ⁊ q̃si vestimentũ quod ꝓmedit̃ a tinea. Ho̅ natus de mlt̃iere breui viuens tpe: repletur multis miseꝛijs. Qui q̃si flos egredit̃ ⁊ ꝓterit̃: ⁊ fugit velut vmbꝛa: ⁊ nunq̃ in eodez statu pmanet. Et dignũ ducis sup̃ huiuscemodi apꝛire oculos tuos: et adducere eum tecũ in iudicium? Quis p̃ facere mũdum de īmundo ꝓceptũ semine? Nõne tu q̃ solus es? ¶ Ca. XIIII.

Breues dies hominis sunt: numeꝛus mensiũ eius apud te est. Constituisti teꝛminos eius q̃ pꝛeteꝛiri non poterunt. Recede paululum ab eo vt quiescat: donec optata veniant sicut mercennaꝛij dies eius. Lignũ habet spem. Si pꝛecisum fuerit. ruꝛsuz viꝛescit: ⁊ rami ei⁹ pullulant. Si senuerit in teꝛꝛa radix ei⁹ et in puluere emoꝛtu⁹ fuerit tr̃ucus illius: ad odoꝛem aque germinabit: et faciet comam q̃si cum pꝛimũ plantatuz est. Homo vero cum moꝛtuus fuerit et nudatus atq̃ ꝓsumptus: vbi queso est? Quõ si recedant aque de mari ⁊ fluui⁹ vacuus factus aresꝯcat: sic homo cũ doꝛmierit: non resurget. Donec atteraſ̃ celum non euigilabit: nec ꝓsurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat vt ī inferno p̃tegas me et abscondas me donec p̃transeat furoꝛ tuus: ⁊ ꝓstituas mihi tempus in quo recoꝛderis mei? Putasne moꝛtuus homo rursum viuet? Cunctis diebꝫ quibꝫ nũc milito: expecto donec veniat īmutatio mea. Vocabis me et ego rñdebo tibi. Operi manuũ tuaꝝ poꝛriges dexteꝛã. Tu quidez gressus meos dinumeraſti: sed parce p̃cis meis. Signaſti q̃si in sacculo delicta mea: sed curaſti iniq̃tatem meã. Mons cadens defluit: ⁊ saxum transfert̃ de loco suo. Lapides excauãt aque: et alluuione paulatim t̃ra ꝓsumit̃: ⁊ hoines ḡ similit̃er p̃des. Koboꝛaſti eũ paululũ: vt

in ppetuũ transiret. Immutabis faciẽ ei⁹: et emittes eũ. Siue nobiles fuerĩt filij ei⁹ siue ignobiles: non intelliget. Attñ caro eius dum viuet dolebit: et aĩa illius super semetipso lugebit.

¶ Capitulum. XV.

Respondit aũt eliphaz themanites dicit. Nunqd sapiens rñdebit qsi inuentũ loquens: ⁊ implebit ardore stomachũ suũ: Arguis verbis eũ qui nõ est eglis tibi ⁊ loqueris qđ tibi ñ expedit. Quantũ in te ẽ euacuasti timorẽ: et tulisti preces coram deo. Docuit em̃ iniquitas tua os tuũ: et imitaris linguã blasphemantium. Condemnabit te os tuũ et non ego: et labia tua rñdebunt tibi. Nunqd primus homo tu natus es. et ante colles formatus? Nunquid psilium dei audisti: ⁊ inferior te erit eius sapiencia? Quid nosti qđ ignoremus: quid intelligis qđ nesciamus? Et senes et antiqui sunt in nobis: multoetuliores q̃ patres tui. Nũquid grande est ut consoleꝫ te deus? Sed verba tua ꝑua hoc phibent. Quid te eleuat cor tuũ: et quasi magna cogitãs attonitos habes oculos? Quid tumet ꝓtra deum spũs tuus: ut proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Quid est homo ut ĩmaculatus sit: ⁊ ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo ĩmutabilis. et celi non sunt mũdi in ꝓspectu ei⁹: ẽntomagis abomĩabilis ⁊ inutilis homo q̃ bibit q̃si aquã iniquitatẽ. Ostendaz tibi audi me: qđ vidi narrabo tibi. Sapientes ꝓfitenꝫ: ⁊ nõ abscondunt pres suos. Quibꝫ solis data est terra: et nõ transiuit alienus ꝑ eã. Cũctis diebꝫ suis impius superbit: et numerus annoꝝ incertus est tirãnidis eius. Sonitus horis semp in auribꝫ illius: et cuz pax sit ille semp insidias suspicaꝫ. Nõ credit q̃ reuerti possit de tenebris ad lucez circũspectans vndiqꝫ gladium: cum se mouerit ad querendũ panez. Nouit q̃ ꝑatus sit ĩ manu eius tenebraꝝ dies. Terrebit eũ tribulatio: et angustia vallabit eũ sicut regez q̃ prepaꝫ ad preliũ. Tetendit aduersus deũ manũ suã: et ꝓtra omnipotentẽ roborat⁹ est. Cucurrit aduersus eũ erecto collo: et pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo: ⁊ de latꝫibꝫ eius aruina dependet. Habitauit in ciuitatibꝫ desolatis: ⁊ in domibꝫ desertis que in tumulos sunt redactę. Nõ ditabitur nec pseuerabit substancia eius: nec mittet in terraz radicem suã. Non recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma: et auferet̃ spiritu oris eius. Non credet frustra errore deceptus: q̃ aliq̃ precio redimẽdus sit. Antę̃ dies eius impleanꝫ peribit: et manus ei⁹ arescent. Ledet̃ quasi vinea in ꝑmo flore. botrus eius: et quasi oliua piciens florez suũ. Congregatio em̃ ỹpocritę sterilis: et ignis deuorabit tabernacula eoꝝ qui munera libent̃ accipiũt. Concepit dolorem et peperit iniquitatem: ⁊ vterus eius preparat dolus.

¶ Capitulum. XVI.

Respondens aũt iob dixit. Audiui frequent̃ talia. Consolatores onerosi omñes vos estis. Nunqd habebunt finẽ verba ventosa? Aut aliquid tibi molestũ est si loquaris? Poterã et ego silia vestri loqui. Atq̃ vtinaz esset anima vĩa pro aĩma mea. Consolarer et ego vos sermonibꝫ ⁊ mouerem caput meum sup vos. Roborarem vos ore meo: ⁊ mouerẽ labia mea quasi ꝑcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fuero. nõ quiescit dolor meus etsi tacuero nõ recedet a me. Nunc autem oppressit me dolor meus: et in nihilum redacti sunt omñes artus mei. Ruge mee testimoniũ dicunt ꝓtra me: et suscitaꝫ falsiloquus aduersus faciem meaz ꝓtradicens mihi. Collegit furorẽ suum in me: et ꝓminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerũt sup me ora sua: ⁊ exprobrantes pcusserũt maxillam meam. saciati sunt penis meis. Concluſit me deus apud iniquũ: et manibꝫ impioꝝ me tradidit. Ego ille quondam opulentus repente ꝓtritus sum: tenuit ceruicẽ meã. Cõfregit me: ⁊ posuit sibi q̃si in signum. Circũdedit me lanceis suis: ꝓuulnerauit lũbos meos. Nõ peꝑcit: et effudit ĩ ẽra viscera mea. Cõscidit me vulnere sup vulnus: irruit in me q̃si gigas. Saccũ consui sup cutez meã: et opui cinere carnẽ meã. Facies mea intumuit fletu: et palpebre mee caligauerũt. Nec passus sum absq̃ iniq̃tate man⁹ mee: cũ haberem mũdas ad deũ preces. Terra ne operias sanguinẽ meum: neq̃ inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce em̃ in celo testis meus: et conscius meus in

excelsis. ℣erbosi amici mei: ad ℞eũ stillat oculus me⁹. Atq; vtinaz sic iudicaret vir cũ ℞eo: quõ iudicat filius hois cũ collega suo. Ecce em̃ breues ãni trãsierũt: ⁊ semitã p quã nõ reuertar ambulo. ¶ Ca. XVII.

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabunt̃: et soluz mihi superest sepulcrũ. Non peccaui ⁊ in amaritudinibꝫ morat̃ oculus meus. Libera me ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiusuis man⁹ pugnat cõtra me. Cor eorum longe fecisti a disciplina: propterea non exaltabunt̃. Predam pollicet̃ sociis: et oculi filioꝝ ei⁹ deficiẽt. Posuit me q̃si in puerbiũ vulgi: et exemplũ sum cora eis. Caligauit ab indignationẽ ocul⁹ meus: et mẽbra mea q̃si in nihilum redacta sunt. Stupebant iusti sup hoc: et innocens ꝓtra ypocritam suscitabit̃. Et tenebit iustus viaz suã: et mũdis manibꝫ addet fortitudinẽ. Igitur omnes vos conuertimini et venite: ⁊ non inueniam in vobis vllum sapientem. Dies mei transierũt: cogitationes mee dissipate sunt torquẽtes cor meũ. Noctem verterunt in diẽ: ⁊ rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus dom⁹ mea est: et in tenebris straui lectulũ meũ. Putredini dixi pater meus es: mater mea et soror mea vermibꝫ. Vbi est ergo nunc prestolatio mea: ⁊ paciencia meam quis cõsiderat: In pfundissimũ infernũ descendent omnia mea. Putasne saltez ibi erit requies mihi: ¶ Capitulum. XVIII.

Respõdens aũt baldath suites dixit. Vsq; ad quẽ finez verba iactabis: Intellige prius: et sic loquamur. Quare reputati sumus vt iumenta: ⁊ sorduimus coraz te: Quid pdis animã tuã in furore tuo. Nunquid ꝑpter te derelinquet̃ terra ⁊ transferent̃ rupes de loco suo: Nõne lux impij extinguet̃: nec splendebit flãma ignis ei⁹: Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: et lucerna q̃ sup eum est extinguet̃. Artabunt̃ gressus virtutis ei⁹: et precipitabit eum ꝯsiliũ suum. Immisit em̃ in rethe pedes suos: ⁊ in maculis eius ambulat. Tenebit̃ planta illius laqueo et exardescet cõtra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius: et decipula illius sup semitã. Vndiq; terrebũt eũ formidines: et inuoluẽt pedes ei⁹. Attenuet̃ fame robur eius: et inedia inuadat costas illius. Deuoret pulcritudinẽ cutis eius: ⁊ consumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius: ⁊ calcet sup euz quasi rex interitus. Habitet̃ in tabernaculo illi⁹. socij eius q̃ non est: aspergat̃ in tabnaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccent̃: sursuz aũ atterat̃ messis ei⁹. Memoria illius pereat de tra: et nõ celebret̃ nomẽ eius i plateis. Expellet eũ de luce in tenebras: ⁊ de orbe trãsferet eum. Nõ erit semẽ eius neq; pgenies in pplo suo: nec olle relique i regionibꝫ ei⁹. In die ei⁹ stupebũt nouissimi: ⁊ ꝑmus inuadz horror. Hec sunt q̃ tabnacula iniqui: ⁊ iste locus eius qui ignorat ℞eũ. ¶ Ca. XIX.

Respondens aũt iob dixit. Vsq;quo affligitis animã meam: ⁊ atteritis me sermonibꝫ: En decies cõfunditis me: et nõ erubescitis opprimentes me. Nempe etsi ignorani: mecum erit ignorãcia mea. At vos cõtra me erigimini: et arguitis me obprobrijs meis. Saltez nũc intelligite quia ℞eus nõ equo iudicõ afflixerit me: et flagellis suis me cinxerit. Ecce clamabo vim paciens et nemo audiet: vociferabo: et non est qui iudicet. Semitam circũsepsit ⁊ trãsire non possum: ⁊ in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea: ⁊ abstulit coronã de capite meo. Destruxit me vndiq; et pereo: et quasi auulse arbori abstulit spem meã. Iratus est ꝓtra me furor eius: et sic me habuit quasi hostẽ suum. Simul venerũt latrones eius: et fecerunt sibi viaz p me: et obsederũt in giro tabernaculũ meũ. Fratres meos longe fecit a me: ⁊ noti mei quasi alieni recesserũt a me. Dereliquerunt me propinqui mei: ⁊ qui me nouerant obliti sunt mei. Inquilini domus mee et ancille mee sicut alienum habuerunt me: ⁊ quasi pegrinus fui i oculis eoꝝ. Seruum meũ vocaui et nõ respõdit mihi: ore ꝓprio deprecabar illũ. Halitũ meũ exhorruit vxor mea: et orabam filios vteri mei. Stulti q̃z despiciebant me: et cũ ab eis recessissem detrhebant mihi. Abominati sũt me quondã ꝯsiliarij mei: ⁊ quẽ maxime diligebã auersatus ẽ a me. Pelli mee ꝯsumptis carnibꝫ adhesit os meũ: ⁊ derelicta sunt tm̃modo labia circa dẽtes meos. Miseremini mei miseremi mei saltem vos

amici mei:quia man⁹ domini tetigit me.
Quare ꝑsequimĩ me sicut deus:et carnibꝰ
meis saturamĩ:Quis mihi tribuat vt scri-
bãtur sermones mei: Quis mihi det vt ex-
arent̃ ĩ libro stilo ferreo aut plũbi lamĩa:
vl̃ celte sculpant̃ ĩ silice:Scio ei⁹ q̃ redem-
tor meus viuit et ĩ nouissimo de ṫra surre-
cturus sũ.Et rursũ circũdabor pelle mea:
et ĩ carne mea videbo deũ saluatorez meũ.
Quẽ visurus sum egoipe:ꝛ oculi mei ꝓspe-
cturi sunt:ꝛ nõ alius.Reposita ẽ hec spes
mea ĩ sinu meo. Quare g̃ nũc dicitis ꝑse-
q̃mur eũ:ꝛ radicẽ verbi iueniamus ꝓ eũ:
Fugite g̃ a facie gladij:qm̃ vltor iniq̃tatũ
gladius ẽ:ꝛ scitote eẽ iudiciũ. ¶ Ca.XX.

Respondens aũt sophar naamathi-
tes dixit. Idcirco cogitatões mee
varie succedũt sibi:ꝛ mens ĩ diuer-
sa rapit̃.doctrinã qua me arguis audiã:ꝛ
spirit⁹ intelligẽcie mee rñdebit mihi. Hoc
scio a principio ex q̃ est positus homo sup
terrã:q̃ laus impior̃ breuis sit:et gaudiũ
ypocrite adistar puncti. Si ascenderit vs-
q3 ad celũ superbia eius.ꝛ caput eius nubes
tetigerit:q̃si sterquiliniũ in fine perdet̃:et
qui eũ viderant dicẽt. Vbi est: Velut som-
nium auolans nõ inuenie:transiet sicut
visio nocturna. Oculus q̃ eum viderat non
videbit:neq3 vl̃ intuebit̃ eum locus suus.
Filij eius atterent̃ egestate:ꝛ manus illi⁹
reddent ei dolorẽ suum. Ossa eius ĩplebun-
tur vicijs adolescencie eius:et cũ eo ĩ pul-
uere dormient. Cum em̃ dulce fuerit in ore
eius malũ.abscondit illud sub lingua sua.
Parcet illi et nõ derelinquet illud:et cela-
labit in gutture suo. Panis eius in vtero
illius vertet̃ in fel aspidũ intrinsecus. Di-
uicias q̃s deuorauit euomet:ꝛ de ventre il-
lius extrahet eas deus. Caput aspiduz sur-
get:et occidet eum lingua vipere. Non vi-
deat riuulos flumĩs torrẽtis.mellis et bu-
tiri. Luet que fecit oĩa:nec tñ ꝓsumetur.
Iuxta multitudinẽ adinuentionum suar̃
sic ꝛ sustinebit:quoniã ꝓfringens nudauit
paupis domũ:rapuit et nõ edificauit eam
nec est saciatus venter eius. Et cũ habue-
rit q̃ ꝓcupierat:possidere nõ poterit. Non
remansit de cibo eius:et ꝓterea nihil per-
manebit de bonis eius. Cũ saciatus fuerit
artabit̃:estuabit.et om̃is dolor irruet sup
eum. Vtinaz impleat̃ venter eius vt emit-
tat in eum iraz furoris sui:et pluat super
illum bellũ suum. Fugiet arma ferrea et
irruet in arcũ ereum:eductus ꝛ egrediens
de vagina sua:et fulgurans ĩ amaritudine
sua. Vadent ꝛ venient sup eum horribiles:
omñes tenebre absconditę sunt in occultis
eius. Deuorabit eũ ignis q̃ non succendit̃:
affligẽt̃ relictus ĩ tabernaculo suo. Reue-
labunt celi iniq̃tatẽ eius.ꝛ ṫra ꝓsurget ad-
uersus eum. Apertum erit germen domus
illius:detrahet̃ in die furoris dei. Hec est
pars hominis impij a deo:et hẽditas ver-
borum eius a domino. ¶ Capi.XXI.

Respondens aũt iob dixit. Audite
queso sermones meos:ꝛ agetis pe-
nitenciam. Sustinete me vt et ego
loquar:ꝛ post mea (si videbi̇t̃) verba ride-
te. Nunq̃d ꝓtra hoĩem disputatio mea est:
vt merito nõ debeam ꝓtristari: Attendite
me et obstupescite:et supponite digitũ ori
vestro. Et ego q̃n recordatus fuero perti-
mesco:et cõcutit carnẽ meã tremor. Qua-
re g̃ impij viuũt subleuati sunt ꝓfortatiq̃
diuicijs: Semen eorum ꝑmanet coram eis:
ꝑpinquor̃ turba ꝛ nepotũ in ꝓspectu eor̃.
Domus eorũ secure sunt et pacate:et non
est virga dei sup illos. Bos eor̃ concepit ꝛ
non abortiuit:vacca peperit et nõ est pri-
uata fetu suo. Egrediunt̃ q̃si greges puuli
eorum:et infantes eorum exultant lusib.
Tenent tijmpanum et cijtharam:et gau-
dent ad sonitum organi. Ducunt in bonis
dies suos:et ĩ puncto ad infernum descen-
dunt. Qui dixerunt deo recede a nobis:et
scienciaz viarum tuarum nolumus. Quis
est omnipotens vt seruiamus ei. Et quid
nobis prodest si orauerimus illum: Verũ-
tamen quia non sunt in manu eorum bo-
na sua:cõsilium impiorum longe sit a me.
Quotiens lucerna impior̃ extinguetur:et
superueniet eis inundatio:ꝛ dolores diui-
det furoris sui. Erunt sicut palee ante fa-
ciem venti:et sicut fauilla/ quã turbo dis-
pergit. Deus seruabit filijs illius dolorem
patris:et cum reddiderit tunc sciet. Vide-
bunt oculi eius interfectionem suam:et de
furore omnipotentis bibet. Quid enim ad
euz ꝑtinet de domo sua post se: Etsi nume-
rus mensium eius dimidietur: Nũquid de-
um docebit quispiam sciencia qui excelsos
iudicat: Iste morit̃ robustus et sanus.

diues et felix: viscera eius plena sunt adipe: & medullis ossa illius irrigant. Alius vero moritur in amaritudine aie sue absq; vllis opib: ettñ simul in puluere dormiet: & vermes opient eos. Certe noui cogitationes vias: et sentencias p̄ me iniquas. Dicitis em̃. Vbi est dom⁹ principis: et vbi tabernacula impioꝝ? Interrogate quēlibet de viatoribus: et hec eadem illum intelligere cognoscetis. Quia in die p̄ditionis seruat̃ malus: & ad diem furoris ducet̃. Quis arguet coram eo vias eius: et q̄ fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulcra ducet̃: et in cōgerie mortuoꝝ vigilabit. Dulcis fuit glareis cocijti: et post se om̃em hominē trahet: et ante se innumerabiles. Quomō igitur cōsolamini me frustra: cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

Capitulum. XXII.

Respondens aut̃ eliphat themanites dixit. Nunquid deo potest cōparari homo: ecia cum p̄fecte fuerit sciencie? Quid prodest deo si iustus fueris: aut quid ei cōfers si immaculata fuerit vita tua? Nunquid timens arguet te. et veniet tecum in iudiciū: & non p̄pter maliciam tuā plurimam et infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa: & nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti: et esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachij tui possidebas terrā: & potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti vacuas: & lacertos pupillorum comminuisti. Propterea circūdatus es laqueis: et p̄turbat te formido subita. Et putabas te tenebras nō visurū: et impetu aquarum inundantiū non oppressum iri. An cogitas q̄ deus excelsior celo sit. & sup stellarum verticē sublimet̃? Et dicis. Quid em̃ nouit deus? Et q̃si p caligine iudicat. Nubes latibulum eius: nec nr̄a p̄sideratet: et circa cardines celi pambulat. Nunquid semitā seculoꝝ custodire cupis quam calcauerūt viri iniqui qui sublati sunt añ tempus suū: & fluuius subuertit fundamētum eoꝝ? Qui dicebant deo recede a nob: & quasi nihil possit facere om̃ipotens. estimabant eū: cum ille implesset domos eorū bonis. Quorum sentencia procul sit a me. Videbunt iusti et letabuntur: et innocens subsannabit eos. Nonne succisa est erectio eorum: et reliquias eoꝝ deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei et habeto pacem: et p hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem: et pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis: et longe faciet iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit p terra silicem: & pro silice torrentes aureos. Eritq; omnipotens p̄tra hostes tuos: & argentum coacerua bit tibi. Tunc sup omnipotentē delicijs affluës: & eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum & exaudiet te: et vota tua reddes. Decernes rem et veniet tibi: et in vijs tuis splendebit lumen. Qui em̃ humiliatus fuerit erit in gloria: et qui inclinauerit oculos ipse saluabit̃. Saluabitur innocens: saluabit̃ aūt munditia manuum suarum.

Capitulum. XXIII.

Respondens aūt iob ait. Nunc q̄q; in amaritudine est sermo meus: & manus plage mee aggrauata est sup gemitum meum. Quis mihi tribuat vt cognoscam et inueniam illum: & veniam vsq; ad solium ei⁹? Ponam coram me iudiciū. et os meum implebo increpationibus: vt sciam verba que mihi respondeat: et intelligam quid loquat̃ mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecū: nec magnitudis sue mole me premat. Proponat equitatem p̄tra me: & pueniet ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero. nō apparet: si ad occidentem non intelligam eum. Si ad sinistrā quid agam? Non apprehendā eum. Si me vertam ad dexterā: non videbo illū. Ipse vero scit viam meam: et probabit me quasi aurum quod p ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui: et non declinaui ex ea. A mādatis labiorum eius non recessi: et in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est: et nemo auertere potest cogitationem eius: et anima eius quodcunq; voluit hoc fecit. Cunq; expleuerit in me voluntatem suam: et alia multa similia presto sunt ei. Et idcirco a facie ei⁹ turbatus sum: & p̄siderans eum timore solicitor. Deus mollivit cor meum: et omnipotens cōturbauit me. Non em̃ perij propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.

Capitulum. XXIIII.

A Do omnipotente non sunt abscondita tempa: qui aũt nouerunt eũ ignorant dies illius. Alij terminos transtulerunt: dirupuerũt greges: et pauerunt eos. Azinum pupillorum abegerunt: et abstulerũt pro pignore bouem vidue. Subuerterũt pauper viam: et oppresserunt pariter mansuetos terre. Alij q̃si onagri in deserto egrediunt ad opus suũ: vigilantesq; ad predam preparant panẽ liberis. Agrum non suũ demetunt: et vineã eius quẽ vi oppresserũt vindemiant. Nudos dimittunt boues indumenta tollentes: q̃bus non est operimentum in frigore. quos ymbres montium rigant: et non habentes velamen amplexant lapides. Olim fecerunt depẽdantes pupillos: et vulgũ paupem spoliauerunt. Nudis et incedentibus absq; vestitu et esurientibus tulerũt spicas. Inter aceruos eor meridiati sunt: q̃ calcatis torcularibus sitiũt. De ciuitate fecerũt viros gemere: et aia vulnerator clamauit. et deus inultum abire non patit. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescierũt vias eius: nec reuersi sunt p semitas illius. Mane pmo cõsurgit homicida: interficit egenũ et paupem: p noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginẽ dicens. nõ me videbit oculus: et opiet vultũ suũ. Perfodit in tenebris domus sicut in die cõdixerant sibi: et ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora arbitrant̃ vmbram mortis: et sic in tenebris quasi in luce ambulabant. Leuis est sup faciem aque. Maledicta sit pars eius in terram: nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuiũ: et vsq; ad inferos peccatum illius. Obliuiscat̃ eius misericordia. Dulcedo illius vermes. Non sit in recordatione: sed conterat̃ sicut lignum infructuosum. Pauit em̃ sterilem et que non parit: et vidue bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: et cum steterit non credet vite sue. Dedit ei deus locum penitencie: et ille abutit̃ eo in superbia. Oculi autem eius sunt in vijs illius. Eleuati sunt ad modicum et non subsistent: et humiliabuntur sicut omnia et auferent̃: et sicut summitates spicarum conterent̃. Quod si non est ita: quis me potest arguere esse mentitum: et ponere ante deum verba mea:

¶ Capitulum. XXV.

REspondens autem baldath suites dixit. Potestas et terror apud eũ est: qui facit concordiam in sublimibus suis. Nunquid est numerus militũ eius: et super quem non surget lumen illius: Nunquid iustificari potest homo cõparatus deo: aut apparere mundus natus de muliere: Ecce luna etiam non splendet et stelle non sunt munde in conspectu eius quantomagis homo putredo et filius hominis vermis:

¶ Capitulum. XXVI.

REspondens autem iob dixit. Cui adiutor es: Nunquid imbecillis: et sustentas brachium eius qui non est fortis: Cui dedisti consilium: Forsitan illi qui non habet sapienciam: et prudenciam tuam ostendisti plurimam: Quem docere voluisti: Nonne eum qui fecit spiramentũ: Ecce gigantes gemunt sub aquis: et qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo: et nullũ est operimentum perditioni. Qui extendit aquilonem super vacuum: et appendit terram super nihilũ. Qui ligat aquas i nubibus suis: vt nõ erumpant pariter deorsum. Qui tenet vultũ solij sui: et expandit sup illud nebulam suã. Terminum circũdedit aquis: vsq;dum finiant̃ lux et tenebre. Columne celi extremiscunt: et pauent ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria congregata sunt: et prudencia eius percussit superbum. Spiritus eius ornauit celos: et abstetricante manu ei? eductus est coluber tortuosus. Ecce hec exparte dicta sunt viarum eius. Et cũ vix puam stillam sermonis eius audierim? quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri:

¶ Capitulum. XXVII.

ADdidit quoq; iob assumens parabolam suam et dixit. Aliuit deus qui abstulit iudiciũ meum et omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam. quia donec supererit alit? in me et spiritus dei in naribus meis non loquentur labia mea iniquitatem: nec lingua mea meditabitur mendacium. Absit a me vt iustos esse vos iudicem. Donec deficiam non recedam ab innocencia mea. Justificatõm meam quã cepi tenere nõ deseram. Neq; em̃ reprehendit me cor meũ in

omni vita mea. Sicut ipius inimicus meus: et aduersarius meus q̃si iniquus. Que est em̃ spes ypocrite si auare rapiat: et nõ liberet deus aiam eius: Nunq̃d deus audiet clamorẽ eius cum venerit sup eum angustia: Aut poterit in omnipotente delectari: et inuocare deũ omni tempe: Docebo vos p manuz dei que om̃ipotens habeat: nec absconda3. Ecce om̃es vos nostis: et quid sine causa vana loquimini: Hec est pars hois impij apud deũ: 7 hereditas violentoz quã ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filij eius i gladio erunt: et nepotes eius nõ saturabunt̃ pane. Qui reliqui fuerint ex eo sepelient̃ in interitu: et vidue illius nõ plorabunt. Si pportauerit quasi terraz argentũ et sicut lutũ prepauerit vestimẽta: prepabit quidẽ sed iustus vesciet̃ illis: 7 argentũ innocẽs diuidet. Edificauit sicut tinea domũ suã: et sicut custos fecit umbraculũ. Diues cũ dormierit nihil secũ auferet: apiet oculos suos 7 nihil inueniet. Apprehendet euz q̃si aqua inopia: nocte opprimet eum tempestas. Tollet eum ventus vrens et auferet: et velut turbo rapiet eum de loco suo. Et mittet super eum. et non parcet: de manu eius fugiens fugiet. Stringet super eum man? suas: et sibilabit sup illum intuens locum eius.

Capi. XXVIII.

Habet argentum venaruz suarum principia: 7 auro locus est in quo conflatur. Ferruz de terra tollit̃: et lapis solutus calore i es vertit̃. Temp? posuit tenebris: 7 vniuersoz finem ipse psiderat. Lapidem q̃z caliginis et umbram mortis diuidet torrens a populo peregrinante: eos q̃s oblitus est pes egentis hois et inuios. Terra de qua oriebat̃ panis: in loco suo ignis subuersa est. locus saphiri lapides eius: 7 glebe illius aurum. Semitam ignorauit auis: nec intuitus est oculos vulturis. Non calcauerunt eaz filij insticiozum: nec pertransiuit per eam leena. Ad salicẽ extendit manũ suam: subuertit a radicibo mõtes. In petris riuos excidit et om̃e precioſũ vidit oculus eius. Profũda q̃z fluuioz scrutatus est: et abscondita pduxit in lucẽ. Sapiencia vero vbi inuenitur: et quis est locus ītelligencie: Nescit homo precium eius: nec inuenit̃ in terra suauiter viuentiũ. Abissus dicit. non est ī me: et mare loquitur non est mecum. Nõ dabitur aur̃ obrisum pro ea: nec appendetur argentũ in ꝓmutatione eius. Non cõferet̃ tinctis ī die coloribo: nec lapidi sardonico pcioſissimo vel saphiro. Non adequabit̃ ei aur̃ vel vitruz: nec ꝓmutabuntur vasa pro ea auri excelsa 7 eminentia: non cõmemorabunt̃ ꝓpatione eius. Trahitur aũt sapiencia de occultis. Non adequabitur ei topasion de ethiopia: nec tincture mundissime component̃. Unde ergo sapiencia venit: et q̃s est locus intelligencie: Abscondita est ab oculis oim viuentiuz: volucres quoq; celi latet. Perditio 7 mors dixerũt: auribo nostris audiuimus famam eius. Deus intelligit viam eius: 7 ipe nouit locum illius. Ipse em̃ fines mũdi intuetur: et omnia q̃ sub celo sunt respicit. Qui fecit ventis pondus: et aquas appendit mensura. Quando ponebat pluuijs legem et viam pcellis sonantibo: tunc vidit illam et enarrauit: et prepauit et inuestigauit. 7 dixit homini. Ecce timor domini ipsa est sapiencia: et recedere a malo intelligencia.

Capitulum. XXIX.

Addidit q̃z iob assumẽs parabolã suã et dixit. Quis mihi tribuat vt sim iuxta mẽses pristinos: sm dies q̃bo deus custodiebat me: Q̃n splendebat lucẽna eius sup caput meum: et ad lumẽ eius ambulabã in tenebris. Sicut fui in diebo adolescẽcie mee: q̃n deus secreto erat ī tabernaculo meo. Q̃n erat omnipotens mecũ: 7 in circuitu meo pueri mei. Q̃n lauabam pedes meos butiro: 7 petra fundebat mihi riuos olei. Quando pcedebã ad portam ciuitatis: 7 in platea parabant cathedraz mihi. Videbant me iuuenes et absco̅debant̃: et senes stabant assurgẽtes. Principes cessabant loqui: et digituz suppone bant ori suo. Uocẽ suaz cohibebãt duces: et lingua eor̃ gutturi suo adherebat. Auris audiens beatificabat me: 7 oculus videns testimoniũ reddebat mihi: eoq; liberassem pauperem vociferantem: et pupillum cui non esset adiutor. Benedictio perituri sup me veniebat: 7 cor vidue ꝓsolatus sum. Justicia indutus sum: et vestiui me sicut vestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui ceco: 7 pes claudo. Pater

eram paupeꝝ:et cauſam quã neſciebaz diligentiſſime inueſtigabã. Conterebã molas iniqui:et de dentibus illius auferebaz predam. Dicebazqꝫ. In nidulo meo moriar:et ſicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta eſt ſecus aquas:ꝛ ros morabiꝫ in meſſione mea. Gloria mea ſemper innouabiꝫ:ꝛ arcus meus ĩ manu mea inſtaurabiꝫ. Qui me audiebãt expectabant ſententiaz:et intenti tacebant ad ꝓſilium meum. Verbis meis addere nihil audebãt: et ſup illos ſtillabat eloquiũ meum. Expectabant me ſicut pluuiam:et os ſuũ aperiebant quaſi ad ỹmbrem ſerotinũ. Si qñ ridebam ad eos non credebant:ꝛ lux vultus mei non cadebat in terraz. Si voluiſſem ire ad eos ſedebam primus. Cunqꝫ ſederem quaſi rex circũſtante exercitu:eraz tamen merentium conſolator.

Capitulum. XXX.

Nunc aũ deriſerunt me iuniores tempore:quoꝝ non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quoꝝ virtus manuũ mihi erat ꝓ nihilo: et vita ipſa putabanꝫ indigni. Egeſtate et fame ſteriles:qui rodebant in ſolitudine ſqualentes calamitate ꝛ miſeria. Et mandebant herbas et arborum corticeſ:et radix iuniperoꝝ erat cibus eorum. Qui de conuallibꝰ iſta rapientes:cum ſingula reperiſſent. ad ea cum clamore currebant. In deſertis habitabant torrentium:et in cauernis terre. vl' ſuper glaream. Qui inter huiuſcemodi letabanꝫ:et eſſe ſub ſentibus delicias computabant. Filij ſtultorum et ignobilium:et in terra penitus nõ parentes. Nunc in eorum canticuz verſus ſum:ꝛ factus ſum eis in ꝓuerbium. Abominantur me ꝛ longe fugiunt a me:et faciem meam conſpuere non verenꝫ. Pharetram enim ſuam aperuit et afflixit me: et frenum poſuit in os meum. Ad dexterã orientis calamitatis mee ilico ſurrexerũt. Pedes meos ſubuerterunt: oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis. Diſſipauerũt itinera mea:inſidiati ſunt mihi et preualuerunt:et non fuit qui ferret auxilium. Quaſi rupto muro et aperta ianua irruerunt ſuper me:ꝛ ad meas miſerias deuoluti ſunt. Redactus ſum in nihilũ. Abſtuliſti quaſi ventus deſideriũ meum:et velut nubes pertranſiit ſalus mea. Nunc aũt in memetipſo marceſcit anima mea:ꝛ poſſident me dies afflictionis. Nocte os meum perforaꝫ doloribꝰ:et qui comedunt me nõ dormiunt. In multitudine eoꝝ conſumiꝫ veſtimentũ meum:et quaſi capitio tunice ſic cinxerunt me. Compatus ſum luto:et aſſimulatus ſuz fauille ꝛ cineri. Clamabo ad te et non exaudies me:ſto et non reſpicies me. Mutatus es mihi ĩ crudelez:ꝛ in duricia manus tue aduerſaris mihi. Eleuaſti me:et quaſi ſup ventum ponens eliſiſti me valide. Scio qz morti tradas me: vbi conſtituta eſt domus omĩ viuenti. Verumtamẽ non ad ꝓſumptionem eoꝝ emittis manũ tuaz:ꝛ ſi corruerit ipe ſaluabis. Flebam quondã ſup eo qui afflictꝰ erat: et compaciebaꝫ anima mea paupi. Expectabam bona et venerunt mihi mala:preſtolabar lucem et eruperunt tenebre. Interiora mea efferbuerũt abſqꝫ vlla requie: preuenerunt me dies afflictionis. Merens incedebam:ſine furore ꝓſurgens. in turba clamaui. Frater fui draconum:et ſocius ſtrutionum. Cutis mea denigrata eſt ſup me:ꝛ oſſa mea aruerũt pre caumate. Verſa eſt in luctum cithara mea:et organum meum in vocem flentium.

Capitulum. XXXI.

Pepigi fedus cũ oculis meis:vt ne cogitarẽ quidem de virgine. Quaz enim ptem haberet in me deus deſuper:et hereditatem omĩpotens de excelſis? Nunquid non ꝓditio eſt iniquo:et alienatio opantibꝰ iniuſticiã? Nõne ipſe conſiderat vias meas:et cũctos greſſus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate et feſtinauit in dolo pes meꝰ:appendat me in ſtatera iuſta:et ſciat deus ſimplicitatẽ meam. Si declinauit greſſus meꝰ de via. etſi ſecutus eſt oculus meus cor meũ. etſi ĩ manibꝰ meis adheſit macula:ſeram et alius comedat:et progenies mea eradicetur. Si deceptum eſt cor meuz ſuper muliere:etſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum:ſortum alterius ſit vxor mea. et ſuper illam incuruentur alij. Hoc enim nephas eſt et iniqtas maxima. ignis eſt vſqꝫ ad ꝓditionem deuorans:et omnia eradicans germina. Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo et ancilla mea:cũ diſceptarent

aduersum me. Quid enī faciaz cū surrexe-
rit ad iudicandū deus: et cū quesierit quid
respondebo illi: Nunqd non in vtero fecit
me q et illuz opatus est. et formauit me in
vulua vnus: Si negaui qd volebaz paupi-
bus: ꝛ oculos vidue expectare feci. Si co-
medi bucellā meā solus: et nō ꝓmedit pu-
pillus ex ea. Quia ab infancia mea creuit
mecū miſatio: ꝛ de vtero mr̄is mee egres-
sa est mecū. Si desperi ꝑtereuntē eoꝝ non
habuerit indumentū: ꝛ absq operimento
paupem. Si non benedixerūt mihi latera
eius: et de velleribz ouiū meaz calefactus
est. Si leuaui sup pupillū manū meā eciā
cum viderē me in porta supiorē: humerus
meus a iūctura sua cadat: ꝛ brachiū meuz
cū suis ossibz ꝓfringat̄. Semp enī q̄si tu-
mētes sup me fluct⁹ timui deū: ꝛ pond⁹ ei⁹
ferre nō potui. Si putaui auꝝ robur me-
um: ꝛ obrizo dixi fiducia mea. Si letatus
sum sup multis diuicijs meis: etqz pluri-
ma repit man⁹ mea. Si vidi solem cū ful-
geret et lunaz incedentē clare. et letatū est
in abscōdito cor meū: ꝛ osculatus suz ma-
nuz meā ore meo. q̄ est iniq̄tas maxima. ꝛ
negatio ꝓt̄ deū altissimū. Si gauisus sū ad
ruinā eius q̄ me oderat: et exultaui q̄ inue-
nisset euz malū. Non enī dedi ad peccandū
guttur meū: vt expetere maledicens aīam
eius. Si nō dixerūt viri tabnaculi mei: q̄s
det de carnibz eius vt saturemur. Foris nō
mansit pegrinus: ostiū meū viatori patu-
it. Si abscondi q̄si hō peccatū meuz: ꝛ ce-
laui in sinu meo iniquitatē meā. Si expa-
ui ad mr̄itudinē nimiā: et despectio ꝑpin-
q̄ꝝ terruit me: et ñ magis tacui nec egres-
sus sum ostiū. Quis mihi tribuat adiuto-
rem vt desideriū meū audiat oñpotens et
libꝝ scribat ipse q̄ iudicat: vt ī hūero meo
portem illū et circūdem illū quasi coronā
mihi: Per singulos gradus meos pnūcia-
bo illū: et quasi ꝑncipi offerem eū. Si adu-
ersum me ẽra mea clamat: et cū ipsa sul-
ci eius deflent. Si fruct⁹ eius ꝓmedi absq
pecunia: ꝛ aiaz agricolaꝝ ei⁹ afflixi ꝑ fru-
mēto oriat̄ mihi tribul⁹: et ꝑ ordeo spina.

Capi. XXXII.

Quiserūt aūt tres viri isti respondere iob: eoꝝ
iustus sibi videretur. Et iratus in-
dignatusq est beliu fili⁹ barachel buzites
de cognatione ram. Iratus est aūt aduer-
sum iob. eoꝝ iustuz se esse diceret coraī deo.
Porro aduersum amicos eius indignatus
est eoꝝ nō inuenissent responsionē ratio-
nabilem: sed tantūmodo ꝓdemnassent iob.
Igit̄ beliu expectauit iob loquentez: eoꝝ
seniores essent qui loquebanť. Cum autez
vidisset q̄ tres respondere nō potuissent:
iratus est vehementer. Respondensq beliu
filius barachel buzites dixit. Junioz sum
tempe: vos ať antiquioz es. Ideirco dimis-
so capite veritus sum vobis indicare meā
sententiam. Sperabam enī q̄ etas plurioz
loquereť: et annorū multitudo doceret sa-
pientiam. Sed vt video spiritus est in ho-
minibz: ꝛ inspiratio omnipotentis dat in-
telligenciaz. Non sunt longeui sapientes:
nec senes intelligunt iudiciū. Ideo dicam
audite me: ostendam vobis eciā ego meaz
scienciā. Expectaui enī sermones vestros:
audiui prudenciā vestraz. Donec discepta-
remini sermonibz vr̄is: et donec putabam
vos aliquid dicere ꝑsiderabam. Sed vt vi-
deo non est q̄ possit arguere iob: et respō-
dere ex vobis sermonibz eius. Ne forte di-
catis inuenimus sapienciā: deus proiecit
eum non homo. Nihil locutus est mihi: et
ego nō ꝑm sermones vr̄os respondebo illi.
Extimuerūt: nec rñderunt vlť: abstulerūt
q̄z a se eloquium. Quī enī expectaui ꝛ nō
sunt locuti. steterunt nec rñderunt vlť: re-
spondebo et ego ptem meā: et ostendā sci-
enciaz meā. Plenus sum enī sermonibz: et
coartat me spūs vteri mei. En venter me⁹
q̄si mustuz absq̄ spiraculo: qd lagunculas
nouas dirūpit. Loq̄r ꝛ r̄spirabo paululū:
apiam labia mea et rñdebo. Non accipiaz
psonā viri: ꝛ deū homini nō equabo. Nesc-
io enī q̄diu subsistam: etsi post modicum
tollat me factor meus.

Capi. XXXIII.

Verbi igitur Job eloquia mea: et
omnes sermones meos ausculta.
Ecce aperui os meum: loquatur
lingua mea in faucibus meis. Simplici
corde meo sermones mei: et sententiam
labia mea puram loquentur. Spiritus
dei fecit me: et spiraculum omnipotentis
viuificauit me. Si potes respondē mihi:
et aduersus faciem meam consiste. Ecce
et me sicut et te fecit deus: et de eodem lu-
to ego quoqz formatus sum. Ideoq̄ mi-
raculū meum nō te terreat: et eloquencia

mea non sit tibi ḡuis. Dixisti ḡ in auribꝫ meis: ⁊ vocē verborꝫ tuorꝫ audiui. Mundꝰ sum ego ⁊ absq; delicto: īmaculatus. et nō est iniq̄tas ī me. Quia q̄relas in me reperit: ideo arbitꝫ est me inimicū sibi. Posuit in neruo pedes meos: custodiuit oēs semitas meas. Hoc est ḡ in quo nō es iustificatus. Rñdebo tibi: q̄ maior sit deus hoīe. Aduersus eū ꝯtendis: q̄ non ad oīa verba rñderit tibi. Semel loquit̄ deus: et secundo idipm non repetit. Per somnium in visione nocte: q̄n irruit sopor sup homines: et dormiūt in lectulo. Tunc aperit aures virorꝫ ⁊ erudiens eos instruit disciplina: vt auertat hoīez ab his q̄ fecit. ⁊ liberet eū de superbia: eruens animaz eius a corruptione. ⁊ vitā illius vt non transeat in gladiuz. Increpat q̄z per dolorem in lectulo: et omīa ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit ī vita sua panis: ⁊ aīe illi⁹ cibꝫ añ desiderabil̄. Tabescet caro ei⁹: et ossa q̄ tecta fuerant nudabunt̄. Appropinq̄bit corruptioni aīa eius: ⁊ vita illius mortiferis. Si fuerit p eo angelus loq̄ns vnū de milibꝫ vt anunciet hoīs equitatem: miserebit̄ eius ⁊ dicet. Libera eū vt nō descendat ī corruptionē. Inueni in q̄ ei ꝓpicier. Cōsumpta est caro eius a supplicijs: reuertat̄ ad dies adolescencie sue. Deprecabit̄ deū et placabilis ei erit: et videbit faciem eius ī iubilo: et reddet homini iusticiā suā. Respiciet hoīes ⁊ dicet. Peccaui et vere delicq̄: ⁊ vt erā dignus non recepi. Liberauit aīam suaz ne pgeret in interitū: sed viuens lucē videret. Ecce hec oīa opat̄ de⁹ tribꝫ vicibꝫ p singulos: vt reuocet animas eorꝫ a corruptione: et illuīnet luce viuentium. Attende iob ⁊ audi me: et tace dum ego loquor. Si aut̄ habes q̄d loquaris rñde mihi. Loquē. Ecce eī te apparere iustū. Quod si nō habes audi me: tace ⁊ docebo te sapienciam. ¶ Capi. XXXIIII.

Pronuncians itaq; heliu eciaz hec locutus ē. Audite sapiētes verba mea: ⁊ eruditi auscultate me. Auris eī verba pbat: et guttur escas gustu dijudicat. Judiciū eligamus nobis: et int̄ nos videamus quid sit melius. Quia dixit iob iustus sum: et deus subuertit iudiciuz meū. In iudicando eī me mendaciuz est: violenta ē sagitta mea absq; vllo peccato.

Quis est vir vt est iob q̄ bibit subsānationem quasi aquā. qui graditur cū opantibꝫ iniquitatem ⁊ ambulat cum viris impijs. Dixit enim. nō placebit vir deo: eciāsi cucurrerit cum eo. Ideo viri cordati audite me. absit a deo impietas: ⁊ ab ōnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei: ⁊ iuxta vias singulorum restituet eis. Vere enim deus non contemnabit frustra: nec omnipotens subuertet iudicium. Quē cōstituit aliū sup terraz: aut quē posuit sup orbem quē fabricatus est: Si direxerit ad eū cor suū: spūm illi⁹ ⁊ flatū ad se trabet. Deficiet omnis caro simul: ⁊ homo in cinerem reuertet̄. Si habes ergo intellectū audi quod dicitur: et ausculta vocem eloquij mei. Numq̄d qui non amat iudiciū sanari potest: Et quomō tu eum qui iustus est intantum condemnas: Qui dicit regi apostata: q̄ vocat duces impios. Qui nō accipit psonas principū: nec ꝓgnouit tyrannum cum disceptaret cōtra paupem. Opus eī manuū ei⁹ sunt vniuersi. Subito morient̄ur: et in media nocte turbabunt̄ pli: ⁊ ptransibūt ⁊ auferēt violentū absq; manu. Occli eī ei⁹ sup vias hoīm: ⁊ oīes gressus eorꝫ ꝓsiderat. Nō sūt tenebre et nō ē vmbra mortis: vt abscondāt̄ ibi q̄ opant̄ iniq̄tatē. Neq; eī vlt̄ in hoīs potestate est vt vēiat ad deū in iudiciū. Cōteret multos ⁊ inumerabiles: ⁊ stare faciet alios p eis. Nouit eī opa eorꝫ: ⁊ idcirco inducet noctem ⁊ conterent̄. Quasi impios percussit eos in loco videntiū. Qui q̄si de industria recesserūt ab eo. ⁊ omnes vias ei⁹ itelligere noluerūt vt puenire facerēt ad deū clamorē egeni: ⁊ audiret vocē paupꝝ. Ipso eī cōcedente pacē: quis est qui ꝓdemnet: Et q̄ absconderit vultū: q̄s est qui cōtemplet̄ eū: Et sup gētes: ⁊ sup oīes homies. Qui regnare facit hominē ypocritā. pp̄ peccata populi. Quia ḡ ego locutus sum ad deū: te q̄z nō phibebo. Si erraui tu doce me. Si iniq̄tatē locut⁹ sū: et vlt̄ nō addā. Numq̄d a te deus expetit eam: q̄a displicuit tibi: Tu eī cepisti loq̄ ⁊ nō ego. Od si q̄d nosti meli⁹ loq̄re. Viri intellgētes loquāt̄ mihi: ⁊ vir sapiēs audiet me. Job aūt stulte locut⁹ ē: ⁊ verba illi⁹ nō sonāt disciplinā. Pater mi: pbet̄ iob vsq; ad finē: ne ꝺsinas ab hoīe iniq̄tatis: q̄ addit sup pcā

sua blasphemiã. Inter nos iterim pstringat: et tunc ad iudicium prouocet sermonib suis deũ.

¶ Capitulum. XXXV.

Igitur heliu hec rursum locutus est. Nunquid equa videt tibi tua cogitatõ: vt dicẽs iustior deo sum? Dixisti enim. Non tibi placet quod rectũ est. Vel quid tibi proderit: si ego peccaue ro? Itaq; ego respondebo sermonib tuis. et amicis tuis tecu. Suspice celum et intuere: et pspice ethera q altior te sit. Si peccaueris: quid ei nocebis? Etsi multiplicate fuerint iniquitates tue: quid facies contra eum? Porro si iuste egeris. qd donabis ei: aut qd de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est nocebit impietas tua: et filium hois adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: et eiulabunt propter vim brachij tirannor. Et non dixit vbi est de? qui fecit me: qui dedit carmina in nocte. Qui docet nos super iumenta terre: et sup volucres celi erudit nos. Ibi clamabunt et non exaudiet pter superbiam malor. Non ergo frustra audiet deus: et omnipotens causas singulorum intuebitur. Etiam cum dixeris non considerat: iudicare coram illo. et expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum: nec vlciscitur scelus valde. Ergo iob frustra aperit os suum: et absq sciencia verba multiplicat.

¶ Capitulum. XXXVI.

Audens quoq heliu hec locut? est. Sustine me paululum: et indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro deo loquar. Repetam sciencia meaz a principio: et operatorem meum probabo iustum. Vere enim absq mendatio sermones mei: et perfecta sciencia probabitur tibi. Deus potentes non abicit cum et ipe sit potens: sed non saluat impios: et iudicium pauperibus tribuit. Non auferet a iusto oculos suos: et reges in solio collocat in perpetuum: et illic eriguntur. Etsi fuerint in cathenis et vinciantur funibus paupertatis: indicabit eis opera eorum et scelera eorum: q violenti fuerunt. Reuelabit quoq aurem eorum vt corripiat: et loquetur vt reuertantur ab iniquitate. Si audierint et obseruauerint cõplebunt dies suos in bono: et annos suos ĩ gloria. Si aũt non audierint transibunt p gladium: et psumentur in stultitia. Simulatores et callidi puocant irã dei: neq; clamabũt cum vincti fuerint. Morietr in tẽpestate aia eorum: et vita eor inter effemĩatos. Eripiet de angustia sua paupez: et reuelabit ĩ tribulatione aurez eius. Igit saluabit te de ore angusto latissime: et non habente fundamentũ subt se. Requies at mense tue erit plena pinguedine. Causa tua q̃si impij iudicata est: causaz iudiciũq; recipies. Nõ te q̃ supet ira vt aliqũ opprimas: nec multitudo donor inclinet te. Depone magnitudinem tuã absq; tribulatione: et omẽs robustos fortitudĩe. Nec ptrahas noctẽ: vt ascendãt populi p eis. Caue ne declines ad iniquitatez. Hanc em̃ cepisti sequi post miseriã. Ecce deus excelsus in fortitudine sua: et nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius: aut quis audet ei dicere opatus es iniquitatẽ? Memento q ignores opus ei?: de quo cecinerunt viri. Omnes hoies vident eum: vnusquisq; intuetur procul. Ecce deus magn? vincens scienciam nrãm. Numerus annorum eius inestimabilis. Qui aufert stellas pluuie et effundit ymbres adistar gurgitum. Qui de nubib fluunt: q̃ pterunt cuncta desuper. Si voluerit extendere nubes quasi tentoriuz suum et fulgurare lumine suo desuper: cardines q; maris operiet. Per hec enim iudicat populos: et dat escam multis mortalib. In manib abscõdit lucem. et precipit ei vt rursus aduenĩat. Annunciat de ea amico suo q possessio eius sit: et ad eam possit ascendere.

¶ Capitulum. XXXVII.

Super hoc expauit cor meum: et emotus est de loco suo. Audiet auditioñem in terrore vocis eius: et sonum de ore illius procedentem. Subter omnes celos ipse considerat: et lumẽ illius sup terminos terre. Post eum rugiet sonitus: tonabit voce magnitudinis sue: et non inuestigabitur cuz audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabilit: qui facit magna et instrutabilia. Qui precepit niui vt descendat in terram: et hijemis pluuijs et ymbri fortitudinis sue. Qui ĩ manu omnium hoim signat vt nouerint singuli opa sua. Ingrediet bestia latibulũ

suum:⁊ in antro suo morabitur. Ab interioribꝫ egredietᷣ tempestas:et ab arcturo frigus. flante deo cõcrescit gelu:⁊ rursum latissime fundunᷣ aque. Frumẽtũ desiderat nubes:et nubes spargunt lumen suũ. Que lustrant cuncta ꝑ circuitũ quocunqꝫ eas voluntas gubernãtis duxerit ad omne quod ꝓceperit illis sup faciẽ orbis terraꝝ: siue in vna tribu siue in terra sua. siue in quocũqꝫ loco misericordie sue eas iusserit inueniri. Ausculta hec iob:sta et cõsidera mirabilia dei. Nunqꝺ scis quando precepit deus pluuijs:vt ostenderẽt lucem nubium eius: Nunqꝺ nosti semitas nubiũ magnas et ꝑfectas sciencias: Nonne vestimẽta tua calida sunt cũ pflata fuerit terra austro: Tu forsitan cũ eo fabricatus es celos:qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Ostende nob quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei q̃ loquor: Eciamsi locutus fuerit homo deuorabitur at nunc non vident lucem. Subito aer cogeᷣ in nubes:et ventus transiens fugabit eas. Ab aq̃lone auꝝ venit:et a deo formidolosa laudatõ. Digne eũ inueniri ñ possum⁹. Magnus fortitudine ⁊ iudicio ⁊ iusticia:⁊ enarrari ñ potest. Ideo timebunt eũ viri: ⁊ nõ audebunt eũ ꝓtemplari omes qui sibi videnᷣ esse sapientes.

Capitulum. XXXVIII.

Respondens aũt dñs iob de turbine dixit. Quis est iste inuoluens sentencias sermonib⁹ imperitis: Accinge sicut vir lumbos tuos:interrogabo te et responde mihi: Vbi eras q̃n ponebam fundamenta terre: Indica mihi si habes intelligenciam. Quis posuit mensuras ei⁹ si nosti:vel quis tetendit sup eam lineam: Super quo base illius solidate sunt: Aut quis dimisit lapidem angularem eius cum me laudarent simul astra matutina:⁊ iubilarent omes filij dei: Quis ꝓclusit ostijs mare q̃n erumpebat q̃si de vulua ꝓcedens: cum ponerẽ nubem vestimentũ eius. ⁊ acligine illud quasi pãnis infancie obuoluerem: Circũdedi illud terminis meis:et posui vectem et ostia:et dixi. Usq̃huc venies et non ꝓcedes amplius:⁊ hic ꝓfringes tumentes fluctus tuos. Nunquid post ortuꝫ tuum ꝓcepisti diluculo et ostendisti aurore locũ suuꝫ:nunqꝺ ⁊ tenuisti ꝓcuciens extrema ẽre. excussisti ipios ex ea: Restituetᷣ vt lutũ signaculum:⁊ stabit sicut vestimentum. Auferetᷣ ab impijs lux sua:et brachium excelsum confringetur. Nunqꝺ ingressus est ꝑfundum maris:⁊ in nouissimis abijssi deambulasti: Nunqꝺ aperte sũt tibi porte mortis:⁊ ostia tenebrosa vidisti: Nunqꝺ ꝓsiderasti latitudinẽ terre: Indica mihi si nosti omnia in qua via lux habitet et tenebrarũ quis locus sit:vt ducas vnũquodq̃ ad terminos suos:et intelligas semitas domus eius: Sciebas tunc q̃ nasciturus esses:et numerꝫ dierꝫ tuorꝫ noueras: Nunqꝺ ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti:que ꝓparaui in tempus hostis. in diem pugne et belli: Per quã viaꝫ spargit lux. diuidit estus sup terrã: Quis dedit vehementissimo ymbri cursum ⁊ viã sonantis tonitrui:vt pluueret super terram absq̃ homine in deserto vbi nullus mortaliuꝫ ꝓmorat: vt impleret inuiam et desolataꝫ. et produceret herbas virentes: Quis est pluuie pat:vel quis genuit stillas rorис: De cuius vtero egressa est glacies:et gelu de celo quis genuit: In similitudinẽ lapidis aque duranᷣ:⁊ superficies abyssi ꝓstringit. Nunqꝺ ꝓiungere valebis micantes stellas pliades: aut girum arcturi poteris dissipare: Nũquid ꝓducis luciferũ in tpe suo:et vesperũ super filios terre ꝓsurgere facis: Nũquid nosti ordinẽ celi:⁊ pones rationem eius in terra: Nunqꝺ eleuabis in nebulam vocem tuam:⁊ impetus aq̃rũ opiet te: Nũqꝺ mittes fulgura ⁊ ibũt ⁊ reuertẽcia dicẽt tibi assum⁹: Quis posuit in visceribus homis sapiẽciam:vel quis dedit gallo itelligenciaꝫ: Quis enarrabit celoꝝ rationẽ:⁊ ꝓtentũ celi quis dormire faciet: Quãdo fundabatur puluis in eraꝫ:et glebe ꝓpigebanᷣ: Nunqꝺ capies leene predã ⁊ aiaꝫ catuloꝝ ei⁹ implebis:q̃n cubant in antris ⁊ in specubꝫ insidiantur: Quis ꝓparat coruo escã suam:q̃n pulli ei⁹ clamãt ad deum vagantes:eoq̃ non habeant cibos.

Capitulum. XXXIX.

Nunqnid nosti tempus partus ibicum in petris:vel parturientes ceruas obseruasti. Dinumerasti menses conceptus earum:et scisti tempus partus earum: Incuruantur ad fetum et pariũt:et rugitus emittunt. Sepanᷣ filij

eaꝝ et pgunt ad pastū:egrediunt ꝙ nō re-
uertent ad eas. Quis dimisit onagrū libe-
rum:et vincula eius ꝙs soluit:Cui dedi in
solitudine domū:ꝙ tabnacula eius ī terra
salsuginis. Contēnit mltitudinē ciuitatis:
clamorem exactoris nō audit. Circūspicit
montes pascue sue:et virentia queqꝫ pqui-
rit. Nunquid volet rinoceros seruire tibi:
aut morabit ad psepe tuū: Nunqd alliga-
bis rinocerotam ad arandū loro tuo:aut
pfringet glebas valliuꝫ post te: Nunqd fi-
duciam habebis in magna fortitudīe eius:
Et derelinques ei labores tuos: Nunquid
credes illi qm̄ sementē reddet tibi:ꝙ aream
tuā congreget: Pēna strutōnis similis est
pennis herodij ꝙ accipitris. Qñ derelīquit
ova sua ī terra:tu forsitan ī puluere cale-
facies ea: Obliuiscit ꝙ pes pculcet ea:aut
bestia agri conterat. Durat ad filios suos
quasi non sint sui:frustra laborauit nullo
timore cogente. Priuauit em̄ eaꝫ deus sa-
piencia:nec dedit illi intelligenciaꝫ. Cum
tempus fuerit ī altum alas erigit:deridet
equū ꝙ ascensorē eius. Nunqd prebebis eq̄
fortitudinē:aut circūdabis collo eiꝰ hin-
nituꝫ: Nunqd suscitabis eū quasi locustas:
Gloria nariū eius terror:terram vngula
fodit. Exaltat audacter:in occursum per-
git armatis. Contemnit pauorē:nec cedit
gladio. Sup ipm sonabit pharetra:vibra-
bit hasta et clipeus. Feruens et fremens
sorbet terrā:nec reputat tube sonare clan
gorē. Vbi audierit bucinā dicit vah: pcul
odorat bellū exhortation ē ducum:et vlu-
latum exercitus. Nūquid p sapienciā tuaꝫ
plumescit accipit:expandens alas suas ad
austꝝ: Nunqd ad preceptū tuū eleuabitur
aquila:et ī arduis ponet nidū suū: In pe-
tris manet.et ī preruptis silicibꝰ pmorat:
atqꝫ ī accessis rupibꝰ. Inde pcemplat escaꝫ:
et delonge oculi eius pspiciūt. Pulli eius
lambunt sanguinē:ꝙ vbicūqꝫ cadauer fue-
rit statim adest. Et adiecit dñs:et locutus
est ad iob. Nunqd qui ptendit cū deo:tam
facile pquiescit: Vtiqꝫ qui arguit deū debet
et respondere ei. Respondens aūt iob dño
dixit. Qui leuit locutus sum.rndere quid
possum: Manum meā ponam sup os meū.
Vnum locutus sum qd vtinaꝫ nō dixissez:
et alteꝫ:quibꝰ vltra non addam.

¶ Capitulum.XXXX.

Respondens aūt dñs iob de turbine
dixit. Accinge sicut vir lūbos tu-
os:interrogabo te:ꝙ indica mihi.
Nunquid irritum facies iudicium meū:et
cōdemnabis me vt iustificeris: Etsi habes
brachiū sicut deꝰ et voce simili tonas:cir-
cumda tibi decorem et in sublime erigere:
et esto glorioſus ꝙ speciosus induere vesti-
bus. Disperge superbos in furore tuo et
confunde eos:et respiciens omnem arro-
gantem humilia. Respice cunctos supbos
et confunde eos:et contere impios in loco
suo. Absconde eos ī puluere simul:et faci-
es eorum demerge in foueam.et ego confi-
tebor ꝙ saluare te possit dextera tua. Ecce
behemoth quez feci tecū:fenum quasi bos
comedet. Fortitudo eius in lumbis eius:
et virtus illius in vmbilico ventris eius.
Stringit caudam suā quasi cedrum:ner-
ui testiculoꝝ eius perplexi sunt. Ossa eius
velut fistule eris:cartilago illius quasi la-
mine ferree. Ipse est principium viaꝝ dei.
Qui fecit eū applicabit gladiuꝫ eius:huic
mōtes herbas ferūt. Omnes bestie agri lu-
dent ibi:sub vmbra dormit ī secreto calami.
in locis humētibꝰ. Protegūt vmbre vmbrā
eius:circūdabunt eū salices torrētis. Ecce
absorbebit fluuiū ꝙ nō mirabit:ꝙ habz fi-
duciā ꝙ influat iordanis ī os eiꝰ. In ocu-
lis eius quasi hamo capiet eū:ꝙ in sudibꝰ
pforabit nares eiꝰ. An extrahere poteris
leuiathan hamo:ꝙ fune ligabis linguā eiꝰ
Nunqd pones circuluꝫ in naribꝰ eius:ar-
milla pforabis maxillā eius: Nūquid mul-
tiplicabit ad te preces:vt loquet tibi mol-
lia: Nunqd feriet tecū pactū:ꝙ accipies eū
seruum sempiternuꝫ: Nunqd illudes ei q̄si
aui:aut ligabis eū ancillis tuis: Cōcident
eū amici:diuident illuꝫ negociatores. Nū-
quid īplebis sagenas pelle eius:ꝙ gurgu-
tiū piscium capite illius: Pones sup eū ma-
num tuā: Memēto belli:nec vltra addas lo-
qui. Ecce spes eiꝰ frustrabit eū:ꝙ vidētibꝰ
cunctis pcipitabit.

¶ Capi.XXXXI.

Non quasi crudelis suscitabo eum.
Quis enim resistere potest vul-
tui meo:ꝙ quis ante dedit mihi vt
redda mei: Omnia que sub celo sunt mea
sunt. Non parcam ei et verbis potenti-
bus:et ad deprecandum compositis. Quis
enim reuelabit faciem indumenti eius:

Et in medium oris eius qs inꝛbit: ꝓ Portas vultus eius qs apiet: ꝓ Per girum dentium eius formido: corpus illius q̃si scuta fusilia. q ꝓpactũ squamis se ꝑmentibꝰ. Una vni ꝓiungit̃: q ne spiraculũ quidẽ incedit ꝑ eas Una alteri adherebit: et tenẽtes se nequaq̃ sepabũt̃. Externutacõ ei⁹ splẽdor ignis. et oculi ei⁹ vt palpebre diluculi. De ore ei⁹ lampades ꝓcedũt. sicut tede ignis accense de maibꝰ eius ꝓcedit fumus: sicut olle succense atq; feruẽtes. Halitus ei⁹ prunas accendere facit: et flãma de ore eius egredit̃. In collo ei⁹ morabit̃ fortitudo: q facie ei⁹ precedit egestas. Membra carniũ ei⁹ coherẽtia sibi. Mittet ꝑ eũ fulmia. q ad locũ aliũ nõ ferent̃. Cor eius indurabit̃ tanq̃ lapis: et stringet̃ q̃si malleatoris incus. Cũ sublat⁹ fuerit timebũt angeli: q territi purgabũt̃. Cũ apꝓhẽderit eũ gladi⁹ subsistere ñ poterit: neq; hasta neq; thorax. Reputabit enĩ q̃si paleas ferꝝ: q q̃si lignũ putridũ es. Nõ fugabit eũ vir sagittari⁹: in stipulaz versi sũt ei lapides funde. Quasi stipulã estimabit malliũ: q ꝟridebit vibrantẽ hastã. Sub ipso erũt radij solis: et sternet sibi auꝝ q̃si lutuz. Feruescere faciet q̃si ollam ꝑfundũ mare: ponet q̃si cũ vngenta bulliũt. Post eũ lucebit semita: estimabit abissum quasi senescentẽ. Nõ est sup terrã pt̃as que ꝓpet̃ ei: qui factus ẽ vt nullũ timeret. Omne sublime videt: ipse est rex sup vniuersos filios superbie.

¶ Capi. XXXXII.

Respondens aũ iob dño dixit. Scio q̃ oĩa potes: q nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat ꝓsiliũ absq; sciencia? Ideo insipienter locutus suz. et que vltra modũ excederẽt sciencia meã. Audi q ego loq̃r: interrogabo te et rñde mihi. Auditu auris audiui te: nunc aũ oculꝰ meus videt te. Idcirco ipe me rephendo: q ago pñiaz in fauilla q cinere. Postq̃ aũ locutus ẽ deus verba hec ad iob: dixit ad eliphaz themanitẽn. Iratus ẽ furor me⁹ in te et ĩ duos amicos tuos: qm̃ nõ estis locuti corã me rectũ sicut seru⁹ meus iob. Sumite ergo vobis septẽ thauros et septẽ arietes: q ite ad seruũ meũ iob: q offerte olocaustũ ꝑ vobis. Job aũ seruus me⁹ orabit ꝑ vobis. Faciẽ eius suscipiã: vt non vobis imputet̃ stultitia. Neq; em̃ locuti estis ad me recta: sicut seruus me⁹ iob. Abierũt ergo eliphas themanites q baldath suites q sophar naamathites q fecerũt sicut locutus fuerat dñs ad eos: et suscepit deus faciem iob. Dñs q̃q ꝓuersus est ad pñiaz iob: cum oraret ꝑ amicis suis. Et addidit dñs omia q̃cunq; fuerãt iob duplicia. Venerunt aũt ad eũ omes fres sui et vniuerse sorores sue et cuncti q̃ nouerãt eum ꝓius: et ꝓmederũt cũ eo panẽ in domo ei⁹. Et mouer̃t sup eũ caput: q ꝓsolati sunt eũ sup omni malo qđ intulerat dñs sup eũ: q dederunt ei vnusq̃sq; ouem vnã q inaurez aureã vnam. Dñs aũ benedixit nouissimis iob magisq̃ principio ei⁹. Et facta sunt ei q̃tuordecim milia ouiũ q sex milia camelorꝝ: q mille iugа boum. q mille azine: q fuerũt ei septez filij q tres filie. Et vocauit nomẽ vnius diem: et nomen secunde cassiam: q nomen tercie cornustibij. Nõ sunt aũ inuẽte mlieres speciose sicut filie iob: ĩ vniuersa tra. Deditq; eis ꝑ suus hereditatez inter fres eaꝝ. Vixit aũ iob post hec centũq̃draginta ãnis: q vidit filios suos q filios filioꝝ suoꝝ vsq; ad quartã generationẽ: q mortuus ẽ senex et plenus dieꝝ.

¶ Explicit liber iob. Incipit plogus beati hieronimi presbiteri in psalterium.

Psalteriũ rome dudũ positũ emendarã: q iuxta septuagi ta interꝑtes. licz cursim. magna tñ ex pte correxerã. Od qz rursũ videtis o paula q eu stochiũ scriptoꝝ vicio deꝑuatũ. pluscq̃ antiquũ errorem q̃ nouã emẽdacõez valere: me cogitis vt veluti q̃dã nouali. scissuz iã aruũ exerceã. et obliq̃s sulcis renascentes spinas eradicẽ: equum esse dicentes. vt qđ crebro pullulat crebrius succidat. Cũ cõsueta ꝑfacõne ꝓmoneo taz vos quibꝰ forte labor iste desudat. q̃ eos q̃ exẽplaria istius mõi hãe voluerint: vt q̃ diligent̃ emẽdatui: cũ cura q diligencia trãscribant̃. Notent sibi vnusq̃sq; vel iacentẽ lineaz. vl radiacia signa. id ẽ oboelos vl astericos: q vbicũq; viderit ṽgulaz ꝑcedentẽ. ab ea vsq; ad duo puncta que imꝑfectimus. sciat in septuagi ta translatoribꝰ plus haberi: vbi aũt plus perit stelle similitudiez. de hebreis voluminibꝰ addidtũ nouerit eq̃vsq; ad duo ꝑncta. iuxta theodotionis dumtaxat editionem:

qui simplicitate sermonis a septuaginta interp:etib9 nō discordat. Hec ergo et vobis et studioso cuiq3 feciſſe me sciens. non ambigo multos fore. q̄ vel inuidia vel supercilio malent cōtemnere et videre p̄clara q̄ discere: et de turbulento magis riuo q̄ de purissimo fonte potare.

Explicit prologus. Incipit liber ymnorum vel soliloquiorum.

Beatus vir qui non abijt ī consilio impiorum: et in via peccatorum nō stetit: et in cathedra pestilencie non sedit. Sed in lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanq̄ lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius nō defluet: et omnia quecunq3 faciet prosperabunt. Non sic impij non sic: sed tanq̄ pulvis quez proicit ventus a facie terre. Ideo non resurgunt impij in iudicio: neq3 peccatores in consilio iustorum. Quoniā novit dominus viam iustorum: et iter impiorum peribit.

Psalmus dauid.

Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania? Astiterūt reges terre et principes conuenerunt in vnum: aduersus dominum et aduersus cristum eius. Dirumpamus vincula eor: et proiciamus a nobis iugum iporum. Qui habitat in celis irridebit eos: et dominus subsannabit eos. Tunc loquet ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos. Ego autez constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius: predicans preceptum eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gētes hereditatem tuam: et possessionem tuaz terminos terre. Reges eos in virga ferrea: et tanq̄ vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino ī timore: et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam: nequando iraſcatur dominus et pereatis de via iusta. Cum exarserit ī breui ira eius: beati oēs qui p̄fidunt in eo.

Psalmus dauid cum fugeret a facie absalon filij sui.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi īsurgunt aduersuz me. Multi dicunt aīe mee: non est salus ipsi in deo eius. Tu autē domine suscepto: me? es: gloria mea et exaltans caput meum. Voce mea ad dominuz clamaui: et exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui et soporat? sum: et exurrexi quia dominus suscepit me. Non timebo milia populi circumdantis me: exurge domine saluum me fac deus meus. Quoniam tu p̄cussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccator contriuisti. Domini est salus: et super populum tuum benedictio tua.

In finem in carminib9 psalmus dauid.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iusticie mee: ī tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei: et exaudi orationem meam. Filij hominum vsq3 quo graui corde: ut quid diligitis vanitatem et queritis mendaciū: Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suū: dñs exaudiet me cuz clamauero ad eum. Iraſcimini et nolite peccare: que dicitis ī cordib9 vr̄is et in cubilib9 vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iusticie et sperate in domino: multi dicunt q̄s ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti leticiam in corde meo. A fructu frumēti vini et olei sui: multiplicati sunt. In pace in idipsum: dormiam et requiescam. Quoniam tu domine. singulariter in spe: constituisti me.

In finem p̄o ea que hereditatem cōsequitur. psalmus dauid.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee: rex me? et deus meus. Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neq3 habitabit iuxta te malignus: neq3 permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatē: perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Virum sanguinuz et dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordie tue.

Introibo in domuz tuaz: adorabo ad templum sanctū tuum in timore tuo. Dñe deduc me in iusticia tua: ꝓpter inimicos meos dirige in cōspectu tuo viam meā. Qm̄ non est in ore eorū veritas: cor eoꝝ vanuz est. Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis: ſm multitudinē impietatuz eoꝝ expelle eos: quoniaz irritauerunt te dñe. Et letentur omnes qui sperant in te: ineternū exultabunt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te oñes qui diligunt nomen tuū: quoniam tu bñdices iusto. Dñe: vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. ¶ In finē in carminibꝫ ꝑ octaua psalmus dd.

Dñe ne i furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me. Miserere mei dñe quoniam infirmus sum: sana me dñe quoniaz ꝓturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: et tu dñe vsqꝫquo? Conuertere dñe et eripe animam meam: saluum me fac ꝓpter misericordiā tuam. Quoniam nō est in morte qui memor sit tui: in inferno aūt quis confitebit tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo ꝑ singulas noctes lectuz meum: lacrimis meis stratum meū rigabo. Turbatus est a furore oculus me?: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui opamini iniqtatem: qm̄ exaudiuit dñs vocē fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationē meam: dñs orationem meā suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer oñes inimici mei: cōuertant̄ et erubescant valde velociter.

¶ In finem psalmus dauid quē cantauit dño pro verbis chusi filij Jemini.

Dñe deus meus in te speraui: saluuz me fac ex omnibꝫ psequentibꝫ me et libera me. Nequando rapiat vt leo animā meam: dū non est qui redimat neqz qui saluum faciat. Dñe deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibꝫ meis. Si reddidi retribuentibꝫ mihi mala: decidaz merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam et cōprehendat: ⁊ conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat. Exurge dñe in ira tua: et exaltare in finibꝫ inimicoꝝ meoꝝ. Exurge dñe deus meus in precepto quod mandasti: ⁊ synagoga populoꝝ circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere: dñs iudicat populos. Judica me dñe ſm iusticiam meā: et ſm innocenciā meaz sup me. Consumetur nequicia peccatoruz: ⁊ diriges iustum scrutans corda et renes deus. Justū adiutoriuz meū a dño: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis ⁊ paciēs: nunqd iraſcet̄ ꝑ singulos dies: Nisi conuersi fueritis gladiū suū vibrabit: arcū suum tetendit ⁊ parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibꝫ effecit. Ecce parturit iniusticiā: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacum aperuit ⁊ effodit eum: ⁊ incidit in foueā quaz fecit. Conuertet̄ dolor eius in caput eius: et i verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor dño secundū iusticiaz ei?: et psallam nomini domini altissimi. ¶

In finez psalmus dauid ꝑ torcularibꝫ.

Omine dñs noster: q̄ admirabile e nomē tuuz in vniuersa tra. Quoniam eleuata e magnificēcia tua: sup celos. Ex ore infantium et lactantium pfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum et vltorem. Quoniam videbo celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ: lunā et stellas que tu fundasti. Quid est homo q̄ memor es eius: aut filius hominis qm̄ visitas eum? Minuisti eum paulomin? ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibꝫ ei?: oues et boues vniuersas: insuper et pecora campi. Volucres celi et pisces maris: qui pambulant semitas maris. Domine dñs noster: q̄ admirabile est nomen tuuz in vniuersa terra. ¶

In finem ꝑ occultis filij. psalmus dauid.

Confitebor tibi domie in toto corde meo: narrabo oīa mirabilia tua. Letabor et exultabo in te: psallaz nomini tuo altissime. In cōuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabunt̄ et pibunt a facie tua. Quoniā fecisti iudiciū meum et causam meaz: sedisti sup thronū qui iudicas iusticiaz. Increpasti gentes ⁊ periit impius: nomē eorum delesti in eternum. ⁊ in seculū seculi. Inimici defecerūt

framee in finem: et ciuitates destruxisti. Perijt memoria eor cũ sonitu: ⁊ dñs in eternũ pmanet. Parauit in iudicio thronũ suũ: ⁊ ipse iudicabit orbez ẽre in equitate: iudicabit pplos ĩ iusticia. Et factus est dominus refugiũ paupi: adiutor ĩ oportunitatibz in tribulatione. Et sperent in te qui nouerũt nomen tuũ: qm̃ non dereliquisti querẽtes te dñe. Psallite dño q̃ habitat in syon: anũciate inf gentes studia ei⁹. Qm̃ reqrens sanguinez eor recordatus est: nõ est oblitus clamorẽ paupum. Miſere mei dñe: vide hũilitatez meã de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis: vt anũciem omnes laudationes tuas ĩ portis filie syon. Exaltabo ĩ salutari tuo: infixe sunt gentes ĩ interitu quẽ fecerunt. In laqueo isto quez absconderũt: ꝓhensus est pes eor. Cognoscetur dñs iudicia faciens: in opibz manuũ suarũ ꝓhensus est pcor. Conuertant peccatores in infernũ: omnes gentes q̃ obliuiscunt deum. Quoniã non in finem obliuio erit pauperis: paciencia pauperis nõ peribit in finem. Exurge dñe nõ ꝓfort homo: iudicent gentes in conspectu tuo. Cõstitue dñe legislatorem sup eos: vt sciant gentes qm̃ homines sunt. Ut quid dñe recessisti longe: despicis in oportunitatibz in tribulatione. Cum superbit impius incenditur paup: ꝓhendunt in cõsilijs quibz cogitant. Quoniã laudatur peccator in desideriis anime sue: et iniqu⁹ benedicitur. Exacerbauit dñm peccator: fm multitudinẽ ire sue nõ queret. Non est deus ĩ ꝓspectu eius: ĩquinate sunt vie illi⁹ in omni tempe. Auferunt iudicia tua a facie eius: oim inimicor suor dñabit. Dixit em̃ in corde suo: nõ mouebor a generatione ĩ generationẽ sine malo. Cui⁹ maledictione os plenũ est et amaritudie et dolo: sub lingua eius labor et dolor. Sedet ĩ insidijs cũ diuitibz ĩ occultis: vt ĩterficiat innocentẽ. Oculi eius ĩ paupem respiciũt: insidiat in abscondito quasi leo ĩ spelunca sua. Insidiat vt rapiat paupem: rapere pauperez dum attrahit eũ. In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se et cadet cum dñatus fuerit pauper. Dixit em̃ in corde suo oblitus est deus: auertit faciem suam ne videat in finẽ. Exurge dñe deus ⁊ exaltet manus tua: ne obliuiscaris pauperũ.

Propter quid irritauit impius deũ: dixit em̃ in corde suo non requiret: Vides quoniam tu labor et dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelict⁹ est pauper: orphano tu eris adiutor. Cõtere brachium peccatoris et maligni: querẽ peccatũ illius ⁊ nõ inuenies. Domin⁹ regnabit ineternũ et in seculũ seculi: pibitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudiuit dñs: prepationez cordis eorũ audiuit auris tua. Judicare pupillo et humili: vt nõ apponat vltra magnificare se homo super terram.

¶ In finem psalmus dauid.

In dño confido quomõ dicitis anie mee: transmigra in montem sicut passer. Quoniam ecce peccatores intenderũt arcum: pauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent ĩ obscuro rectos corde. Qm̃ que pfecisti destruxerunt: iust⁹ aũt quid fecit? Dñs in templo sancto suo: dñs in celo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciũt: palpebre eius interrogãt filios hoim. Dñs interrogat iustum ⁊ impium: qui aũt diligit iniquitatẽ odit aiaz suã. Pluet sup peccatores laqueos: ignis et sulphur et spiritus procellar pars calicis eorũ. Quoniam iustus dominus et iusticias dilexit: equitatem vidit vultus ei⁹.

¶ In finem psalmus dauid p octaua.

Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates a filijs hominuz. Vana locuti sunt vnusquisq; ad primum suum: labia dolosa in corde et corde locuti sunt. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: et linguam magniloquaz. Qui dixerunt linguam nostraz magnificabim⁹: labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est? Propter miseriã inopum et gemitum paupez: nunc exurgam dicit dñs. Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatũ: probatuz terre purgatum septuplũ. Tu domine seruabis nos et custodies nos: a generatione hac ieternum. In circuitu impij ambulant: fm altitudinez tuam multiplicasti filios hoim.

¶ In finem psalmus dauid.

Usququo dñe obliuiscēris me in finem: usquq̄ auertēris faciē tuaz a me? Quamdiu ponaz psilia in aīa mea: dolorē in corde meo p diez? Usququo exaltabit inimicus meus sup me? respice et exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam ī morte: neqñ dicat inimicus meus pualui aduersus eum. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego aūt in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo dño qui bona tribuit mihi: et psallam nomini dñi altissimi.

In finem psalmus dauid.

Dixit insipiens in corde suo: nō est deꝰ. Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sūt ī studijs suis: nō est qui faciat bonum nō est usq; ad vnuz. Dñs de celo pspexit super filios hoīm: vt videat si est intelligēs aut req̄rens deū. Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: non est q̄ faciat bonū non est usq; ad vnū. Sepulcrū patens ē guttur eoꝝ: linguis suis doluse agebant: venenū aspiduz sub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictione et amaritudine plenū est: veloces pedes eoꝝ ad effūdendū sanguinē. Contricio ⁊ infelicitas in vijs eoꝝ: et viaz pacis nō cognouerūt: nō est timor dei añ oculos eoꝝ. Nōne cognoscent omnes qui opañ iniquitatē: qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Dñm non inuocauerūt: illic trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Qm̄ dñs in generatione iusta ē: psiliū inopis pfudistis: qm̄ dñs spes eius est. Quis dabit ex syon salutare israhel? cū auerterit dñs captiuitatē plebis sue exultabit iacob et letabit̄ israhel.

In finem psalmus dauid.

Domine quis habitabit ī tabernaculo tuo: aut q̄s requiescet ī monte sancto tuo? Qui īgreditur sine macula: et opaī iusticiaz. Qui loq̄tur veritatez ī corde suo: qui nō egit dolū in lingua sua. Nec fecit primo suo malū: et obprobriū non accepit aduersus primos suos. Ad nihilū deductus est in ꝓspectu eiꝰ malignꝰ: timētes aūt dñm glorificat. Qui iurat primo suo ⁊ ñ decipit: q̄ pecuniā suam ñ dedit ad vsurā: et munera sup innocentē nō accepit. Qui facit hec: nō mouebit̄ inetернū.

Tituli īscriptio ipi dō.

Conserua me domine qm̄ speraui ī te: dixi domino deus meus es tu: quoniā bonoꝝ meoruz non eges. Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis. Multiplicate sunt īfirmitates eoꝝ: postea acceleraverunt. Non congregabo q̄uenticula eorū de sanguinibꝫ: nec memor ero nominum eorū p labia mea. Dñs pars hereditatis mee ⁊ calicis mei: tu es qui restitues hereditatē meaz mihi. Funes ceciderūt mihi ī preclaris: etenī hereditas mea p̄clara est mihi. Benedicaz dñm qui tribuit mihi intellectū: insup et usq; ad noctē increpuerunt me renes mei. Prouidebam dñm in cōspectu meo semp: qm̄ a dextris est mihi ne ꝓmouear. Propter hoc letatum est cor meū ⁊ exultauit lingua mea: insup ⁊ caro mea requiescet in spe. Quoniā non derelinques aīam meaz in inferno. nec dabis scīm tuū videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cuz vultu tuo: delectationes in dextera tua usq; in finem.

Oratio dauid.

Exaudi dñe iusticiaz meam: intende deprecationem meam. Auribꝫ percipe orationem meam: non in labijs dolosis. De vultu tuo iudiciū meuz prodeat: oculi tui videant equitatē. Probasti cor meum et visitasti nocte: igne me examinasti et non est inuenta in me iniq̄tas. Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Perfice gressus meos ī semitis tuis: vt nō moueant vestigia mea. Ego clamaui quoniaz exaudisti me deus: inclina aurē tuam mihi ⁊ exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas: q̄ saluos facis sperātes in te. A resistentibus dextere tue custodi me: vt pupillaz oculi. Sub vmbra alarū tuaꝝ p̄tege me: a facie impioꝝ qui me afflixerūt. Inimici mei animaz meam circūdederunt: adipem suū ꝓcluserunt: os eoꝝ locutū est superbiā. Proicientes me nunc circūdederunt me: oculos suos statuerūt declinare in terrā. Susceperūt me sicut leo patus ad predā: et sicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge dñe preueni eum et supplanta

eum:eripe animā meaz ab impio:frameā
tuā ab inimicis man⁹ tue. Dñe a paucis
de terra diuide eos in vita eoꝝ:⁊ de abscō-
ditis tuis adimpletus est venter eoꝝ. Sa
turati sunt filijs:et dimiserūt reliq̄as su-
as paruul' suis. Ego aūt in iusticia appare
bo ꝓspectui tuo:saciabor cum apparuerit
gloria tua.

In finem puero dñi dauid que locut⁹
est dño verba cātici hui⁹ in die q̄ eripuit
eū dñs de manu omniū inimicoꝝ ei⁹ ⁊ de
manu saul et dixit.

Diligaz te dñe fortitudo mea:dñs
firmamentū meū et refugiū meū
et liberator meus. Deus meus ad-
iutor meus:et sperabo in eum. Protector
me⁹et cornu salutis mee:et susceptor me-
us. Laudans inuocabo dñm:et ab inimi-
cis meis salu⁹ero. Circūdederūt me dolo-
res mortis:⁊ torrētes iniq̄tatis ꝓturbaue
rūt me. Dolores inferi circūdederūt me:
ꝓoccupaueřt me laquei mortis. In tribł
tōe īuocaui dñm:et ad deū meū clamaui.
Et exaudiuit de tēplo scō suo vocē meā:
et clamor me⁹ in ꝓspectu eius introiuit ī
aures ei⁹. Commota est ⁊ ꝓtremuit terra:
fundamēta montiū ꝓturbata sunt ⁊ ꝓmo
ta sūt:qm̄ irat⁹est eis. Ascēdit fum⁹ ī ira
eius:et ignis a facie ei⁹exarsit:carbones
succensi sunt ab eō. Inclinanit celos ⁊ de-
scendit:et caligo sub pedibꝫ ei⁹. Et ascen-
dit sup cherubin ⁊ volauit:volauit super
pēnas ventoꝝ. Et posuit tenebras latibu-
lum suū.in circuitu ei⁹ in tabnaculū ei⁹:
tenebrosa aqua ī nubibꝫ aeris. Pre fulgo-
re in ꝓspectu ei⁹nubes trānsierūt:grandꝫ ⁊
carbones ignis. Et intonuit de celo dñs:⁊
altissim⁹dedit vocē suā:grandꝫ ⁊ carbones
ignis. Et misit sagittas suas et dissipauit
eos:fulgura mł̄tiplicauit et ꝓturbauit e-
os. Et apparueřt fontes aquaꝝ:⁊ reuela-
ta sūt fundamēta orbis terraꝝ. Ab incre-
patione tua dñe:ab inspiratōne spūs ire
tue. Misit de sūmo et accepit me:⁊ assum-
psit me de aquis mł̄tis. Eripuit me de ini-
micis meis fortissimis ⁊ ab hijs q̄ oderunt
me:qm̄ ꝓfortati sūt sup me. Preuenerūt
me in die afflictionis mee:et fact⁹est dñs
protector me⁹. Et eduxit me in latitudinē:
saluū me fecit qm̄ voluit me. Et retribuet
mihi dñs ſm iusticiā meā:et ſm puritatē
manuum meaꝝ retribuet mihi. Quia cu-
stodiui vias dñi:nec īpie gessi a deo meo.
Qm̄ omnia iudicia ei⁹ in ꝓspectu meo:et
iusticias ei⁹ nō repuli a me. Et ero imma
culatus cū eo:⁊ obseruabo me ab iniqui-
tate mea. Et retribuet mihi dñs ſm iusti
ciaz meā:⁊ ſm puritatē manuū meaꝝ in
cōspectu oc̄loꝝ ei⁹. Cum sancto sanctus
eris:⁊ cū viro innocēte īnocēs eris. Et cū
electo elect⁹eris:et cū puerso puerteris.
Qm̄ tu populū humilez saluum facies:et
oc̄los supboꝝ hūiliabis. Qm̄ tu illumīas
lucernā meā dñe:deus me⁹ illumīa tene-
bras meas. Qm̄ ī te eripiar a tēptatione:
et in deo meo trānsgrediar murꝝ. Deus me⁹
impolluta via ei⁹:eloq̄a dñi igne exami-
nata:ꝓtector est oīm sperantiū in se. Qm̄
quis de⁹ preter dñm:aut quis de⁹ preter deū
nr̄m. Deus q̄ precinxit me virtute:et po-
suit īmaculatā viā meā. Qui pfecit pedes
meos tanq̄ ceruoꝝ:⁊ sup excelsa statuēs
me. Qui docet manꝰ meas ad preliū:⁊ po
suisti vt arcū ereum brachia mea. Et dedi-
sti mihi protectionē salutis tue:et dextera
tua suscepit me. Et disciplīa tua correxit
me in finē:et disciplina tua ipa me doce-
bit. Dilatasti gressus meos subtus me:et
non sunt infirmata vestigia mea. Perse-
quar inimicos meos et ꝓpḥendā illos:et
non ꝓuertar donec deficiant. Confringā
illos nec potēřt stare:cadēt subtus pedes
meos. Et p̄cinxisti me virtute ad belluz:
et supplantasti insurgentes in me subtus
me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsū:
et odientes me disperdidisti. Clamauerūt
nec erat qui saluos faceret ad dominum:
nec exaudiuit eos. Et comminuaz eos in
puluerem ante faciem venti:vt lutū pla-
teaꝝ delebo eos. Eripies me de contradi-
ctionibꝫ populi:constitues me in caput
gentium. Popul⁹ quem non cognoui ser-
uiuit mihi:in auditu auris obediuit mi-
hi. Filij alieni mentiti sunt mihi:filij ali-
eni inueterati sunt:et claudicauerūt a se-
mitis suis. Viuit dominꝰ ⁊ benedictus de⁹
meus:et exaltetur deus salutis mee. Deꝰ
qui das vindictas mihi et subdis popl̄os
sub me:liberator meus de inimicis meis
iracundis. Et ab insurgentibꝫ in me exal-
tabis me:a viro iniquo eripies me. Pro-
pterea confitebor tibi in nationibꝫ dñe:

et nomini tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius :et faciēs misericordiam cristo suo dauid:et semini eius vsq; in seculum. In finē ps dauid.

Celi enarrant gloriam dei:et opera manuū eius annuńciat firmamentum. Dies diei eructat verbū et nox nocti indicat scienciam. Non sunt loquele neq; sermones:q̄rum nō audiant voces eorum. In omnē terrā exiuit son⁹ eorum:et in fines orbis terre verba eorū. In sole posuit tabernaculum suum:⁊ ipse tanq̄ sponsus pcedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam: a summo celo egressio ei⁹. Et occursus ei⁹ vsq; ad summuz ei⁹:nec est qui se abscondat a caloē ei⁹. Lex dñi īmaculata puertēs animas:testimoniū dñi fidele sapientiam prestans paruulis. Justicias dñi rectē letificantes corda:preceptū dñi lucidū illuminans oculos. Timor dñi sanctus pmanens in seculū seculi:iudicia dñi vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aur et lapidē pciosum multū:et dulciora sup mel et fauū. Etenī seruus tuus custodit ea:in custodiendis illis retributio multa. Delicta q̄s ītelligit:ab occultis meis munda me:et ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dñati tunc immaculatus ero:⁊ emūdabor a delicto maximo. Et erūt vt placeant eloquia oris mei:et meditatō cordis mei in pspectu tuo semp. Dñe adiutor meus:et redemptor meus.

In finem psalmus dauid.

Exaudiat te dñs in die tribulatōis: protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxiliū de sancto:et de syon tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui:⁊ olocaustū tuū pingue fiat. Tribuat tibi fm cor tuū:et omne psilium tuū confirmet. Letabimur in salutari tuo:et in nomīe dei nr̄i magnificabimur. Impleat dominⁱ⁹ omnes petitiones tuas:nunc cognoui q̄m saluum fecit dñs cristū suum. Exaudiet illum de celo sancto suo:in potētatibus salus dextre eius. Hij in curribus et hij in equis:nos aūt in nomine dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus. Domine saluuz fac regem:et exaudi nos in die in qua inuocauerimus te.

In finem psalmus dauid.

Domine in virtute tua letabitur rex:et sup salutare tuū exultabit vehementer. Desiderium cordis ei⁹ tribuisti ei:et voluntate labior̄ eius non fraudasti eum. Q̄m preueniſti eum in benedictionib⁹ dulcedinis:posuisti in capite eius coronam de lapide pcioso. Vitam petijt a te et tribuisti ei:lōgitudinē dierū in seculum et in seculum seculi. Magna glia eius in salutari tuo:gloriā et magnū decorem impones super eum. Q̄m dabis eū in bñdictionē in seculū seculi:letificabis eū in gaudio cum vultu tuo. Q̄m rex sperat in dño:et in misericordia altissimi nō pmouebitur. Inueniat manus tua omnib⁹ inimicis tuis:dextera tua inueniat oēs qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tpe vult⁹ tui:dñs in ira sua pturbabit eos:et deuorabit eos ignis. Fructū eorum de terra perdes:et semē eor̄ a filijs hoim. Q̄m declinauerūt in te mala:cogitauerūt psilia que nō potuerūt stabilire. Q̄m pones eos dorsum:in reliquijs tuis preparabis vultum eor̄. Exaltare dñe in virtute tua:cantabim⁹ et psallem⁹ virtutes tuas.

In finē ps dō pro suscepte matutina.

Deus deus me⁹ respice in me:quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictor̄ meorum. Deus meus clamabo p diem et non exaudies:et nocte et ñ ad insipientiā mihi. Tu aūt in sancto habitas:laus israhel. In te speraverunt pr̄es nostri:sperauerūt et liberasti eos. Ad te clamauerūt ⁊ salui facti sunt: in te sperauerūt et ñ sunt confusi. Ego aūt sum vermis et non homo:obprobriū hominū et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserūt me:locuti sunt labijs et mouerūt caput. Sperauit in dño eripiat eum: saluum faciat eum q̄m vult eum. Quoniā tu es qui extraxisti me de vētre:spes mea ab uberib⁹ matris mee:in te proiect⁹ sum ex vtero. De ventre matris mee deus me⁹ es tu:ne discesseris a me. Q̄m tribulatio proxima est:quoniā non est qui adiuuet. Circumdederunt me vituli multi:thauri pingues obsederunt me. Aperuerunt sup me os suum:sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sū: et dispsa sunt oīa
ossa mea. Factū est cor meū tanq̄ cera li-
quescēs: in medio ventris mei. Aruit tāq̄
testa virt⁹ mea: ꝛ lingua mea adhesit fau
cibꝰ meis: ꝛ in puluerem mortis deduxisti
me. Qm̄ circūdederūt me canes mlti: ꝓsiliū
maligntiū obsedit me. Foderūt man⁹ me-
as ꝛ pedes meos: dinūerauerūt oīa ossa
mea. Ipsi vero ꝓsiderauerūt et inspexerūt
me: diuiserūt sibi vestimēta mea: et sup ve-
stem meā miserūt sortē. Tu aūt dne ne elō-
gaueris auxiliū tuū a me: ad defensionez
meā ꝓspice. Erue a framea de⁹ anīaz meā:
et de manu canis vnicā meaz. Salua me
ex ore leonis: et a cornibꝰ vnicorniū hūili
tatē meā. Narrabo nomē tuū frībꝰ meis:
in medio ecclesie laudabo te. Qui timetis
dnm laudate eū: vniuersū semē iacob glo
rificate eū. Timeat eū oīe semē isrl: qm̄
nō sprezit neq̄ despexit deprecatōez paupe-
ris. Nec auertit faciē suā a me: ꝛ cum cla-
marē ad deū exaudiuit me. Apud te laus
mea in eccl'ia magna: vota mea reddā in
ꝓspectu timentiū eū. Edēt paupes et satu
rabunt: ꝛ laudabūt dnm q̄ requirūt eū: vi-
uent corda eorū in seculū seculi. Reminis-
scent et ꝓuertent ad dnm: vniuersi fines
terre. Et adorabūt in ꝓspctū ei⁹: vniuerse
familie gentiū. Qm̄ dni est regnū: et ipse
dnabit gentiū. Manducauerūt et adorauе
rūt oēs pīgues terre: in ꝓspectu ei⁹ cadēt
oēs q̄ descēdūt in terrā. Et aīa mea illi vi-
uet: ꝛ semē meū seruiet ipsi. Annūciabitur
dño generatio vētura: et annūciabūt celi
iusticiā eius ꝑpl'o q̄ nascet quē fecit dns.

¶ Psalmus Dauid.

Omin⁹ regit me et nihil mihi de-
erit: in loco pascue ibi me colloca-
uit. Sup aquā refectionis educa-
uit me: aniam meā ꝓuertit. Deduxit me
sup semitas iusticie: ꝑpt nomē suū. Nam
etsi ambl'auero in medio vmbre mortis ñ
timebo mala: qm̄ tu mecū es. Virga tua ꝛ
bacul⁹ tuus: ipa me ꝓsolata sunt. Parasti
i ꝓspectu meo mēsam: aduersus eos q̄ tri-
bulāt me. Impinguasti in oleo caput me
um: et calix me⁹ inebrias q̄pclarus ē. Et
misericordia tua subsequet me: oīb⁹ di-
ebꝰ vite mee. Et vt inhabitē i domo dni:
in longitudine dieruz.

¶ Psalmus dauid in prima sabbati.

Domini est terra ꝛ plenitudo eius:
orbis trarꝝ et vniuersi qui hītant
in eo. Quia ipse sup maria funda
uit eū: ꝛ sup fluia prepauit eū. Quis ascē-
dit in montē dūi: aut q̄s stabit i loco scto
eius. Innocēs manibꝰ et mūdo corde: qui
non accepit in vano aimā suam: nec iu-
rauit in dolo ꝓximo suo. Hic accipiet bn̄-
dictionē a dno: et misericordiā a deo salu-
tari suo. Hec est generatio querentiū eū:
querētiū faciē dei iacob. Attollite portas
principes vras: ꝛ eleuamini porte eterna-
les: et introibit rex glie. Quis est iste rex
glie! dns fortis ꝛ potēs: dns potēs in pre-
lio. Attollite portas prīcipes vras: et ele-
uamini porte eternales: et introibit rex
glie. Quis ē iste rex glie! dns virtutū ipe
est rex glie. ¶ In finem ps dauid.

Ad te dne leuaui aimā meā: deus
me⁹ in te ꝓfido nō erubescā. Neq̄
irridēāt me īimici mei: etenī uni-
uersi q̄ sustinēt te nō ꝓfundētur. Confun-
dant omnes iniqua agētes: sup vacue. Vi-
as tuas dne demōstra mihi: ꝛ semitas tu-
as edoce me. Dirige me in veritate tua ꝛ
doce me: qz tu es de⁹ saluator me⁹: ꝛ te su-
stinui tota die. Remīscere miserationum
tuarꝝ dne: et misericordiarꝝ tuarꝝ q̄ a scl'o
sunt. Delicta iuuētutis mee ꝛ ignorātias
meas: ne memineris. Secōm miscdiaz tuā
memēto mei tu: ꝑpt bonitatem tuaz dne.
Dulcis et rect⁹ dns: ꝓpter hoc legē dabit
delinq̄ntibꝰ in via. Diriget mansuetos in
iudicio: docebit mites vias suas. Vniuer-
se vie dni miscdia ꝛ veritas: requirentibꝰ
testamentū ei⁹ ꝛ testimonia eius. Propter
nomen tuū dne ꝑpciaberis peccato meo:
multū est enī. Quis est hō qui timet dnz:
legē statuit ei in via quā elegit. Anīa ei⁹
in bonis demorabit: et semē ei⁹ hereditа-
bit terrā. Firmamentū est dns timētibus
eū: et testamentū ipi⁹ vt manifestet illis.
Ocl'i mei sp ad dnm: qm̄ ipse euellet de la-
queo pedes meos. Respice ī me et misere-
re mei: qz vnic⁹ ꝛ paup sum ego. Tribula-
tōnes cordis mei multiplicate sunt: de ne-
cessitatibꝰ meis erue me. Vide humilitatem
meā ꝛ laborē meū: et dimitte vniuersa de-
licta mea. Respice inimicos meos q̄niam
mltiplicati sūt: ꝛ odio iniq̄ oderūt me. Cu-
stodi aimā meā ꝛ erue me: nō erubescaz

quoniam ſperaui in te. Innocentes et recti adheſerunt mihi: qz ſuſtinui te. Libera deus iſrahel: ex omnib tribulatõib ſuis.

Pſalmus Dauid.

Iudica me dñe qm̃ ego in innocẽcia mea ingreſſus ſum: et in dño ſperans ñ infirmabor. Proba me dñe et tẽpta me: ure renes meos ⁊ cor meum. Qm̃ miſcõia tua ante oculos meos ẽ: et ꝓplacui in veritate tua. Non ſedi cum ꝓcilio vanitatis: et cum iniqua gerentib nõ introibo. Odiui eccl̃iam malignantiũ: et cuz impijs nõ ſedebo. Lauabo inter innocẽtes manus meas: et circũdabo altare tuũ dñe. Vt audiã vocem laudis: ⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua. Dñe dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue. Ne perdas cum impijs de⁹ animam meam: et cum viris ſanguinũ vitaz meam. In quoz manib iniquitates ſũt: dextera eoz repleta eſt muneribz. Ego aũ in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me ⁊ miſerere mei. Pes enĩ meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.

In finẽ pſalmus dauid priuſq̃ liniret.

Dominus illuminatio mea et ſalus mea: quẽ timebo. Dominus protector vite mee: a quo trepidabo? Dũ appropiant ſup me nocentes: ⁊ edant carnes meas. Qui tribulãt me inimici mei: ipi infirmati ſunt et ceciderũt. Si ꝓſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prelium: in hoc ego ſperabo. Vnam pecij a dño hanc requirã: vt inhabitẽ in domo dñi omĩb diebz vite mee. Vt videam voluntatẽ dñi: et viſitem templuz eius. Qm̃ abſcondit me in tabernaculo ſuo in die maloruz: protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meuz ſuper inimicos meos. Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hoſtiaz vicifferationis: cantabo et pſalmum dicam dño. Exaudi dñe vocem meaz qua clamaui ad te: miſerere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquiſiuit te facies mea: faciez tuam dñe requirã. Ne auertas faciez tuã a me: ne declines in ira a ſeruo tuo. Adiutor meus eſto ne derelinquas me: neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. Qm̃ paꝛ meus et mr̃ mea dereliquerũt me: dñs aũ aſſumpſit me. Legez pone mihi dñe in via tua: et dirige me in ſemita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui: et mentita eſt iniquitas ſibi. Credo videre bona domi: in terra viuentium. Expecta dominuz viriliter age: ⁊ ꝓfortẽ cor tuũ ⁊ ſuſtine dñm.

Pſalmus ipſi Dauid.

Ad te dñe clamabo deus meus ne ſileas a me: neqndo taceas a me: et aſſimulabor deſcẽdentib in lacum. Exaudi dñe vocem deprecatõis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum ſanctuz tuum. Ne ſimul trahas me cum peccatoribz: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo: mala autem in cordib eoz. Da illis ſm opera eorum: et ſm nequiciam adinuentionum ipſoz. Scõm opera manuum eoz tribue illis: redde retributionem eoz ipſis. Qm̃ non intellexerũt opera dñi ⁊ ĩ opera manuum eius: deſtrues illos et ñ edificabis eos. Benedictus dñs: qm̃ exaudiuit vocez deprecationis mee. Dñs adiutor meus et protector meus: ⁊ in ipſo ſperauit cor meum et adiut⁹ ſum. Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea cõfitebor ei. Dñs fortitudo plebis ſue: et protector ſaluationũ criſti ſui eſt. Saluum fac populum tuum dñe et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vſq; inetternum.

Pſalmus dauid in conſummatione tabernaculi.

Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum. Afferte domino gloriam et honorem: afferte domino gloriaz nomini eius adorate dominum in atrio ſancto eius. Vox domini ſuper aquas: deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas. Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia. Vox domini cõfringentis cedros: ⁊ confringet domin⁹ cedros libani. Et comminuet eos tanq̃ vitulũ libani: et dilect⁹ quẽadmodũ filius vnicorniz. Vox domi

intercidentis flammã ignis: vox dñi pcu-
cientis desertũ: et pmouebit dñs desertuz
cades. Vox dñi preparãtis ceruos ꝛ reue-
labit pdensa: ꝛ in tẽplo ei⁹ oẽs dicẽt glĩaz.
Dñs diluuiũ inhĩtare facit: ꝛ sedebit dñs
rex inetern̄ũ. Dñs vtutẽ pplo suo dabit:
dñs benedicet pplo suo in pace.

Psalmus cãtici in dedicatõe dom⁹ dd.

Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me:
nec delectasti inimicos meos sup
me. Dñe de⁹ meus clamaui ad te:
et sanasti me. Dñe eduxisti ab inferno a-
nimã meã: saluasti me a descendentib⁹ in
lacũ. Psallite dño sc̃i eius: et cõfitemini
memorie sanctitatis ei⁹. Qm̃ ira in indi-
gnatione eius: et vita in voluntate eius.
Ad vespez demorabit̃ fletus: et ad matu-
tinũ letitia. Ego autẽ dixi in abundantia
mea: non mouebor inetern̄ũ. Dñe: in vo-
luntate tua prestitisti decori meo virtutẽ.
Auertisti faciẽ tuam a me: et factus sum
conturbat⁹. Ad te dñe clamabo: et ad deũ
meuz dep̃cabor. Que vtilitas in sanguine
meo: dum descẽdo in corruptionẽ. Nunqd
pfitebit̃ tibi puluis: aut annũciabit veri-
tatem tuam. Audiuit dñs et misertus est
mei: dñs factus est adiutor meus. Conuer
tisti planctũ meũ in gaudiũ mihi: pscidi-
sti saccũ meũ: ꝛ circũdedisti me letitia. Et
cantet tibi gloria mea et ñ ppungar: dñe
deus meus inetern̄ũ pfitebor tibi.

In finem ps dauid pro extasi.

In te dñe spaui ñ pfũdar ietern̄ũ:
in iusticia tua libera me. Inclina
ad me aurẽ tuaz: accelera vt eru-
as me. Esto mihi in deum protectorẽ et in
domũ refugij: vt saluũ me facias. Qm̃ for
titudo mea ꝛ refugiũ meũ es tu: et pp̃ no
mẽ tuũ deduces me et enutries me. Edu-
ces me de laqueo quẽ abscõderũt mihi: qm̃
tu es protector meus. In manus tuas cõ-
mendo spiritũ meũ: redemisti me dñe de⁹
veritatis. Odisti obseruantes vanitates:
super vacue. Ego aũt in dño speraui: ex-
ultabo et letabor in misericordia tua. Qm̃
respexisti humilitatẽ meam saluasti ꝺ ne-
cessitatib⁹ animã meam. Nec pclusisti me
in manib⁹ inimici: statuisti in loco spaci-
oso pedes meos. Miserere mei dñe qm̃ tri-
bulor: pturbatus est in ira oculus meus:
anima mea et venter meus. Qm̃ defecit in
dolore vita mea: et anni mei in gemitib⁹.
Infirmata est in pauptate virtus mea: et
ossa mea pturbata sunt. Apud omnes ini-
micos meos factus suz obprobriũ vicinis
meis valde: et timor notis meis. Qui vide
bant me fugerũt a me: obliuioni dat⁹ sũ
tanq̃ mortuus a corde. Factus suz tanq̃
vas pditũ: qm̃ audiui vitupationẽ multoz
pmorantiũ in circuitu. In eo dum pueni-
rent sil' aduersum me: accipe animã meã.
cõsiliati sunt. Ego aũt in te speraui dñe:
dixi deus meus es tu: in manib⁹ tuis sor-
tes mee. Eripe me de manu inimicoz me-
oz: et a psequẽtib⁹ me. Illustra faciẽ tuaz
sup seruũ tuũ: saluũ me fac ī miscȯia tua:
dñe non pfundar qm̃ inuocaui te. Erube-
scant impij et deducant̃ in infernũ: muta
fiant labia dolosa. Que loquunt̃ aduer-
sus iustũ iniquitatẽ: in supbia et in abusi-
one. Quãmagna multitudo dulcedinis tue
dñe: quã abscondisti timẽtib⁹ te. Perfeci-
sti eis qui sperãt in te: in pspectu filioruz
hominũ. Abscondes eos in abscondito fa-
ciei tue: a pturbatione hominum. Protե-
ges eos in tabnaculo tuo: a ptradictione
linguaz. Bñdictus dñs: qm̃ mirificauit
miscȯiam suam mihi in ciuitate munita.
Ego aũt dixi in excessu mentis mee: proie
ctus sum a facie oculoz tuoz. Ideo exau-
disti vocem oronis mee: dum clamarẽ ad
te. Diligite dñm omes sancti eius: qm̃ ve
ritatẽ requiret dñs: ꝛ ꝛtribuet abundant̃
faciẽtib⁹ supbiaz. Virilit̃ agite et pfortet̃
cor vẽm: omes qui speratis in dño.

Intellectus dauid.

Beati quoz remisse sunt iniquita-
tes: et quoz tecta sunt peccata.
Beat⁹ vir cui nõ imputauit dñs
peccatũ: nec est in spiritu eius dolus. Qm̃
tacui inueterauerũt ossa mea: dũ clamarẽ
tota die. Qm̃ die ac nocte gr̃uata est super
me manus tua: cõuersus sum in erumna
mea dũ pfigit̃ spina. Delictũ meũ pgnitũ
tibi feci: et iniusticiã meam non abscõdi.
Dixi pfitebor aduersum me iniusticiam
meã dño: et tu remisisti impietatẽ peccati
mei. Pro hac orabit ad te omnis sc̃tus: in
tẽpore oportuno. Verũtamen in diluuio
aquaz multarũ: ad eum non approxima-
bunt. Tu es refugiũ meum a tribulatione

que circũdedit me:exultatõ mea erue me a circũdantibꝫ me. Intellectũ tibi dabo et instruaꝫ tę:in via hac q̃ gdieris firmabo sup te oc'os meos. Nolite fieri sicut equ⁹ et mulus:quibus non est intellectus. In chamo et freno maxillas eoꝝ pstringe:q̃ nõ approximãt ad te. Mlta flagella peccatoris:sperantẽ aũ in dño miscdia circũdabit. Letamini in dño et exultate iusti:et gloriamini omnes recti corde.

¶ In finem psalmus dauid.

Exultate iusti in dño:rectos decet collaudatio. Confitemĩ dño in cithara:in psalterio decẽ cordarum psallite illi. Cãtate ei canticũ nouũ:bene psallite ei in vociferatõne. Quia rectũ est verbũ dñi:et omnia opera eⁱ⁹ in fide. Diligit miscdiaꝫ et iudiciũ:miscdia dñi plena est terra. Verbo dñi celi firmati sũt:ꝫ spũ oris eius omnis virt⁹ eoꝝ. Congregãs sicut in vtre aq̃s maris:ponẽs in thesauris abyssos. Timeat dñm omnis terra:ab eo aũ pmoueanť oẽs inhabitãtes orbẽ. Qm̃ ipe dixit et facta sunt:ipse mãdauit et creata sunt. Dñs dissipat pslia gentiũ:reprobat aũt cogitatõnes pꝛlꝝ:et reprobat cõsilia pncipũ. Cõsiliũ aũt dñi inetternũ manet: cogitatõnes cordis eius in generatõneꝫ et generatõnem. Beata gens cui⁹ est dñs de⁹ eius:pꝛlus quem elegit in hereditatẽ sibi. De celo respexit dñs:vidit oẽs filios hominũ. De preparato habitacꝛlo suo:respexit sup oẽs qui habitãt terrã. Qui finxit singillatim corda eoꝝ:qui intelligit omnia opera eoꝝ. Non saluať rex p multã virtutem:et gy̆gas ñ saluabiť in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem:in abundantia aũt virtutis sue nõ saluabitur. Ecce oculi dñi sup metuẽtes eum:et in eis qui sperãt super misericordia eius. Ut eruat a morte animas eoꝝ:et alat eos in fame. Anima nostra sustinet dominũ: quoniam adiutor et protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrũ:et in nomine sancto eius sperauimus. Fiat misericordia tua domine super nos:quemadmodum sperauimus in te.

¶ Psalmus dauid cum mutauit vultũ suum coram abimelech et dimisit eũ et abijt.

comederunt sacrificia mortuoꝝ. Et irrita-
uerunt eũ in adinuentionibus suis: et mul-
tiplicata est in eis ruina. Et stetit phinees
et placauit: ⁊ cessauit q̃ssatio. Et reputatũ
est ei in iusticiam: in generatione ⁊ gene-
rationem vsq; in sempiternũ. Phares. Et
irritauerũt eũ ad aquas ꝓtradictionis: ⁊ vex-
atus est moyses propter eos: quia exacer-
bauerũt spiritũ eius. Et distinxit in labiis
suis: non disperdiderũt gentes quas dixit

dominus deus illis. Et comixti sunt inter gentes: & didicerunt opera eorum et seruierunt sculptilibus eorum: et factum est illis in scandalum: et immolauerunt filios suos et filias suas: demonijs. Et effuderũt sanguinem innocentez: sanguinem filioz suorum et filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibus: et contaminata est in operibus eoz: et fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore dominus in populum suum: et abominatus est hereditatem suaz. Et tradidit eos in manus gentium: et dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manibus eoz: sepe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularentur: & audiuit orationem eoz. Et memor fuit testamenti sui: et penituit eum secundum multitudinem misericordie sue. Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noster et congrega nos de nationibus. Vt confiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua. Benedictus dominꝰ deus israel a seculo et vsqz in seculum: & dicet omnis populus fiat fiat.

Alleluia. alleluia.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicant qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos. A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari. Errauerũt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes et sicientes: anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectaz: vt irent ad ciuitatem habitatõnis. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia saciauit aiam inanem: et aiam esurientẽ saciauit bonis. Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro. Quia exacerbauerũt eloquia dei: & consilium altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribꝫ cor eoz: infirmati sunt nec fuit q̃ adiuuaret. Et clamauerunt ad dñm cũ tribularent: et de necessitatibꝫ eoz liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: et vincula eoz dirupit. Confiteantur domio misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia contruit portas ereas: & vectes ferreos cõfregit. Suscepit eos de via iniquitatis eoz: propter iniustitias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eoz: et appropinquauerunt vsqz ad portas mortis. Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur: et de necessitatibꝫ eoz liberauit eos. Misit verbum suũ et sanauit eos: et eripuit eos de interitõnibꝫ eoz. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominuz. Et sacrificent sacrificiũ laudis: et annũcient opera eiꝰ in exultatione. Qui descendũt mare in nauibꝫ: facietes operatõnem in aqs multis. Ipsi viderunt opera dñi: et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eiꝰ. Ascendũt vsqz ad celos et descendunt vsqz ad abissos: anima eoz in malis tabescebat. Turbati sũt et moti sunt sicut ebriꝰ: & omnis sapientia eoz deuorata est. Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: & siluerũt fluctus eiꝰ. Et letati sunt quia siluerũt: et deduxit eos in portum voluntatis eoz. Cõfiteant domino misericordie eiꝰ: et mirabilia eiꝰ filijs hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis: et in kathedra seniorum laudent eũ. Posuit flumina in desertũ: et exitus aquaz in sitim. Terram fructiferã in salsuginem: a malicia inhabitantiũ in ea. Posuit desertũ in stagna aquaz: & terrã sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes: & constituerũt ciuitatẽ habitatõis. Et seminauerũt agros & plãtauerunt vineas: et fecerunt fructũ natiuitatis. Et benedixit eis & multiplicati sũt nimis: & iumẽta eoz ñ minorauit. Et pauci facti sũt: & vexati sunt a tribulatõne malorũ & dolore. Effusa est ꝓtentõ sup ꝓncipes:

et errare fecit eos in inuio ⁊ nō in via. Et adiuuit pauperē de inopia: et posuit sicut oues familias. Videbunt recti et letabūt: ⁊ omīs iniquitas opilabit os suuz. Quis sapiens ⁊ custodiet hec: ⁊ intelliget miseri cordias domini: Alleluia.

Canticum psalmi ipsi dauid.

Paratum cor meū deus paratū cor meū: cantabo ⁊ psallam in gloria mea. Exurge psalteriū ⁊ cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine: ⁊ psallaz tibi in natiōnibus. Quia magna sup celos misericordia tua: ⁊ vsq; ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus: ⁊ sup omēz terrā gloria tua: vt liberentur dilecti tui. Saluuz fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est in sancto suo. Exultabo ⁊ diuidā sichimaz: et conuallē tabernaculoz dimetiar. Meus est galaad ⁊ meus est manasses: ⁊ ephraim suscep tō capitis mei. Juda rex meus: moab lebes spei mee. In ydumeam extendā calciamentū meum: mihi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitaz: quis deducet me vsq; in ydumeā: Nōne tu deus qui repulisti nos: et non exibis deus in virtutibz nostris: Da nobis auxilium de tribulatōe: quia vana salus hominis. In deo faciemus virtutē: ⁊ ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

In finem psalmus dauid.

Deus laudem meam ne tacueris: qz os peccatoris et os dolosi sup me aptum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: ⁊ sermonibus odij circūdederunt me ⁊ expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam. Et posuerūt aduersum me mala p bonis: ⁊ odium p dilectōe mea. Constitue sup eum peccatorez: ⁊ diabolus stet a dextris eius. Cuz iudicat exeat condemnatus: et oracō eius fiat in peccatū. Fiant dies eius pauci: ⁊ episcopatuz eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani: ⁊ vxor eius vidua. Nutantes transferētur filij eius ⁊ mendicent: eiciant de habitationibz suis. Scrutet fenerator omnem substanciam eius: ⁊ diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum: in generatōne vna deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in ꝯspectu domini: ⁊ peccatum matris eius non deleatur. Fiant ꝯtra dominum semper. et dispereat de terra memoria eorum: pro q non est recordat⁹ facere misericordiaz. Et persecutus est hominem inopem ⁊ mendicum: ⁊ cōpunctuz corde mortificare. Et dilexit maledictōnez ⁊ veniet ei: ⁊ noluit benedictōnez ⁊ elongabitur ab eo. Et induit maledictōnez sicut vestimentum: ⁊ intrauit sicut aqua in interiora eius: ⁊ sicut oleū in ossibz eius. Fiat ei sicut vestimentuz quo operitur: et sicut zona qua semp precingitur. Hoc opus eorū qui detrahunt mihi apud dominum: et qui loquūtur mala aduersus aīam meaz. Et tu domine fac mecū propter nomē tuum: quia suauis est misericordia tua. Libera me quia egenus ⁊ pauper ego sum: et cor meum conturbatum est intra me. Sicut vmbra cū declinat ablatus sū: et excussus sū sicut locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: ⁊ caro mea imutata ē propter oleū. Et ego factus sū obprobrium illis: viderunt me et mouerunt capita sua. Adiuua me domine deus meus: saluū me fac propter misericordiam tuā. Vt sciant quia manus tua hec: ⁊ tu domīe fecisti eā. Maledicent illi et tu benedices: qui insurgūt in me confundantur: seruus autē tu⁹ letabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore: ⁊ operiant̄ sicut diploide confusione sua. Confitebor domine nimis in ore meo: et ī medio multoz laudabo eū. Quia astitit a dextris pauperis: vt saluā faceret a persequentibus animam meam.

Psalmus dauid.

Dixit dominꝰ domino meo: sede a dextris meis. Donec ponaz inimicos tuos: scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tue emittet dominꝰ ex sion: domīare in medio inimicoruz tuorum. Tecū principium in die virtutis tue: in splendoribꝰ

sanctoꝝ ex vtero ante luciferuꝫ genui te. Jurauit dominus ꝙ nõ penitebit eũ: tu es sacerdos ineternũ secũdũ ordinẽ melchisedech. Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue reges. Judicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra multoꝝ. De torrente i via bibet: ꝓpterea exaltabit caput.

℣ Alleluia.

Confitebor tibi domine in toto cor de meo: in consilio iustorum ꝙ cõgregatõne. Magna opera domini: exquisita in oñes voluntates eius. Confessio ꝙ magnificẽcia opꝰ eiꝰ: ꝙ iusticia eiꝰ manet in seculũ seculi. Memoriam fecit mirabiliũ suoꝝ misericors ꝙ miserator dominꝰ: escã dedit timentibꝫ se. Memor erit in seculũ testamenti sui: virtutem opm suoꝝ annũciabit ꝓpło suo. Ut det illis hereditatez gẽtiũ: opa manuũ eius veritas ꝙ iudiciũ. Fidelia oñia mãdata eius: ꝓfirmata i seculũ seculi: facta in veritate ꝙ equitate. Redẽptõez misit dñs ꝓpło suo: mandauit ineternũ testamentum suũ. Sanctũ ꝙ terribile nomen eius: iniciuꝫ sapientie timor domini. Intellectus bonus oñibꝫ facientibꝫ eũ: laudatõ eiꝰ manet in seculum seculi.

℣ Alleluia. In reuersiõe aggei ꝙ zacharie.

Beatus vir ꝙ timet dominum: i mãdatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius: generatõ rectoꝝ benedicetur. Gloria ꝙ diuicie i domo eius: ꝙ iusticia eius manet i seculũ seculi. Exortũ est in tenebris lumen rectis: misericors ꝙ miserator ꝙ iustus. Jocundus homo qui miseretur ꝙ comodat: disponit sermones suos in iudicõ: quia ineternũ non ꝓmouebiꝫ. In memoria eterna erit iustꝰ: ab auditiõe mala nõ timebit. Paracũ cor eius sperare in domino: confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur i gloria. Peccator videbit ꝙ irascetur: dentibus suis fremet ꝙ tabescet: desiderium peccatorum peribit.

℣ Alleluia. alleluia.

Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nũc et vsqꝫ i seculum. A solis ortu vsqꝫ ad occasuꝫ: laudabile nomen domini. Excelsus super oẽs gentes dominus: ꝙ super celos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster: qui in altis habitat ꝙ humilia respicit in celo et in terra? Suscitans a terra inopem: ꝙ de stercore erigens pauperem. Ut collocet eũ cũ principibus: cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorũ letantem.

℣ Alleluia. alleluia.

In exitu israel de egipto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatõ eius: israel potestas eius. Mare vidit ꝙ fugit: iordanis cõuersus est retrorsuꝫ. Montes exultauerũt vt arietes: et colles sicut agni ouiũ. Quid est tibi mare ꝙ fugisti: et tu iordanis quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis sicut arietes: ꝙ colles sicut agni ouiũ. A facie domini mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum: ꝙ rupem in fontes aquarum. Nõ nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua ꝙ veritate tua: nequando dicant gẽtes vbi est deus eorum. Deus autem noster in celo: omnia quecunqꝫ voluit fecit. Simulacra gentium argentum ꝙ aurũ: opera manuũ hominuꝫ. Os habent ꝙ non loquentur: oculos habent et non videbunt. Aures habent ꝙ non audient: nares habẽt ꝙ nõ odorabunt. Manus habent et non palpabũt: pedes habent ꝙ non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiãt ꝙ faciũt ea: ꝙ oñes qui confidũt i eis. Domus israel sperauit in dño: adiutor eoꝝ ꝙ ꝓtector eoꝝ est. Domus aaron spauit i dõmio: adiutor eoꝝ ꝙ ꝓtector eoꝝ est. Qui timẽt dñm spauerũt in dño: adiutor eoꝝ et ꝓtector eoꝝ ẽ. Dñs memor fuit nostri: et benedixit nobis. Benedixit domui israel: benedixit domui aaron. Benedixit oñibꝰ qui timent dominũ: pusillis cũ maioribus. Adiciat dominus super vos: supꝫ vos ꝙ super filios vestros. Benedicti vos a domino: q̃ fecit celũ ꝙ terrã. Celũ celi dño: terrã aũt dedit filijs hominũ. Nõ mortui laudabunt

te domine: neq; omẽes q̃ descendũt in infernũ. Sed nos qui viuim⁹ benedicim⁹ domino: ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculum.

℣. Alleluia. alleluia.

Oleri: quoniã exaudiet dñs vocez oratõnis mee. Quia inclinauit aurẽ suam mihi: ⁊ in diebꝫ meis inuocabo. Circũdederunt me dolores mortis: et picula inferni inuenerunt me. Tribulatõz ⁊ dolorẽ iueni: ⁊ nomẽ dñi inuocaui. O domine libera aiaz meã: misericors dñs ⁊ iust⁹: ⁊ de⁹ noster miseret. Custodiẽs paruulos dñs: humiliatus sũ ⁊ liberauit me. Cõuertere aia mea in requiem tuã: quia dñs benefecit tibi. Quia eripuit aiaz meam de morte: oculos meos a lacrimis: pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione viuorum.

℣. Alleluia. alleluia.

Credidi propter qd̃ locut⁹ sũ: ego aũt humiliatus sũ nimis. Ego dixi in excessu meo: omis homo mẽdax. Quid retribuaz dño: p omnibꝫ que retribuit mihi. Calicẽ salutaris accipiaz: et nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddã corã omi populo eius: pciosa in cõspectu dñi mors sanctoꝝ ei⁹. O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus ⁊ fili⁹ ancille tue. Dirrupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiã laudis: ⁊ nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddaz ĩ ꝓspectu omis populi eius:: in atrijs domus domini in medio tui hierusalem.

℣. Alleluia. alleluia.

Laudate dominũ omes gentes: laudate eum omes populi. Quoniam confirmata est sup nos misericordia ei⁹: ⁊ veritas domini manet ineternũ.

℣. Alleluia. alleluia.

Confitemini dño quoniã bonus: q̃niam in seculũ misericordia eius. Dicat nũc israel quoniaz bon⁹: q̃niã in seculũ misericordia eius. Dicat nũc domus aaron: quoniã in seculũ misericordia eius. Dicant nũc qui timent dominũ: q̃niam in seculũ misericordia eius. De tribulatõe inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudie dominus. Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: ⁊ ego despiciã inimicos meos. Bonũ est confidere in domino: q̃ ꝓfidere in homine. Bonũ est sperare in dño: q̃ sperare ĩ principibꝫ. Omes gentes circuierũt me: ⁊ in noie dñi quia vltus sũ in eos. Circũdantes circũdederũt me: ⁊ in nomie dñi quia vltus sum in eos. Circũdederunt me sicut apes: et exarserunt sicut ignis in spinis: ⁊ in noie dñi quia vltus sum ĩ eos. Impulsus eversus sũ vt caderez: ⁊ dñs suscepit me. Fortitudo mea et laus mea domin⁹: ⁊ factus est mihi ĩ salutẽ. Vox exultatõnis ⁊ salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutẽ. Non moriar sed viuã: ⁊ narrabo opa dñi. Castigans castigauit me dominus: ⁊ morti non tradidit me. Aperite mihi portas iusticie: ingressus in eas cõfitebor dño: hec porta dñi iusti intrabũt ĩ eã. Confitebor tibi q̃niaz exaudisti me: ⁊ factus es mihi in salutẽ. Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificantes: hic factus est in caput anguli. A dño factum est istud ⁊ est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quã fecit dñs: exultem⁹ ⁊ letemur in ea. O domine saluũ me fac: o domine bene ꝓsperare: benedictus qui veit in noie dñi. Benedixim⁹ vobis de domo domini: deus dominus ⁊ illuxit nobis. Cõstituite diẽ solennẽ in ꝓdensis: vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu ⁊ ꝓfitebor tibi: deus meus es tu ⁊ exaltabo te. Confitebor tibi qm̃ exaudisti me: ⁊ factus es mihi in salutẽ. Confitemini dño quoniã bon⁹: quoniaz in seculũ misericordia eius.

℣. Alleluia. alleluia. Aleph.

Beati immaculati ĩ via: qui ambulant ĩ lege domini. Beati qui scrutant testimonia eius: in toto corde exquirunt eũ. Nõ enim qui operãtur iniquitatẽ: in vijs ei⁹ ambulauerũt. Tu mandasti: mandata tua custodire nimis. Vtinaz dirigatur vie mee: ad custodiẽdas iustificatões tuas Tunc nõ ꝓfundar: cum ꝓspexero in omnibꝫ mandatis tuis. Confitebor tibi in directõe cordis: in eo q̃ didici iudicia iusticie tue. Justificatões tuas custodiã: nõ me derelinq̃s vsqueq̃q. Beth.

In quo corrigit adolescentior viam suã: ĩ custodiẽdo ꝑmones tuos. In toto corde meo exq̃siui te: ne ꝛpellas me a mandatis tuis. In corde meo abscõdi eloq̃a tua: vt ñ peccẽ tibi. Benedict⁹es

domine: doce me iustificatōnes tuas. In la
bijs meis: pnūciaui oīa iudicia oris tui.
In via testimonioꝝ tuoꝝ delectat⁹ sū: sic
in oīb⁹ diuicijs. In mādatis tuis exerce
bor: ⁊ considerabo vias tuas. In iustifica-
tōib⁹ tuis meditabor: nō obliuiscar sermo
nes tuos. ℣ Gimel.

REtribue seruo tuo: viuifica me et
custodiam sermones tuos. Reue-
la oculos meos: ⁊ considerabo mi-
rabilia ⁊ lege tua. Incola ego sū in terra:
non abscondas a me mandata tua. Concu
piuit anima mea desiderare iustificatōnes
tuas: in omni tēpore. Increpasti supbos:
maledicti q̄ declinant a mādatis tuis. Au-
fer a me obprobriū ⁊ pcēptū: quia testimo
nia tua exquisiui. Etēm sederūt principes
⁊ aduersuz me loquebanť: seruus aūt tu⁹
exercebať in iustificatōnib⁹ tuis. Nā ⁊ te-
stimonia tua meditatō mea est: ⁊ pcilium
meū iustificatōnes tue. ℣ Deleth.

ADhesit pauimento anima mea: vi
uifica me scōm verbum tuū. Vias
meas enūciaui ⁊ exaudisti me: do-
ce me iustificatōnes tuas. Viam iustifica-
tōnum tuarū instrue me: ⁊ exercebor ī mi-
rabilib⁹ tuis. Dormitauit anima mea pre
tedio: pfirma me in verbis tuis. Viā iniq̄-
tatis amoue a me: et de lege tua miserere
mei. Viā veritatis elegi: iudicia tua nō sū
oblitus. Adhesi testimonijs tuis domine:
noli me pfundere. Viam mandatoꝝ tuoꝝ
cucurri: cum dilatasti cor meum. ℣ He.

LEgem pone mihi domine viam iu-
stificatōnū tuarū: ⁊ exquirā eā sē-
per. Da mihi intellectum ⁊ scruta
bor legē tuā: ⁊ custodiā illam in toto cor-
de meo. Deduc me in semita mandatorum
tuoꝝ: quia ipsam volui. Inclina cor meuz
in testimonia tua: ⁊ nō in auariciā. Auer
te oculos meos ne videāt vanitatē: in via
tua viuifica me. Statue seruo tuo eloq̄uz
tuum: in timore tuo. Amputa obprobriuz
meū qđ suspicatus sum: qr iudicia tua io-
cūda. Ecce concupiui mandata tua: in eq̄
tate tua viuifica me. ℣ Vau.

ET veniat sup me misericordia tua
domine: salutare tuum scōm eloq̄-
um tuū. Et respondebo ex probrā-
tib⁹ mihi verbū: qr spaui ī sermonib⁹ tuis.
Et ne auferas ꝺ ore meo verbuz veritatis
vsquequaq̄: quia in iudicijs tuis supspera
ui. Et custodiam legem tuam semp: ī secu
lū ⁊ in seculum seculi. Et ambulabā in la-
titudine: quia mandata tua exquisiui. Et
loquebar ī testimonijs tuis in ꝓspectu re-
gū: ⁊ nō ꝓfundebar. Et meditabar: in mā-
datis tuis que dilexi. Et leuaui man⁹ me-
as ad mādata tua que dilexi: et exercebor
in iustificatōnib⁹ tuis. ℣ Zaȳ.

MEmor esto verbi tui seruo tuo: in
quo mihi spem dedisti. Hec me con
solata est in humilitate mea: quia
eloquium tuum viuificauit me. Superbi
inique agebant vsquequaq̄: a lege autem
tua non declinaui. Memor fui iudicōꝝ tu-
oꝝ a seculo domine: ⁊ cōsolatus sum. De-
fectō tenuit me: ꝓ peccatorib⁹ derelinquē-
tib⁹ legem tuā. Cantabiles mihi erāt iusti-
ficatōnes tue: in loco peregrinatōis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et
custodiui legem tuaz. Hec facta est mihi:
quia iustificatōnes tuas exquisiui.
℣ Heth.

PArcio mea domine: dixi custodire
legem tuam. Deprecatus sū faciem
tuam in toto corde meo: miserere
mei scōm eloquiū tuuz. Cogitaui vias me-
as: ⁊ ꝓuerti pedes meos ī testimonia tua.
Paratus sum et nō sū turbatus: vt custo-
diā mandata tua. Funes peccatorum cir-
cūplexi sunt me: ⁊ legem tuam nō sum ob-
litus. Media nocte surgebā ad cōfitēdū ti-
bi: super iudicia iustificatōnis tue. Partici-
ceps ego sum omniū timentiū te: et custo-
dientiū mādata tua. Misericordia tua do-
mine plena est terra: iustificationes tuas
doce me. ℣ Theth.

BOnitatem fecisti cū seruo tuo do-
mine: secundum verbuz tuuz. Bo-
nitatem ⁊ disciplinam ⁊ scientiam
doce me: quia in mandatis tuis credidi.
Priusq̄ humiliarer ego deliqui: propterea
eloquiū tuū custodiui. Bon⁹ es tu: ⁊ ī bo
nitate tua doce me iustificatōes tuas. Mul
tiplicata ē sup me iniq̄tas supboꝝ: ego aūt ī
toto corde meo scrutabor mādata tua. Co
agulatū ē sic lac cor eoꝝ: ego vero legem

tuam meditatus sū. Bonū mihi qz humili
asti me: vt discaz iustificatōes tuas. Bonū
mihi lex oris tui: sup milia auri z argēti.

Joth.

MAnus tue dñe fecerunt me z plas-
mauerūt me: da mihi intellectum
vt discam mādata tua. Qui timēt
te vidēbūt me z letabunt: qz in verba tua
supsperaui. Cognoui dñe qui equitas iudi
cia tua: z ī veritate tua humiliasti me. Fi
at misericordia tua vt consoletur me: secū
dū eloquiū tuum seruo tuo. Veniāt mihi
miserationes tue z viuaz: qz lex tua medita-
cio mea est. Cōfūdant superbi quia iniu-
ste iniquitatē fecerūt in me: ego autē exer
cebor ī mādatis tuis. Cōuertāt mihi timē
tes te: z qui nouerūt testimonia tua. Fiat
cor meū immaculatū ī iustificatōibz tuis:
vt nō confundar.

Caleph.

DEfecit in salutare tuū aīa mea: z ī
verbū tuū supsperaui. Defecerūt
oculi mei in eloquiuz tuuz: dicen-
tes quando consolaberis me. Quia factus
sū sicut vter in pruina: iustificatōes tuas
nō sū oblitus. Quot sūt dies serui tui: qñ
facies de persequentibz me iudiciū. Narra
uerūt mihi iniqui fabulatōnes: sed non vt
lex tua. Omia mandata tua veritas: iniq
persecuti sūt me adiuua me. Paulominus
psumauerūt me in terra: ego autē nō dere
liqui mandata tua. Secūdū misericordiā
tuaz viuifica me: z custodiā testimonia o-
ris tui.

Lamech.

IN eternuz dñe: verbū tuū pmanet
in celo. In generatōne et generatō
nem veritas tua: fundasti terram
z permanet. Ordinatōe tua pseverat dies:
qñ oia seruiūt tibi. Nisi qz lex tua medita
tō mea est: tūc forte perissem in humilita-
te mea. In eternū nō obliuiscar iustificatō
nes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tu?
sū ego saluū me fac: quoniā iustificatōes
tuas exquisiui. Me expectauerūt peccato-
res vt perderent me: testimonia tua intel-
lexi. Omis cōsumatōnis vidi finem: latuz
mandatum tuum nimis.

Mem.

QUomodo dilexi legē tuā dñe: tota
die meditatō mea est. Super ini-
micos meos prudentem me feci-
sti mādato tuo: quia ineternū mihi est. Sup
omes docentes me intellexi: quia testimo-
nia tua meditatō mea est. Super senes in-
tellexi: quia mādata tua quesiui. Ab ōmi
via mala phibui pedes meos: vt custodiā
verba tua. A iudicijs tuis nō declīaui: qa
tu legē posuisti mihi. Quādulcia faucib?
meis eloquia tua: sup mel ori meo. A mā-
datis tuis ītellexi: propterea odiui omez
viam iniquitatis.

Nun.

LAcerna pedibz meis verbuz tuuz:
et lumen semitis meis. Juraui: et
statui custodire iudicia iusticie
tue. Humiliatus sum vsquequaqz: domine
viuifica me secundum verbum tuum. Vo
lūtaria oris mei beneplacita fac dñe: z iu-
dicia tua doce me. Anima mea in mani-
bus meis semper: et legem tuam nō sū ob
litus. Posuerunt peccatores laqueum mi-
hi: et de mandatis tuis nō erraui. Hereditate
acquisiui testimonia tua ineternum:
qa exultatō cordis mei sūt. Inclinaui cor
meū ad faciendas iustificatōnes tuas ine-
ternū: ppter retributōnez.

Samech.

INiquos odio habui: z legem tuaz
dilexi. Adiutor z susceptor me? es
tu: z in verbū tuum supersperaui.
Declinate a me maligni: z scrutabor man
data dei mei. Suscipe me scdm eloquium
tuum z viuam: z nō confundas me ab ex-
pectatōne mea. Adiuua me z saluus ero:
z meditabor in iustificatōnibz tuis semper
Spreuisti omes descendētes a iudicijs tu-
is: quia iniusta cogitatō eorum. Preuari-
cantes reputaui omnes peccatores terre:
ideo dilexi testimonia tua. Confige timoe
tuo carnes meas: a iudicijs eī tuis timui.

Ayn.

FEci iudiciū z iusticiam: nō tradas
me calumniātibz me. Suscipe ser-
uū tuū in bonū: nō calūnient me
superbi. Oculi mei defecerūt ī salutare tu-
um: et in eloquiū iusticie tue. Fac cuz ser-
uo tuo secundū misericordiaz tuam: z iu-
stificatōnes tuas doce me. Seruus tu? suz

ego:da mihi intellectū vt sciaz testimonia tua. Tempus faciendi domīe:dissipauerūt legem tuam. Ideo dilexi mādata tua: sup aurū et thopazion. Propterea ad oīa mā data tua dirigebar:omnem viaz iniquam odio habui. ℣ He.

Mirabilia testimonia tua dñe: ideo scrutata est ea aīa mea. Declaratio sermonum tuoꝝ illuminat: et intellectū dat paulis. Os meū aperui et attraxi spiritū:qz mādata tua desiderabā. Aspice in me et miserere mei:scōm iudiciū diligentiū nomen tuū. Gressus meos dirige scōm eloquiū tuū:et nō dñet mei oīs iniusticia. Redime me a calūniis hoīm:vt custodiaz mādata tua. Faciē tuā illumia sup seruū tuū:et doce me iustificatōnes tuas. Exitus aquarū deduxerūt oculi mei:qz nō custodierūt legem tuam. ℣ Vau.

Iustus es dñe: et rectū iudiciuz tuum. Mandasti iusticiā testimonia tua:et veritatē tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus : quia obliti sūt verba tua inimici mei. Ignitū eloqum tuum vehemēter: et seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego et contempt⁹:iustificatōnes tuas non sū oblitus. Justicia tua iusticia ieternū:et lex tua veritas. Tribulatō et angustia inuenerūt me:mandata tua meditatō mea est. Equitas testimonia tua ineternū:intellectum da mihi et viuā. ℣ Coph.

Clamaui in toto corde exaudi me domine: iustificatōnes tuas requirā. Clamaui ad te et saluū me fac : vt custodiaz mandata tua. Preueni in maturitate et clamaui : in verba tua supsperaui. Preuenert oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloqa tua. Elocem meā audi scōm misericordiā tuaz domine: et scōm iudiciū tuū viuifica me. Appropinquerūt persequentes me iniquitati:a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domīe:et oēs vie tue veritas. Initio cognoui ō testimonijs tuis:quia ineternū fundasti ea. ℣ Res.

Vide humilitatez meaz et eripe me : quia legem tuaz non sum oblitus. Judica iudiciū meū et redime me: propter eloquium tuū viuifica me. Longe a peccatoribz salus:quia iustificatōnes tuas non exquisierūt. Misericordie tue multe domine:scōm iudiciū tuuz viuifica me. Multi qui persequunt me et tribulāt me : a testimonijs tuis nō declinaui. Vidi prevaricantes et tabescebā: quia eloquia tua nō custodierūt. Vide qm mādata tua dilexi: dñe in misericordia tua viuifica me. Principiuz verboꝝ tuoꝝ veritas:ineternū oia iudicia iusticie tue. ℣ Sin.

Principes persecuti sūt me gtis :et a verbis tuis formidauit cor meū. Letaboꝝ ego super eloquia tua:sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatez odio habui et abominatus sum:legem aūt tuam dilexi. Septies in die laudez dixi tibi:super iudicia iusticie tue. Pax multa diligentibz legē tuā:et non est illis scandaluz. Expectabam salutare tuū domine:et mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua:et dilexit ea vehemēter. Seruaui mandata tua et testimonia tua :quia oēs vie mee in conspectu tuo. ℣ Thau.

Appropinquet deprecatō mea in cōspectu tuo domine: iuxta eloquiū tuum da mihi intellectum. Intret postulatō mea in conspectu tuo:scōm eloquiū tuū eripe me. Eructabunt labia mea ymnū:cum docueris me iustificatōnes tuas. Pronūciabit lingua mea eloquiuz tuum:quia omnia mādata tua equitas. Fiat manus tua vt saluet me : qm mandata tua elegi. Concupiui salutare tuū domīe: et lex tua meditatō mea est . Viuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que perijt:qre seruū tuum quia mādata tua non suz oblitus. ℣ Alleluia.

℣ Canticum graduum.

Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me . Domine libera aīaz meā a labijs iniqs:et a lingua dolola. Quid det tibi aut qd apponatur tibi:ad linguā dolosā: Sagitte potētis

acutꝫ cũ carbonib⁹ dꝫsolatoꝛijs. Deu mihi quia incolatus meꝰ plongatus est: habita ui cũ habitãtibus cedar: multũ ĩcola fuit aĩa mea. Cũ hijs qui odꝫũt pacem erã pacus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

¶ Canticum graduum.

Leuaui oculos meos ĩ montꝫs: vnde veniet auxiliũ mihi. Auxilium meum a domino: qui fecit celuz et terrã. Non det in cõmotõnem pedum tuũ: neq; dormitet qui custodit te. Ecce nõ dormitabit neq; dormiet: qui custodit israel. Dominus custodit te: dominus protectio tua super manũ dexteram tuã. Per diẽ sol nõ uret te: neq; luna per noctem. Domin⁹ custodit te ab omni malo: custodiat aĩam tuam domin⁹. Dominus custodiat introitum tuum et exitũ tuũ: ex hoc nũc ⁊ usq; in seculum.

¶ Canticũ graduum.

Letatus sum in hijs que dicta sunt mihi: in domũ domini ibim⁹. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem. Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius pticipatõ eius in idipsũ. Illuc eñ ascenderũt tribꝰ tribꝰ domini testimoniũ israel: ad confitendum nomini domini. Quia illic sederũt sedes ĩ iudicio: sedes super domũ dauid. Rogate que ad pacũt hierusalez: ⁊ abũdancia diligentibꝰ te. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundancia in turribꝰ tuis. Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacez de te. Propter domũ dñi dei nostri: quesiui bona tibi.

¶ Canticum graduum.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibꝰ dominorum suorum. Sicut oculi ancille ĩ manibꝰ domine sue: ita oculi nostri ad dominũ deuz nostrũ donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri: quia multũ repleti sumus dꝫspectõne. Quia multũ repleta est anima nostra: obprobriũ abũdantibus ⁊ dꝫspectõ superbis.

¶ Canticum graduum dauid.

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nũc israel: nisi quia dominus erat in nobis. Cũ exurgerent homines ĩ nos: forte viuos deglutissent nos. Cũ irascꝫetur furoꝛ eoꝛum in nos: forsitã aq̃ absoꝛbuissent nos. Toꝛrẽtẽ ptrãsiuit aníma nostra: foꝛsitan pertransisset anima nostra aquã intolerabilem. Benedict⁹ dominus: qui non dedit nos in captõnem dẽtibꝰ eoꝛum. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venãtium. Laqueus cõtritus est: ⁊ nos liberati sumus. Adiutoꝛium nostrum in nomine domini: qui fecit celũ et terrã.

¶ Canticum graduum.

Qui confidũt in domino sicut mõs sijon: non cõmouebiẽ ineternuz q̃ habitat in hierusalem. Montꝫs in circuitu eius: ⁊ dominus in circuitu populi sui ex hoc nũc et usq; in seculũ. Quia nõ relinquet dominus virgam peccatoꝛuz super soꝛtem iustoꝛum: vt non extendant iusti ad iniquitatẽ manus suas. Benefac domine: bonis et rectis coꝛde. Declinãtes aũt in obligatõnes adducet dominus cũ operãtibꝰ iniquitatẽ: pax super israel.

¶ Canticum graduum.

In conuertendo domin⁹ captiuitatẽ sijon: facti sum⁹ sicut ꝓsolati. Tũc repletum est gaudio os nostrum: ⁊ lingua nostra in exultatõne. Tũc dicent inter gentes: magnificauit domin⁹ facere cũ eis. Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes. Conuertẽ domine captiuitatẽ nostraz: sicut toꝛrens in austro. Qui seminãt in lacrimis: in exultatõne metẽt. Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. Uenientes aũt venient cũ exultatõe: poꝛtantes manipulos suos.

¶ Canticum graduum salomonis.

Nisi dominus edificauerit domum: in uanum laborauerunt qui edificãt eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eã. Uanũ est vobis ante lucem surgere: surgite postq̃ sederitis qui mãducatis panez doloꝛis. Cum dederit dilectis suis somnuz ecce hereditas dñi: filij merces fructꝰ vẽtris. Sicut sagitte ĩ mãu potẽtis: ita filij excussoꝛ. Beatꝰ vir q̃ impleuit desideriũ suuz ex ipsis: nõ confũdẽt cũ loq̃t inimicis suis in porta.

¶ Canticum graduum.

Beati omnes q̃ timẽt dñm: q̃ ambulant in vijs eius. Laboꝛes manuũ tuaꝛ quia mandducabis: beatꝰ es ⁊ bñ tibi erit. Uxoꝛ tua sicꝫ vitis abundãs:

in latēribꝫ dom⁹ tue. Filij tui sicut nouelle oliuarū: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicet̄: homo qui timet dominū. Benedicat tibi dñs ex sion: et videas bona hierusalem oībꝫ diebꝫ vite tue. Et videas filios filiorū tuorū: pacem super israel.

¶ Canticum graduū.

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: dicat nūc israel. Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: etēm non potuerunt mihi. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores: prolongauerūt iniquitatem suam. Domin⁹ iust⁹ cōcidet ceruices peccatorum: confundantur et conuertant̄ retrorsū omnes qui oderūt sion. Fiant sicut fenū tectorum: q̄ priusq̄ euellatur exaruit. De quo non implebit manum suam qui metet: et sinum suum q̄ manipl'os colliget. Et ñ dixer̄t q̄ p̄teribāt bñdictio dñi sup vos: bñdiximus vobis ī nomine domini.

¶ Canticum graduuz.

De profūdis clamaui ad te domie: domine exaudi vocem meaz. Fiāt aures tue intendentes: in vocē deprecatōnis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit: Quia apud te ppiciatō est: et propter legem tuā sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea ī domino. A custodia matutina vsq̄ ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dominū misericordia: ⁊ copiosa apud eū redemptō. Et ipse redimet israel: ex omnibꝫ iniq̄tatibꝫ eius.

¶ Canticū graduū dauid.

Domine non est exaltatum cor meum: neq̄ elati sunt oculi mei. Neq̄ ambulaui in magnis: neq̄ ī mirabilibꝫ super me. Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam. Sicut ablactat⁹ est super matre sua: ita retributio in aīa mea. Speret isrl' in dño: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in seculū. Canticum graduū.

Memēto domine dauid: ⁊ omīs mānsuetudinis eius. Sicut iurauit domino: votū vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculū dom⁹ mee: si ascendero in lectū strati mei. Si dedero somnuz oculis meis: ⁊ palpebris meis dormitatōz. Et requiem tpibꝫ meis: donec inueniā locuz dño tabernaculū deo iacob. Ecce audiuim⁹ eam in effrata: inuenim⁹ eā ī cāpis silue. Introibim⁹ ī tabernaculū ei⁹: adorabim⁹ ī loco vbi stet̄r̄t pedes ei⁹. Surge dñe ī requiem tuā: tu et archa sāctificatōis tue. Sacerdotes tui induāt̄ iusticia: ⁊ sācti tui exultēt. Propt̄ dauid seruū tuū: non auertas faciē xpi tui. Jurauit dñs dauid veritatē ⁊ ñ frustrabit̄ eū: ɔ fructu vētris tui ponā sup sedē tuaz. Si custodierīt filij tui testamētū meū: ⁊ testimonia mea hec q̄ docebo eos. Et filij eoꝝ vsq̄ ī seculū: sedebūt sup sedē tuā. Qm̄ elegit dñs sion: elegit eā ī habitatōz sibi. Hec requies mea ī seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eā. Viduā eius bñdicēs bñdicā: pauperes ei⁹ saturabo panib⁹. Sacerdotes ei⁹ induā salutari: et sācti ei⁹ exultatōe exultabūt. Illuc pducā cornu dauid: paui lucernaz xpō meo. Inimicos ei⁹ induā confusione: sup ipm aut efflorebit sanctificatō mea.

¶ Canticum graduum.

Ecce q̄bonū ⁊ q̄iocūdū: habitare fratres ī vnū. Sicut vngētū ī capite: q̄ descēdit ī barbā barbā aaron. Q̄ descēdit ī oraz vestimēti ei⁹: sic ros hermon q̄ descēdit ī mōtē sion. Qm̄ illic mandauit dom⁹ bñdictōz: ⁊ vitā vsq̄ ī seculuz.

¶ Canticum graduum.

Ecce nūc bñdicite dño: oēs serui domini. Qui statis ī domo dñi: in atrijs dom⁹ dei nr̄i. In noctibꝫ extollite man⁹ vr̄as ī sācta: ⁊ bñdicite dño. Bñdicat te dñs ex sy̆ō: q̄ fecit celū ⁊ trā.

Laudate nomē dñi: laudate pueri dominū. Qui statis ī domo dñi: in atrijs dom⁹ dei nr̄i. Laudate dñm q⁊ bon⁹ dñs: psallite nomi ei⁹ qm̄ suaue ē. Qm̄ iacob elegit sibi dñs: isrl' ī possessionē sibi. Quia ego cognoui q⁊ magn⁹ ē dñs: ⁊ dn⁹ nr̄ p̄ oībꝫ dijs. Oīa q̄cunq̄ voluit dñs fecit ī celo ⁊ ī trā: ī mari ⁊ in oīb⁹ abissis. Educēs nubes ab extremo trē: fulgura ī pluuiaz fecit. Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita egipti ab hoīe vsq̄ ad pecus. Emisit signa ⁊ pdigia ī medio tui egipte: ī pharaonē ⁊ in oēs seruos ei⁹. Qui pcussit gētes multas: et occidit r̄ges fortes. Seon regē amorreoꝝ ⁊ og regē basan: ⁊ oīa regna chanaan. Et dedit trā eoꝝ hereditatē: hēditatē isrl' pplo suo. Dñe nomē tuū ī eternū: dñe mēoriale tuū ī generacōe ⁊ generacōez. Quia iudicabit

dominus populum suũ: ⁊ in seruis suis de-
pcabit. Simulacra gentiũ argẽtũ ⁊ aurũ:
opera manuum hominuz. Os habent ⁊ nõ
loquent: oculos habent ⁊ nõ videbũt. Au-
res habent ⁊ nõ audiẽt: neq; eñ est spirit⁹
in ore ipoꝝ. Similes illis fiant qui faciũt
ea: ⁊ omẽs qui confidunt in eis. Dom⁹ isrl̃
benedicite domino: domus aaron benedici
te domio. Domus leui benedicite domio:
qui timetis dominũ bñdicite domino. Bñ-
dictus dominus ex syon: qui habitat i hie
rusalem.

Alleluia. alleluia.

Confitemini dño qm̃ bon⁹: qm̃ ine-
ternũ misericordia ei⁹. Cõfitemini
deo deoꝝ: qm̃. Confitemini domio
dñoꝝ: qm̃. Qui facit mirabilia magna so-
lus: qm̃. Qui fecit celos in intellectu: qm̃.
Qui firmauit terram sup aquas: qm̃. Qui
fecit lumiaria magna: qm̃. Solẽ i pt̃atem
diei: qm̃. Lunã ⁊ stellas i pt̃atẽ noctis: q-
niã. Qui pcussit egiptum cũ primogenitis
eoꝝ: qm̃. Qui eduxit isrl̃ de medio eoꝝ: q-
niã. In manu potẽti ⁊ brachio excelso: q-
niam. Qui diuisit mare rubrũ i diuisiões:
qm̃. Et eduxit isrl̃ p mediũ ei⁹: qm̃. Et ex-
cussit pharaonez ⁊ virtutem ei⁹ i mari ru-
bro: qm̃. Qui traduxit pplm̃ suũ p desertũ:
qm̃. Qui pcussit reges magnos: qm̃. Et oc
cidit reges fortes: qm̃. Seon rgẽ amorreo
rũ: qm̃. Et og regẽ basan: q̃niaz. Et dedit
terrã eoꝝ hereditatẽ: qm̃. Hereditatez isrl̃
seruo suo: qm̃. Quia i humilitate nr̃a me-
mor fuit nostri: qm̃. Et redemit nos ab ini
micis nr̃is: qm̃. Qui dat escã omi carni: q̃
niam. Confitemini deo celi: qm̃. Cõfitemi-
ni dño dñoꝝ: quoniã inetternũ misericor-
dia eius.

Alleluia.

Psalmus dauid pter hieremiã.

Sup flumina babilonis illic sedim⁹
⁊ fleuim⁹: dũ recordaremur tui sij
on. In salicib⁹ in medio ei⁹: suspẽ
dimus organa nostra. Quia illic interro-
gauerũt nos q̃ captiuos duxerũt nos: ver
ba cãtionũ. Et qui abduxerũt nos: ymnuz
cantate nobis de cãticis syon. Quõ canta
bim⁹ cãticũ dñi: in terra aliena: Si oblit⁹
fuero tui hierusalẽ: obliuioni det dextera
mea. Adhẽat lĩgua mea faucib⁹ meis: si ñ
meminero tui. Si nõ pposuero hierusalez:
in pncipio letitie mee. Memor esto dñe fi-
lioꝝ edom: in die hierusalẽ. Qui dicũt exi-
nanite exinanite: vsq; ad fundamẽtũ i ea.
Filia babilonis misera: beat⁹ qui retribu-
et tibi retributõnẽ tuã quã retribuisti no
bis. Beatus qui tenebit: et allidet puulos
suos ad petram.

Psalmus dauid.

Confitebor tibi domine in toto cor-
de meo: quoniam audisti verba o-
ris mei. In conspectu angelorum
psallam tibi: adorabo ad templum sanctũ
tuũ et confitebor nomini tuo. Super mi-
sericordia tua ⁊ veritate tua: quoniaz ma
gnificasti super omne nomẽ sanctum tuũ.
In q̃cũq; die iuocauero te exaudi me: mul
tiplicabis i aĩa mea virtutẽ. Cõfitẽãt tibi
dñe oẽs reges terre: qz audierũt verba o-
ris tui. Et cãtent i vijs dñi: qm̃ magna est
gloria dñi. Qm̃ excelsus dñs ⁊ humilia re-
spicit: et alta alonge cognoscit. Si ambu-
lauero i medio tribulatõis viuificab̃ me:
⁊ sup iram inimicoꝝ tuoꝝ extendisti ma-
nũ tuam: ⁊ saluũ me fecit dextera tua. Do
minus retribuet pro me: dñe misericordia
tua in seculũ: opa manuuz tuarum ne de-
spicias.

In finem psalm⁹ dauid.

Domine probasti me et cognouisti
me: tu cognouisti sessionem meam
⁊ resurrectõnem meam. Intellexi-
sti cogitatões meas delonge: semitã me-
am et funiculũ meuz inuestigasti. Et oẽs
vias meas puidisti: quia nõ est sermo i lin
gua mea. Ecce domine tu cognouisti oĩa
nouissima ⁊ antiqua: tu formasti me ⁊ po-
suisti sup me manũ tuã. Mirabilis facta ẽ
scientia tua ex me: ꝓfortata ẽ ⁊ nõ potero
ad eã. Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ quo a facie
tua fugiaz: Si ascẽdero i celũ tu illic es: si
descendero in infernuz ades. Si sumpsero
pennas meas diluculo: ⁊ habitauero i ex-
tremis maris. Etenim illic manus tua dedu
cet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi
forsitan tenebre ꝓculcabũt me: ⁊ nox illu-
minatõ mea in delicijs meis. Quia tenebre
nõ obscurabunt̃ a te: ⁊ nox sicut dies illu
minabitur: sicut tenebre eius ita ⁊ lumen
eius. Quia tu possedisti renes meos: susce-
pisti me de vtero matris mee. Cõfitebor ti
bi quia terribiliter magnificatus es: mira
bilia opera tua. ⁊ aĩa mea cognoscet ni-
mis. Non ẽ occultatũ os meum a te qõ fe-
cisti i occulto: et substãcia mea i iferioribꝫ
tre. Imperfectũ meũ viderẽt oculi tui: ⁊ i libro

tuo omnes scribent: dies formabuntur ⁊ nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sũt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eor. Dinumerabo eos ⁊ sup arenã multiplicabũt: exurrexi ⁊ adhuc sũ tecũ. Si occideris deus peccatores: viri sanguinuz declinate a me. Quia dicitis in cogitatõne: accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderũt te domine oderã: ⁊ sup inimicos tuos tabescebã. Perfecto odio oderã illos: ĩimici facti sũt mihi. Proba me deus ⁊ scito cor meũ: interroga me ⁊ cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: ⁊ deduc me ĩ via eterna.

¶ In finem psalmus dauid.

Eripe me dñe ab hoĩe malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerũt iniquitates in corde: tota die constituebant plia. Acuerunt linguaz suã sicut serpentes: venenuz aspidum sub labijs eor. Custodi me dñe de manu peccatoris: ⁊ ab hoĩb iniquis eripe me. Qui cogitauerũt supplantare gressus meos: abscondẽrt superbi laqueũ mihi. Et funes extenderũt in laqueũ: iuxta iter scandalũ posuerunt mihi. Dixi dño de⁹ me⁹ es tu: exaudi dñe vocẽ depcatõnis mee. Dñe dñe virtus salutis mee: obumbrasti sup caput meuz ĩ die belli. Nõ tradas me dñe a desiderio meo peccatori: cogitauerũt cõtra me: ne derelinqs me ne forte exaltẽtur. Caput circuit⁹ eor: labor labior ipsor operiet eos. Cadent super eos carbones: ĩ ignẽ deicies eos: ĩ miserijs nõ subsistent. Vir linguosus nõ dirigẽt ĩ terra: virũ iniustũ mala capiẽt ĩ interitu. Cognoui qr faciet dñs iudiciũ iopis: ⁊ vindictã paupm. Verũtamẽ iusti cõfitebunt nomini tuo: ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo.

¶ Psalmus dauid.

Domine clamaui ad te exaudi me: intẽde voci mee cuz clamauero ad te. Dirigatur oratõ mea sicut incensum ĩ conspectu tuo: eleuatõ manuũ mearuz sacrificium vespertinũ. Pone domine custodiã ori meo: et ostiũ circũstãcie labijs meis. Non declines cor meũ in verba malicie: ad excusandas excusatõnes ĩ peccatis. Cũ hominib operantib iniquitatem: ⁊ nõ cõmunicabo cũ electis eor. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum autem peccatoris nõ inpinguet caput meũ. Quoniam adhuc et oratõ mea in bñplacitis eor: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniã potuerunt: sicut crassitudo terre erupta ẽ super terrã. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi mei: in te speraui nõ auferes animaz meam. Custodi me a laqueo quẽ statuerũt mihi: et a scandalis operantium iniquitatẽ. Cadent ĩ retiaculo eius peccatores: singulariter sũ ego donec transeam.

¶ Intellectus dauid cum esset in spelunca oratio.

Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad dominum depcatus sũ. Effundo in conspectu eius oratõz meaz: ⁊ tribulatõnẽ meam ante ipsum pnũcio. Indeficiendo ex me spiritũ meum: ⁊ tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueuz mihi. Cõsiderabã ad dexterã ⁊ videbã: ⁊ nõ erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me: ⁊ nõ est qui requirat animã meaz. Clamaui ad te domine: dixi tu es spes mea: porcio mea in terra viuentiuz. Intẽde ad depcatõnem meaz: quia humiliatus sũm nimis. Libera me a psequentib me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia aiaz meã ad confitendum nomini tuo: me expectãt iusti donec retribuas mihi.

¶ Psalmus dauid. quando persequebatur eum filius suus absalon.

Domine exaudi oratõnem meaz auribus percipe obsecratõnem meaz: ĩ veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur ĩ conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus aiaz meã: humiliauit in terra vitam meã. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: ⁊ anxiat⁹ ẽ sup me spũs meus: in me turbatũ est cor meũ. Memor fui dierũ ãtiquor: meditat⁹ sũ in omnibus operibus tuis: in factis manuuz tuarũ meditabar. Expãdi man⁹ meas ad te: aia mea sicut tra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spũs me⁹. Nõ auertas faciẽ tuam a me: et similis ero descendentibus ĩ lacũ. Audi tã fac mihi mane misericordia tuam: qr in te speraui. Notã fac mihi viã ĩ qua ãbulẽ: quia

ad te leuaui aiam meam. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatē tuā quia deus me⁹ es tu. Spiritus tuus bonus deducet me ī terraz rectam: ꝓpter nomen tuum domine viuifi cabis me in equitate tua. Educes ꝺ tribulatōe animam meaz: ⁊ in misericordia tua dispderes inimicos meos. Et perdes oēs qui tribulant animā meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Psalmus dauid aduersus goliam.

Benedictus dominus deus meus q̄ docet manus meas ad prelium: et digitos meos ad belluz. Misericor dia mea et refugium meum: susceptor meus ⁊ liberator meus. Protector me⁹ ⁊ ī ipo speraui: qui subdit populum meū sub me. Domine quid est hō quia īnotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum! Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereūt. Domine inclina celos tuos ⁊ descende: tange mōtes ⁊ fumigabunt. Fulgura chorusca tōez ⁊ dissipabis eos: emitte sagittas tuas et cōturbabis eos. Emitte manū tuā de alto: eripe me ⁊ libera me de aquis multis: ⁊ de manu filioz alienoz. Quoz os locutum est vanitatē: ⁊ dextera eoz dextera iniquitatis. Deus canti cū nouū cantabo tibi: in psalterio decacoz do psallaz tibi. Qui das salutē regibo: qui redemisti dauid seruū tuū: de gladio maligno eripe me. Et erue me ꝺ manu filiozuz alienoz q̄rū os locutū ē vanitatē: ⁊ dextera eoz dextera iniquitatis. Quorū filij sicut nouelle plantatōnes: ī iuuentute sua. Filie eoz cōpositē: circumornate vt similitudo tēpli. Promptuaria eoz plena: eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fetose abundantes ī egressibo suis: boues eorum crasse. Non est ruina macerie: neq; transitus neq; clamor in plateis eoz. Beatū dixerunt populum cui hec sūt: beatus populus cuius dominus de⁹ eius.

Laudatio ipsi dauid.

Exaltabo te deus meus rex: ⁊ benedicā nomini tuo in seculuz ⁊ in seculuz seculi. Per singulos dies bñdicam tibi: ⁊ laudabo nomē tuū ī seculum ⁊ ī seculū seculi. Magn⁹ dñs ⁊ laudabil' nimis: ⁊ magnitudinis ei⁹ nō ē finis. Generatō ⁊ generatō laudabit opa tua: ⁊ potēciā tuā pnūciabūt. Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquētur: ⁊ mirabilia tua narrabunt. Et virtutē terribiliū tuoz dicēt: ⁊ magnitudinem tuam narrabunt. Memoriā abūdancie suauitatis tue eructabunt: ⁊ iusticia tua exultabunt. Miserator ⁊ misericors dñs: pacies et multum misericors. Suauis dñs vniuersis: ⁊ miseratōnes eius super oīa opera ei⁹. Confitean⁹ tibi dñe oīa opa tua: ⁊ sancti tui benedicāt tibi. Gloriam regni tui dicēt: ⁊ potēciā tuā loquen⁹. Et notā faciāt filijs hoīm potēciā tuā: ⁊ gloriaz magnificēcie regni tui. Regnū tuū regnū oīm seculoz: ⁊ dñatio tua in oī generatōne ⁊ generatōe. Fidelis dominꝰ ī oībo verbis suis: ⁊ sāctus ī oībo opibo suis. Alleuat dñs oēs q̄ corruūt: ⁊ erigit oēs elisos. Oculi oīuz sperāt ī te dñe: ⁊ tu das escam illoz ī tpe opportuno. Aperis tu manū tuaz: ⁊ imples oīe aīal benedictōne. Just⁹ dñ⁹ in oībo vijs suis: et sanctus in omnibo opibo suis. Prope ē dominꝰ oībo īnuocantibo eū: omnibo inuocantibo eū in veritate. Volūtatem timentiū se faciet: ⁊ deprecatōnem eoz exaudiet: ⁊ saluos faciet eos. Custodit dominꝰ omnes diligentes se: ⁊ oēs peccatores disperdet. Laudatōnem domini loquetur os meū: et benedicat oīs caro nomini sancto ei⁹ in seculū ⁊ in seculū seculi. Alleluia.

Lauda anima mea dominū: laudabo dominuz in vita mea: psallam deo meo q̄diu fuero. Nolite confidere in principibo: in filijs hominum in q̄bus nō est salus. Exibit spiritus eius ⁊ reuertē ī terram suam: in illa die peribūt omnes cogitatōnes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutoz eius: spes eius in domino deo ipsius: qui fecit celum ⁊ terram mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum: facit iudicium iniuriam pacientibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illumīat cecos. Domin⁹ erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas: pupilluz ⁊ viduam suscipiet: et vias peccatorū disperdet. Regnabit dominus in secula: deus tuus syon in generatōne ⁊ generatōnem.

Alleluia. alleluia.

Laudate dominū qm̄ bonus ē psal
mus:deo nostro sit iocunda decor
raq; laudatō. Edificans hierusalez
dominus:dispersiones israel congregabit.
Qui sanat cōtritos corde:⁊ alligat ꝓtritō
nes eor̄. Qui numerat multitudinem stel
larū:⁊ oīb⁹ eis noīa vocās. Magnus domi
nus noster ⁊ magna virtus ei⁹:⁊ sapientie
eius non est numerus. Suscipiens māsue
tos dn̄s: humilians autē peccatores vsq;
ad terram . Precinite dño in confessione:
psallite deo nostro in cithara. Qui operit
celū nubib⁹:⁊ parat terre pluuiaz. Qui p̄
ducit in montibus fenū:⁊ herbam seruitu
ti hominū. Qui dat iumentis escā ipor̄ū:
⁊ pullis coruor̄ inuocantib⁹ eum. Non in
fortitudine equi voluntatē; habebit:nec ī
tibijs viri beneplacitum erit ei. Benepla-
citū est dño sup timentes eu;:⁊ in eis qui
sperant sup misericordia eius. Alleluia.

℣ Alleluia aggei et zacharie.

Lauda hierusalem dominum: lau-
da deum tuū sijon. Quoniā confor
tauit seras portarū tuar̄:bñdixit
filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pa
cem:⁊ adipe frumenti saciat te. Qui emit-
tit eloquiū suū terre:velociter currit ser-
mo eius. Qui dat niuē sicut lanā: nebulā
sicut cinerem spargit. Mittit cristalluz su-
am sicut bucellas:ante faciez frigoris ei⁹
quis sustinebit! Emittet verbū suū ⁊ liq̄fa
ciet ea:flabit spiritus eius et fluent aque.
Qui annūciat verbū suū iacob:iusticias ⁊
iudicia sua israel. Nō fecit taliter om̄i na-
tōni:⁊ iudicia sua non manifestauit eis.

℣ Alleluia.alleluia.

Laudate dominuz de celis:laudate
eū in excelsis. Laudate eum om̄es
angeli eius: laudate eū om̄es vir-
tutes eius. Laudate eū sol ⁊ luna:laudate
eū om̄es stelle ⁊ lumen. Laudate eū celi ce
lorum:et aque omnes que super celo sunt
laudent nomen domini. Quia ipse dixit et
facta sūt:ipse mādauit ⁊ creata sunt. Sta
tuit ea in seculuz ⁊ in seculū seculi:p̄ceptū
posuit ⁊ non p̄teribit. Laudate dominū de
terra:dracones ⁊ om̄es abissi. Ignis gran
do nix glacies spiritus procellarum:q̄ faci
unt verbū eius. Montes ⁊ omnes colles:li-
gna fructifera ⁊ omnes cedri. Bestie ⁊ uni
uersa pecora:serpentes ⁊ volucres penna-
te. Reges terre ⁊ om̄es populi: p̄ncipes
⁊ om̄es iudices terre. Iuuenes ⁊ virgines
senes cū iunioribꝫ laudēt nomē domini:q
exaltatū est nomē eius solius. Cōfessio ei⁹
sup celū et terrā:⁊ exaltauit cornu populi
sui. Imnus om̄ib⁹ sanctis eius:filijs israel
populo appropinquanti sibi.

℣ Alleluia.alleluia.

Cantate domino canticū nouum:
laus eius in ecclesia sanctor̄. Le-
tetur israel in eo qui fecit eū:et fi-
lie sijon exultent in rege suo. Laudent no
men eius in choro: ī tijmpano ⁊ psalterio
psallant ei. Quia beneplacitū est domino i
populo suo:⁊ exaltabit māsuetos in salu-
tem. Exultabunt sancti in gloria:letabun
tur in cubilibus suis . Exultatōnes dei in
gutture eor̄:⁊ gladij ancipites in manib⁹
eor̄. Ad faciendaz vindictam in natōib⁹:
increpatōnes in populis. Ad alligādos re-
ges eor̄ in cōpedib⁹: ⁊ nobiles eor̄ in ma-
nicis ferreis. Vt faciant in eis iudiciū con
scriptū:gloria hec est om̄ib⁹ sanctis eius.

℣ Alleluia.alleluia.

Laudate dn̄m in sanctis eius: lau-
date eum in firmamento virtutis
eius. Laudate eū in virtutib⁹ ei⁹:
laudate eum secundum multitudinez ma-
gnitudinis eius. Laudate eum in sono tu
be:laudate eū in psalterio ⁊ cithara. Lau
date eum in tijmpano ⁊ choro:laudate eū
Et factũ ẽ cũ audisset rex ezechias scidit vestimenta sua. ⁊ obuolutus ẽ sacco: ⁊ intrauit in domũ dñi. Et misit eliachim qui erat sup domũ. et sobna scribam. ⁊ seniores ꝺ sacerdotibꝫ optos saccis. ad ysaiam filiũ amos ꝓphetam: ⁊ dixerũt ad eũ. Hec dicit rex ezechias. Dies tribulatiõis ⁊ correptiõnis. ⁊ blasphemie dies hec: qz venerũt filij vsq̃ ad partũ. ⁊ virt⁹ nõ ẽ pariendi. Si quõ audiat dñs de⁹ tu⁹ verba rabsacis: quẽ misit rex assirioꝝ dñs suus ad blasphemandũ dominũ deuz viuentẽ: ⁊ exprobrãdũ ꝛmonibꝫ q̃s audiuit dominꝰ de⁹ tu⁹. Leua ergo oratiõez p reliquijs q̃ repte sũt. Et venerũt serui regis ezechie ad ysaiã: ⁊ dixit ad eos ysaias. Hec dicetis domiõ võ. Hec dicit dñs. Ne timeas a facie verboꝝ q̃ audisti: q̃bꝫ blasphemauerũt pueri regis assirioꝝ me. Ecce ego dabo ei spiritũ ⁊ audiet nũciũ. ⁊ reuertẽt ad terrã suam ⁊ corruere euz faciaz gladio ī tra sua. Reuersus est aũt rabsaces: ⁊ inuenit regẽ assirioꝝ pliãtẽ aduersus lobnã. Audierat em̃ qz ꝓfect⁹ eẽt de lachis: et audiuit de tharacha rege ethiopie dicentes: egressus ẽ vt pugnet ctra te. Qd cũ audisset. misit nũcios ad ezechiaz dicens. Hec dicetis ezechie regi iude loquẽtes. Nõ te decipiat de⁹ tu⁹ in q̃ tu cfidis dicẽs: nõ dabit̃ ihrlm ī manũ regis assirioꝛũ. Ecce tu nosti oĩa q̃ fecerũt reges assirioꝝ oĩbꝫ terris q̃s subuertẽrũt: ⁊ tu poteris liberari: Nũq̃d eruerũt eos dij gẽtiũ. q̃s subuertẽrũt patres mei: gozan ⁊ haran ⁊ reseph ⁊ filios eden q̃ erant ī thalassar: Ubi ẽ rex emath ⁊ rex arfad ⁊ rex vrb sepharuaim ana et aua: Et tulit ezechias libros de manu nũcioꝝ ⁊ legit eos: ⁊ ascendit in domũ dñi. ⁊ expandit eos corã dño. Et orauit ezechias ad dominũ dicẽs. Dñe exercituũ de⁹ isrl q̃ sedes sup cherubin. tu es de⁹ solus oñiũ regnoꝝ terre: tu fecisti celũ ⁊ terrã: inclina dñe aurẽ tuaz ⁊ audi. api oculos tuos et vide: ⁊ audi oĩa verba sennacherib q̃ misit ad blasphemandũ deũ viuẽtẽ. Vere eĩ dñe desertas fecerũt reges assirioꝝ tras et regiones eaꝝ. ⁊ dederũt deos eaꝝ igni. nõ em̃ erãt dij sed opa manuũ hominũ. lignũ ⁊ lapis: et cõminuerũt eos. Et nũc dñe de⁹ noster salua nos de manu ei⁹: vt cognoscãt oĩa regna terre. qz tu es dñs deus solus. Et misit ysaias filios amos ad

ezechiaz dicens. Hec dicit dñs deus israel. Pro qđ rogasti me de sennacherib rege assirioꝝ: hoc ē verbū qđ locut⁹ ē dñs sup eū. Despexit te et subsannauit te virgo filia sion: post te caput mouit filia hierusalē. Cui exprobrasti. et quē blasphemasti: et sup quē exaltasti vocez. et leuasti altitudinem oculoꝝ tuoꝝ: Ad sanctū israł. In manu seruoꝝ tuorum exprobrasti dño: et dixisti. In multitudine quadrigarū mearū ego ascendi altitudinem montiū. iuga libani: et succidā excelsa cedroꝝ eius. et electas abietes illius: et introibo altitudinem summitatis ei⁹. saltū carmeli ei⁹: ego fodi et bibi aquā. et exiccaui vestigio pedis mei oñes riuos aggerum. Nūqđ nō audisti que olim fecerī ei: Ex diebz antiqs ego plasmaui illud. et nūc adduxi: et factū est in eradicatōz colliū pugnātiū. et ciuitatū munitarū. Habitatores earū breuiata mānu cōtremuerūt. et confusi sūt: facti sūt sicut fenū agri. et gramen pascue. et herba tectorū q̄ exaruit antēq̄ maturescaret. Habitatōez tuā et egressum tuū. et introitū tuū cognoui: et insaniam tuā cōtra me. Cū fureres aduersū me superbia tua ascendit in aures meas. Ponā ergo circulū i auribz tuis. et frenū i labijs tuis: et reducam te i via p quam venisti. Tibi aūt hoc erit signū. Comedes hoc āno q̄ sponte nascūt̄: et in āno scdo pomis vescere. In āno aūt tercio seminate et metite: et plātate vineas. et comedite fructū earum: et mittet id qđ saluatū fuerit de domo iuda. et qđ reliquū ē radicē deorsuz. et faciet fructū sursum: qz de hierusalez exibūt reliqe. et saluatio de monte sion. Zel⁹ dñi exercituū faciet istud. Propterea hec dicit dñs de rege assirioꝝ. Nō introibit ciuitatē hāc et nō iaciet ibi sagittā. et nō occupabit eā clipeus: et nō mittet i circuitu ei⁹ aggerē. In via q̄ venit p eam reuertet̄: et ciuitatez hāc nō introibit dicit dñs. Et protegaz ciuitatē istam vt saluē eaz: propter me et propter dauid seruuz meū. Egressus ē aūt āgel⁹ dñi et percussit i castris assirioꝝ cētūoctogintaquinqz milia. Et surrexerūt mane: et ecce oñes cadauera mortuoꝝ. Et egressus ē et abijt. et reuersus ē sēnacherib rex assirioꝝ: et habitauit i ninive. Et factū ē cū adoraret i tēplo merach deū suum ad ramelech et sarasar. filij ei⁹ percusserūt eū gladio: fugerūtqz i terraz ararath: et regnauit assaraddon fili⁹ ei⁹ p eo.

In diebz illis Ca. XXXVIII. egrotauit ezechias vsqz ad mortē: et intrauit ad euz ysaias fili⁹ amos pphēta: et dixit ei. Hec dicit dom̄i⁹. Dispōe domui tue: qz morieris tu et nō viues. Et cōuertit ezechias faciē suaz ad parietez: et orauit ad dominū et dixit. Obsecro dñe. memēto qsō quō ambulauerī corā te in veritate et i corde perfecto: et qđ bonū ē i oculis tuis feceri. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factū est verbū dñi ad ysaiam dicēs. Vade et dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui oratōez tuaz: et vidi lacrimaz tuaz. Ecce ego addiciā sup dies tuos quindecim annos: et de manu regis assiriorū eruā te. et ciuitatē istam: et protegaz eam. Hoc aūt tibi erit signū a dño: qz faciet dñs verbū hoc qđ locut⁹ ē. Ecce ego reuerti faciaz vmbrā liniaruz p qs descēderat i horologio achaz. i sole retrorsū decē lineis. Et reuersus ē sol decē lineis p gđ⁹ qs descēderat. Scriptura ezechie regis iuda cū egrotasset: et qualuisset de infirmitate sua. Ego dixi i dimidio dierz meoꝝ vadā ad portas inferi: qsiui residuū ānoꝝ meoꝝ. Dixi nō videbo dñm deū i terra viuentiū: nō aspiciam hoiez vltra. et hītatorē qetis. Generatō mea ablata ē et spoluta ē a me. qsi tabernaculū pastoꝝ. Precisa ē velud a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me. De mane vsqz ad vesperaz finies me: sperabam vsqz ad mane. Quasi leo sic cōtriuit oñia ossa mea. De mane vsqz ad vesperam finies me. Sicut pull⁹ hirūdīs sic clamabo: meditabor vt colūba. Attenuati sūt oculi mei: suspiciētes i excelso. Dñe vim patior rñde p me. Quid dicā: aut qđ rñdebit mihi cuz ipe fecerim: Recogitabo tibi oñes annos meos: i amaritudine aīe mee. Dñe si sic viuit̄: et i talibz vita spūs mei. Corripies me et viuificabis me: ecce i pace amaritudo mea amarissima. Tu aūt eruisti aīaz meā vt nō piret: piecisti pt⁹ tergū tuū oīa pcta mea. Quia ñ ifern⁹ confitebit tibi: neqz mors laudabit te. Nō expectabūt q̄ descēdūt i lacuz veritatē tuā. Viuēs viuēs ipe confitebit tibi sicut et ego hodie: pr̄ filijs notā faciet veritatē tuā. Dñe saluū me fac: et psalmos nostros cātabim⁹ cūctis diebz vite nr̄e in domo dñi. Et iussit ysaias vt tollerēt massaz

dę ficis: ꝙ cathaplasmarent sup vuln⁹ ꝙ sanarę. Et dixit ezechias. Qđ erit signū qz ascendaz in domo dñi. Capi. XXXIX

In tẽpe illo misit merodach baradan filius baladan rex babilonis libros et munera ad ezechiaz. Audierat ei q egrotasset ꝙ ualuisset. Letat⁹ ẽ autẽ sup eos ezechias: ꝙ oñdit eis cellam aromatū ꝙ argẽti ꝙ auri ꝙ odoramẽtoꝝ et vngẽti optimi ꝙ oẽs apothecas suppellectil' sue: et vniuersa q̃ inuẽta sũt ī thesauris ei⁹. Nõ fuit verbū qđ ñ oñderet eis ezechias ī domo sua: ꝙ ī oñi pr̃ate sua. Introiuit aũ ysaias ꝓpheta ad ezechiam regẽ et dixit ei. Quid dixerũt viri isti: et vñ venerũt ad te? Et dixit ezechias. De terra lõginq̃ venerũt ad me: đ babilone. Et dixit. Quid viderũt ī domo tua? Et dixit ezechias. Oñia q̃ ī domo mea sũt viderũt. Nõ fuit res quã non ostẽderī eis ī thesauris meis. Et dixit ysaias ad ezechiã. Audi verbū dñi exercituũ. Ecce dies veniẽt: ꝙ auferenẽ. oĩa q̃ ī domo tua sũt: ꝙ que thezaurizauerũt pr̃es tui vsq; ad diẽ hanc ī babilonẽ. Nõ relinquetur quicq̃ dicit dñs. Et de filijs tuis q̃ exibunt de te quos genueris tollẽt: ꝙ erũt eunuchi in palacio regis babilonis. Et dixit ezechias ad ysaiam. Bonum verbum domini qđ locutus ẽ. Et dixit. Fiat tm̃ pax ꝙ veritas in diebꝫ meis. Capitulum .XL.

Consolamini ꝓsolamī populę me⁹: dicit deus vester. Loq̃mini ad cor hierusalẽ ꝙ aduocatę eam: qm̃ cõpleta ẽ malicia ei⁹: dimissa ẽ iniq̃tas illi⁹. Suscepit de manu domini duplicia ꝓ oĩb⁹ pcẽtis suis. Elox clamantis in deserto. Parate viam dñi: rectas facite in solitudĩe semitas dei nr̃i. Oñis vallis exaltabiẽ ꝙ omnis mons ꝙ collis humiliabiẽ: ꝙ erũt p̃ua ī directa: ꝙ aspera ī vias planas. Et revelabiẽ gloria dñi: ꝙ videbit oñis caro pariter qđ os dñi locutũ ẽ. Elox dicẽtis. Clama. Et dixi. Quid clamabo? Oñis caro fenuz: ꝙ oĩs gloria ei⁹ q̃si flos agri. Exiccatuz ẽ fenũ et cecidit flos: q̃a spũs dñi sufflauit ī eo. Vere fenuz ẽ ꝓpl'us. Exiccatũ ẽ fenũ ꝙ cecidit flos: verbũ aũ dñi stabit ineternũ. Super montẽ excelsũ ascende tu q̃ euãgelizas sĩon: exalta ī fortitudĩe vocẽ tuam q̃ euangelizas ierlm. Exalta: noli timere. Dic ciuitatibꝫ iude: ecce dę⁹ vester. Ecce dñs dę⁹ ī fortitudine veniet: ꝙ brachiū ei⁹ dñabiẽ. Ecce merces ei⁹ cũ eo: ꝙ opus illius corã illo: Sicut pastor gregẽ suum pascet: ī brachio suo ꝯgregabit agnos. ꝙ in sinu suo leuabit: fetas ipe portabit. Quis mẽsus est pugillo aquas: ꝙ celos palmo ponderauit? Quis appendit tribꝫ digitis molez tre: ꝙ libravit ī põdere mõtes et colles ī statera? Quis audiuit spiritũ dñi: aut q̃s ꝓsiliari⁹ ei⁹ fuit ꝙ oñdit illi? Cũ q̃ iniit ꝓsiliũ ꝙ instruxit eũ. ꝙ docuit eũ semitã iusticie. et erudituit eũ sciencia: et viã prudẽtie ostẽdit illi? Ecce gentes q̃si stilla situle: ꝙ q̃si momẽtũ statere reputate sũt. Ecce ĩsule q̃si puluis exiguus: ꝙ liban⁹ nõ sufficiet ad succendẽdũ: ꝙ aĩalia ei⁹ non sufficiãt ad olocaustũ. Oñes gẽtes q̃si nõ sint sic sũt coram eo: et q̃si nihilũ ꝙ inane reputate sũt ei. Cui igit̃ similem fecistis dẽũ: aut quã ymaginẽ ponetis ei? Nũq̃d sculptile ꝓflauit faber: aut aurifex auro figurauit illud. ꝙ laminis argẽteis argẽtari⁹? Forte lignũ ꝙ iputribile elegit artifex sapiens: q̃rit quõ statuat simulacrũ qđ ñ moueat̃. Nũq̃d non scietis? Nũq̃d nõ audistis? Nũq̃d ñ ãnũciatũ ẽ vobis ab inicio? Nũq̃d nõ intellexistis fundamẽta terre? Qui sedet sup girũ terre: ꝙ habitatores ei⁹ sũt quasi locuste. Qui extẽdit velut nihilũ celos: ꝙ expandit eos sicut tabernaculũ ad inhabitandũ. Qui dat secretoꝝ scrutatores q̃si nõ sint: iudices tre velut ĩane fecit. Et quidez neq; plantat⁹ neq; sat⁹ neq; radicat⁹ ī tra trũcus eoꝝ. Repẽte flauit ī eos ꝙ aruerẽt: ꝙ turba q̃si stipulam auferet eos. Et cui assimilastis me. ꝙ adeq̃stis dicit sc̃t⁹? Leuate ī excelsũ oculos vros et videte q̃s creauit hec. Qui educit ī numero milicią eoꝝ: ꝙ oẽs ex noĩne vocat. Pre multitudĩe fortitudĩs ꝙ roboris vtutisq; ei⁹ neq; vnũ ꝛliquũ fuit. Quare dicis iacob ꝙ loq̃ris israel. absc̃dita est via mea a dño: ꝙ a deo meo iudiciũ meũ ꝛnsiuit: Nũq̃d nescis: aut ñ audisti: De⁹ sẽpiẽn⁹ dñs: q̃ creauit ẽmios ꝛre: ꝙ ñ deficiet neq; laborabit: nec ẽ iuestigatõ sapiẽtie ei⁹. Qui dat lasso virtutẽ: et his q̃ ñ sũt: fortitudiez ꝙ robur multiplicat. Deficiẽt pueri ꝙ laborabũt: ꝙ iuuenes ī infirmitate cadẽt. Qui aũ sperãt ī dño mutabũt fortitudiez: assumẽt pẽnas sicut aq̃le. currẽt ꝙ ñ laborabũt: ãbulabũt

et nõ deficient. Capitulum. XLI.

Iſte Acedãt ad me insule: & gẽtes mutẽt fortitudiẽz. Accedãt & tũc loq̃nt: simul ad iudiciũ ꝓpinquem⁹. Quis suscitauit ab oriẽte iustũ: vocauit eum vt seq̃ret se: Dabit i ꝓspectu ei⁹ gẽtes: & reges obtinebit. Dabit q̃si puluerẽ gladio eius: sicut stipulã vẽto raptã arcui ei⁹. Perseqũtur eos: transibit in pace: semita i pedibꝫ ei⁹ nõ apparebit. Quis hec opat⁹ẽ & fecit: vocãs generatõnes ab exordio? Ego dñs: prim⁹ & nouissimus ego sũ. Uiderũt insule et timuerũt: extrema terre obstupuerũt: appropinq̃uerũt & accesserũt. Unusq̃sq; primo suo auxiliat̃: et fr̃i suo dicet ꝓfortare. Confortabit faber erarius pcutiẽs malleo eũ q̃ cudebat tũc tpis dicẽs: glutino bonũ ẽ: et ꝓfortabit eũ clauis vt nõ moueat̃. Et tu isr̃l serue me⁹: iacob quẽ elegi: semẽ abrahã amici mei. i q̃ apphẽdi te. Ab extremis terre et a lõginq̃s ei⁹ vocaui te: & dixi tibi. Seruus me⁹ es tu: elegi te & nõ abieci te. Ne timeas q̃ tecũ ego sũ: ne declines: q̃ ego deus tuus. Confortaui te & auxiliatus sũ tibi: & suscepit te dextera iusti mei. Ecce ꝓfundẽt̃ & erubescẽt oẽs q̃ pugnant aduersũ te. Erũt q̃si nõ sint: & pibũt viri q̃ ꝓtdicũt tibi. Queres eos et nõ inuenies viros rebelles tuos: & erũt q̃si nõ sint & veluti ꝓsumptõ bois bellantis aduersuz te: q̃ ego domin⁹ deus tuus apprehẽdẽs manũ tuam dicẽsq; tibi. Ne timeas: ego audiui te. Noli timẽ vermis iacob: q̃ mortui estis ex israel. Ego auxiliat⁹ suz tui dicit domin⁹: et redẽptor tu⁹ sanct⁹ isr̃l. Ego posui te quasi plaustrum triturãs nouũ: dñs rostra serrãcia. Et triturabis montes & ꝓminues: & colles q̃si puluerẽ pones. Clentilabis eos & vent⁹ tollet & turbo dispget eos: & tu exultabis i dño: i sancto isr̃l letaberis. Egeni et paupes q̃rũt aquas & nõ sũt: lingua eorũ siti aruit. Ego dñs exaudiã eos. de⁹ israel: non derelinquaz eos. Aperiam in supinis collibꝫ flumina: & i medio campoꝝ fontes Ponã desertũ i stagna aq̃rũ: & terrã i viaz in riuos aquarũ. Dabo i solitudiẽz cedrũ: et spinam & mirtũ & lignũ oliue. Ponã in deserto abietem. vlmũ & buxũ simul vt videant & sciant & recogitẽt & intelligant pariter: q̃ man⁹ dñi fecit hoc: et sanct⁹ israel creauit illud. Prope facite iudiciũ vr̃m dicit dñs: afferte si quid forte habetis dixit rex iacob. Accedãt: & nũciẽt nob q̃cũq; ventura sũt. Priora q̃ fuerũt nũciate: & ponem⁹ cor nr̃m & sciem⁹: nouissima eoꝝ & que vẽtura sũt ibicate nob. Annũciate q̃ vẽtura sũt i futuꝝ: & sciem⁹ q̃ dij vos estis. Dñ q̃ aut male (si potestis) facite: & loq̃mur & videam⁹ simul. Ecce vos estis ex nihilo: et op⁹ vr̃m ex eo q̃ nõ ẽ. Abomiatõ ẽ q̃ eligit vos. Suscitaui ab aq̃lone: & veniet ab ortu solis. Uocaui nomẽ meũ: & adducet magistrat⁹ q̃si lutũ: & velut plastes ꝓculcãs humũ. Quis ãnũciauit ab exordio vt sciam⁹: & a principio vt dicam⁹ iust⁹ es? Nõ ẽ neq; ãnũcians neq; ꝓdicãs: neq; audiẽs sermones vr̃os. Prim⁹ ad sion dicet ecce assũ: et ihr̃m euãgelistam dabo. Et vidi: & ñ erat neq; existis quisq̃ q̃ iniret ꝓsiliũ & interrogat⁹ rñdẽt verbũ. Ecce oẽs iniusti: & vana opa eoꝝ: vẽt⁹ & iane simlac eoꝝ.

Ca. XLII

Ecce seruus me⁹ suscipiã euz: elect⁹ meus: ꝓplacuit sibi i illo aĩa mea. Dedi spũm meũ sup eũ: iudiciũ gẽtibꝫ ꝓferet. Nõ clamabit neq; accipiet psonã: nec audiet̃ ꝛex ei⁹ foris. Calamũ q̃ssatũ ñ ꝓteret: & linũ fumigãs ñ extinguet. In veritate ducet iudiciũ: nõ erit tristis neq; turbulẽt⁹ donec ponat i tra iudiciũ: & legẽ eius insule expectabũt. Hec dicit dñs deus creans celos & extẽdẽs eos: firmans tra & q̃ germinant ex ea: dans flatũ pplo q̃ ẽ super tram. et spũm calcãtibꝫ eã. Ego dñs vocaui te i iustícia: & apprehẽdi manũ tuaz: & seruaui te. Et dedi te i fed⁹ ppli. i lucẽ gentiũ: vt apires oculos cecoꝝ et educẽs de ꝓclusiõe vinctum: de domo carceris sedentes i tenebris. Ego dñs: hoc est nomẽ meũ. Gloriaz meam alteri nõ dabo: & laudez meaz sculptilibꝫ. Que prima fuerũt ecce venerũt: noua q̃ ego annuncio: anteq̃ oriantur audita vobis faciam. Cantate domino canticũ nouum: laus eius ab extremis terre. Qui descenditis i mare & plenitudo eius: insule et habitatores earum. Exubleuetur desertũ et ciuitates ei⁹: in domibꝫ habitabit cedar. Laudate habitatores petre: de vertice mõtium clamabũt. Ponẽt domiõ gloriam: & laudẽ ei⁹ i insulis nũciabũt. Dñs sicut fortis egrediet̃: sicut vir ꝓliator suscitabit zelũ. Ulociferabit̃ & clamabit sup ĩimicos suos ꝓfortabit̃. Tacui. sẽp silui: paci-

ens fui: sicut pturiẽs loq̃r. Dissipabo q̃ ab-
sorbebo sil' : dẽptos faciam mõtes excelsos
et colles: et omne g̃men eor exiccabo. Po-
naz flumĩa ĩ insulas: q̃ stagna arefaciam.
Et educaz cecos ĩ viã quã nesciũt: q̃ in se-
mitis q̃s ignorauerũt ambulare eos faciã.
Ponã tenebras corã eis ĩ lucẽ: q̃ p̃ua ĩ re-
cta. Hec verba feci eis: et nõ dẽliq̃ eos. Cõ
uersi sũt retrorsũ. Cõfũdant̃ p̃fusiõe q̃ p̃fi
dũt ĩ sculptili: q̃ dicũt p̃flatili vos dij nr̃i.
Surdi audite: q̃ ceci ĩtuemini ad videndũz.
Quis cec? nisi p̃u?me? : q̃ surd? nisi ad quẽ
nũcios meos misi? Quis cec? : nisi q̃ venũ-
datus ẽ? Et q̃s cec? : Nisi seru? dñi? Qui vi-
des multa: nõne custodies? Qui aptas ha-
bes aures: nõne audies? Et dñs voluit vt
sc̃tificaret eũ q̃ magnificaret legẽ q̃ extol-
leret: ipe at̃ pp̃l? dirept? et vastat?. Laq̃s
iuuenũ oẽs simul: et ĩ domibz carcerũ ab-
scõditi sũt. Facti sũt ĩ rapinaz nec ẽ q̃ eru
at: ĩ direptõez: nec ẽ q̃ dicat redde. Quis ẽ
ĩ vob q̃ audiat hoc attẽdat et auscultet fu-
tura? Quis dedit in direptõez iacob. q̃ isr̃l
vastãtibz? Nõne dñs ipe ẽ cui peccauerũt?
Et noluerũt ĩ vijs ei? ãbulare: ñ audierũt le-
gẽ ei?. Et effudit sup eũ ĩdig̃tõz furoris sui
et fortẽ bellũ: q̃ p̃bussit eũ ĩ circuitu q̃ ñ co
gnouit: q̃ succẽdit euz q̃ non intellexit.

Capitulum .XLIII.

Et nũc hec dicit dñs creans te ia-
cob: q̃ formãs te isr̃l. Noli timẽ q̃s
redemi te: et vocaui te noĩe tuo.
Seru? meus es tu. Cũ trãsieris p aq̃s tecũ
ero: q̃ flumĩa ñ opiẽt te. Cũ ãbulaueris in
igne nõ p̃bureris: q̃ flãma nõ ardebit ĩ te:
qr ego dñs de? tu? sc̃t? isr̃l saluator tu?. de-
di p̃piciatõez tuã egiptũ: q̃ ethiopiã q̃ saba
p te. Ex q̃ honorabil' fc̃t? es ĩ ocul' meis et
gloriosꝰ: ego dilexi te. Et dabo hoĩes p te:
q̃ pp̃los p aĩa tua. Noli timẽ: qr ego tecum
sũ. Ab oriẽte adducã semẽ tuũ: q̃ ab occidẽ
te p̃gregabo te. Dicã aq̃loni da: q̃ austro.
noli p̃hibẽ. Affer filios meos de lõginq̃: et
filias meas ab extremis terre. Et oẽz q̃ ĩ-
uocat nomẽ meũ. ĩ gl'az meã creaui eũ: for
maui eũ q̃ feci eũ. Educ foras pp̃lm cecũ et
oc̃los habẽtẽ: surdũ. q̃ aures ei sũt. Oẽs gẽ
tes p̃gregate sũt simul: q̃ collecte sũt tribz.
Quis ĩ vob ãnũciet istud: q̃ q̃ prima sũt au
dire nos faciet: Dent testes eor et iustifi-
cẽt: et audiãt q̃ dicãt. Vere vos testes mei
dicit dñs: q̃ seru? me? quẽ elegi: vt sciatis q̃
credatis mihi. q̃ ĩtelligatis qr egoip̃e sum.
Añ me nõ ẽ format? de? : et p? me nõ erit.
Ego sũ. ego sũ dñs: q̃ ñ ẽ absq̃ me saluator.
Et ego annũciaui q̃ saluaui: auditũz feci:
et nõ fuit ĩ vobis alien?. Vos testes mei di
cit dũs: q̃ ego de?. Et ab inicio egoip̃e: q̃ ñ
ẽ q̃ ẽ mãu mea eruat. Operabor: q̃ q̃s auer-
tet illud: Hec dicit dñs redẽptor vr̃ sanct?
isr̃l. Propt̃ vos emisi ĩ babilonẽ: q̃ detrari
vectes vniuersos: q̃ chaldeos ĩ nauibz suis
gloriantes. Ego dñs sc̃tus vr̃: creans isr̃l:
rex vr̃. Hec dicit dñs q̃ dedit ĩ mari viam:
et ĩ aq̃s torrẽtibz semitã. Qui eduxit q̃dri-
gam et equũ: agmẽ et robustũ. Simul obdo
rmierũt nec resurgẽt: p̃triti sũt q̃si linũ:
q̃ extincti sũt. Ne memineritis prioꝝ: q̃ an-
tiq̃ ne intueamini. Ecce ego facio noua. q̃
nũc orient̃: vtiq̃ cognoscetis ea. Ponã in
deserto viaz: q̃ ĩ inuio flumĩa. Et glorifica
bit me bestia agri: dracones q̃ strutiones: qr
dedi ĩ deserto aquas. flumĩa ĩ inuio: vt darẽ
potũ pp̃lo meo electo meo. Populũ istum
formaui mihi: laudẽ meã narrabit. Nõ me
inuocasti iacob: nec laborasti ĩ me isr̃l. Nõ
obtulisti mihi arietẽ olocausti tui: et victi
mis tuis nõ glorificasti me. Non te seruire
feci ĩ oblatõe: nec laborẽ tibi p̃bui ĩ thure.
Nõ emisti mihi argẽto calamũ: q̃ adipe vi-
ctimarũ tuarꝝ ñ ĩebriasti me. Verũtñ ser-
uire me fecisti ĩ pc̃tis tuis: prebuisti mihi
laborẽ in iniq̃tatibz tuis. Ego sũ. ego sum
ipse. q̃ deleo iniq̃tates tuas p̃pter me: q̃ pec-
catoꝝ tuorũ nõ recordabor. Reduc me in
memoriaz q̃ iudicemur simul: narra si q̃s
habes vt iustificeris. Pater tu? prim? pec-
cauit: q̃ interp̃tes tui p̃uaricati sũt in me.
Et p̃tamiaui principes sãctos: dedi ab in-
ternitõz iacob: et isr̃l ĩ blasphemiam.

Capitulum .XLIIII

Et nũc audi iacob seruе me? : et is-
rael quẽ elegi. Hec dicit dñs faci-
ens q̃ formãs te: ab vtero auxilia-
tor tu? Noli timẽ serue me? iacob: q̃ rectis-
me quẽ elegi. Effũdã ei aquas sup siciẽtẽ:
q̃ fluenta sup aridam. Effũdaz spũm meuz
sup semẽ tuũ: q̃ bñdictiõez meaz sup stirpẽ
tuam: et germinabunt inter herbas q̃si sali-
ces iuxta p̃terfluẽtes aquas. Iste dicz dñi
ego sũ: q̃ ille vocabit in noĩe iacob. Et hic
scribet manu sua dño: et in nomine israel

assimilabiť. Hec dicit dñs rex isrl' ⁊ redem
ptor:ei⁹ dñs exercituũ. Ego primus ⁊ ego
nouissim⁹:et absq; me nõ ẽ de⁹. Quis simi
lis mei: Hlocet ⁊ annũciet:et ordinẽ expo=
nat mihi. Ex q̃ ꝓstitui mihi ꝑplm ãtiquũ :
vẽtura ⁊ q̃ futura sũt annũciẽt eis. Nolite
timere:neq; ꝓturbemini. Extũc audire te
feci:et ãnũciaui. Hlos estis testes mei. Nũ=
q̃d ẽ de⁹ absq; me. ⁊ formator quẽ ego non
noueri: Plaste ÿdoli oẽs nihil sũt:⁊ aman
tissima eor nõ ꝓderũt eis. Ipsi sunt testes
eor.q; nõ vidẽt neq; ĩtelligũt:vt ꝙfũdãť.
Quis formauit deũ:et sculptile ꝓflauit ad
nihil vtile: Ecce oẽs ꝑticipes ei⁹ ꝙfundẽť.
Fabri emm sunt ex hoĩb. Cõueniẽt oẽs:sta
bũt et pauebũt:⁊ ꝙfũdẽť simul. Faber fer
rarius lima opat⁹ẽ: ĩ prunis ⁊ in malleis
formauit illud:⁊ opat⁹ẽ ĩ brachio fortitu=
dinis sue. Esuriet et deficiet:ñ bibet aquã
lasseſcet. Artifex lignari⁹ extẽdit normaz:
formauit illud in rũcina. Fecit illud ĩ an=
gularib:⁊ ĩ circino tornauit illud:et fecit
ÿmaginẽ viri q̃si speciosũ hoĩez habitãtẽ ĩ
domo. Succidit cedros:tulit ilicẽ et quer=
cũ q̃ steterat inter ligna saltus. Plantauit
pinũ quã pluuia nutriuit:⁊ facta ẽ hoĩb⁹
i focũ. Sũpsit ex eis ⁊ calefact⁹ẽ:⁊ succen
dit ⁊ coxit panes:de reliquo ať opat⁹ẽ deũ
et adorauit:fecit sculptile.⁊ curuat⁹ẽ an=
te illud. Mediũ ei⁹ ꝙbussit igni:⁊ ỏ medio
ei⁹carnes coxit.et comedit.Coxit pulmen
tũ ⁊ saturatus ẽ:⁊ calefact⁹ẽ ⁊ dixit. Hah
calefact⁹sũ:vidi focũ. Reliquũ ať ei⁹. deũ
fecit ⁊ sculptile sibi·Curuať ante illud: et
adorat illud ⁊ obsecrat dicens. Libera me:
q; de⁹ me⁹ es tu. Nescierũt neq; ĩtellexerť.
Oblitꝰ emm sũt ne videãt oculi eor:⁊ ne in=
telligãt corde suo. Nõ recogitant in mente
sua:neq; cognoscũt neq; sencĩũt vt dicãt.
Medietatẽ ei⁹ ꝙbussi igni:⁊ coxi super car
bones ei⁹panes. Coxi carnes ⁊ comedi:et
dereliq̃ ei⁹ ÿdolũ faciã: Ante truncũ ligni
ꝑcidam: Pars ei⁹ cinis ẽ. Cor insipiẽs ado
rauit illud:⁊ nõ liberauit aiaz suã:neq; di
cit forte mendaciũ ẽ ĩ dextera mea. Memẽ=
to bor iacob et isrl':q̃m seru⁹ meus es tu.
Formaui te:seruus me⁹es tu. Isrl' nõ ob=
liuiscaris mei. Deleui vt nubẽ iiq̃tates tu
as:⁊ q̃si nebulã pcã tua. Reuertẽ ad me:
q̃m redemi te. Laudate celi q̃m miscdiaz fe
cit dñs:iubilate extrema terre. Resonate
montes laudatõez: salt⁹ ⁊ omne lignũ eius.
Q̃m redemit dñs iacob:⁊ isrl' gloriabitur.
Hec dicit dñs redẽptor tu⁹:⁊ formator tu⁹
ex vtero. Ego sũ dñs faciẽs oĩa:extẽdẽs ce
los solus. Stabiliẽs terrã ⁊ null⁹ mecũ:ir=
rita faciẽs signa diuinor:⁊ ariolos in fu
rorẽ vertẽs. Cõuertẽs sapiẽtes retrorsũ:et
scientiã eor stultaz faciẽs. Suscitans ver
bum serui sui:⁊ ꝓsiliũ nũcior suor ꝑplẽs.
Qui dico ihrl'm habitaberis:et ciuitatib⁹
iuda.edificabimĩ: et deserta ei⁹ suscitabo.
Qui dico ꝑfundo desolare:et flumina tua
arefaciam. Qui dico ciro pastor me⁹es:⁊
omnez volũtatẽ meã ꝑplebis. Qui dico hie
rusalẽ edificaberis:⁊ tẽplo fundaberis.

Hec dicit dñs xpo meo Ca.XLV
ciro cui⁹ appĥẽdi dexteram vt subi=
ciã añ faciẽ ei⁹ gẽtes:⁊ dorsa regũ
vertã. Et apiaz coram eo ianuas:⁊ portę nõ
claudenť. Ego añ te ibo:⁊ glorioſos terre
humiliabo. Portas ereas ꝓteraz:⁊ vectes
ferreos ꝙfringaz. Et dabo tibi thesauros
abscõditos ⁊ archana secretor:vt scias q;
ego dñs.q̃ voco nomẽ tuum de⁹ isrl': ꝓter
seruũ meũ iacob ⁊ isrl' electũ meũ. Et vo=
caui te noĩe tuo:assimilaui te:⁊ nõ cogno
uisti me. Ego dñs:et nõ est ampli⁹. Extra
me ñ ẽ de⁹. Accĩxi te ⁊ nõ cognouisti me:
vt sciãt hij q̃ ab ortu solis. ⁊ q̃ ab occidẽte
q̃m absq; me ñ ẽ de⁹. Ego dñs ⁊ nõ ẽ alter:
formãs lucẽ ⁊ creans tenebras:faciens pa
cẽ ⁊ creãs malũ. Ego dñs faciens oĩa hec.
Rorate celi desup ⁊ nubes pluãt iustũ:api
ať terra ⁊ germinet saluatorem:⁊ iusticia
oriať simul. Ego dñs creaui eaz. Hle q̃ ꝓ=
dicit factori suo:testa ỏ samijs terre. Nũ=
q̃d dicet lutũ figulo suo.q̃d facis:⁊ op⁹tu
um absq; manib⁹ ẽ: Hle q̃ dicit pri q̃d gene
ras :⁊ mulieri quid ꝑturis: Hec dicit dñs
sanct⁹ isrl': plastes ei⁹. Hlentura interrogate
me:sup filios meos ⁊ sup op⁹ manuũ mea=
rũ mandate mihi. Ego feci terrã:⁊ hoĩem
sup eaz creaui ego. Man⁹ mee extẽdert ce=
los:⁊ omni milicie eor mãdaui. Ego suscita
ui eũ ad iusticiã:⁊ oẽs vias ei⁹ dirigaz.
Ipe edificabit ciuitatẽ meã: ⁊ captiuitatẽ
meã dimittet ñ ĩ ꝑcio neq; ĩ muneribꝰ: di=
cit dñs de⁹ exercituũ. Hec dicit dñs. Labor
egipti ⁊ negociatõ ethiopie et sabaim viri
sublimes ad te transibunt et tui erunt: et
post te ambulabunt. Hlincti manicis per=

ysaias

gent:ꝙ te adorabũt teqꝫ tepcabũt. Tantuꝫ in te ē deus:et nõ ē de⁹ absqꝫ te. Vere tu es deus absc̃dit⁹:de⁹ isrl̃ saluator. Cõfusi sũt ꝙ erubuerũt oẽs simul: abierũt ī ꝓfusione fabricatores erroꝝ. Isrl̃ saluat⁹ē ī dño salute eterna. Nõ ꝓfũdemini et nõ erubescetis usqꝫ ī seculũ seculi:qꝝ hec dicit dñs creans celos. Ipe de⁹ formans tr̃ā ꝙ faciẽs eā: ipe plastes ei⁹. Nõ ī vanũ creauit eā:vt habitaret formauit eā. Ego dñs:ꝙ ñ ē alius. Nõ ī absc̃dito locut⁹ sũ:ī loco terre tenebroso. Nõ dixi semini iacob frustra: q̃rite me. Eo dñs loquẽs iusticiaz:ānũcians recta. Cõgregamī ꝙ venite:et accedite simul q̃ saluati estis ex gẽtibꝫ. Nescierũt q̃ leuãt signũ sculpture sue: ꝙ rogãt dñm ñ saluãtẽ. Annũciate ꝙ veite:ꝙ ꝓsiliamī sil̃. Quis auditũ fecit hoc: Ab inicio extũc p̃dixi illud. Nũq̃d ñ ego dñs: et ñ ē ultra de⁹ absqꝫ me:Deus iust⁹ ꝙ saluãs ñ ē p̃ter me. Conuertimī ad me ꝙ salui eritis oẽs fines terre:qꝝ ego de⁹:ꝙ nõ ē ali⁹. In memetipo iuraui.egredieť ȯ ore meo iusticie verbũ. et nõ reuertet̃:qꝝ mihi curuabũt oĩa genua: ꝙ iurabit oĩs lĩgua. Ergo ī dño dicet. Mee sũt iusticie ꝙ īperiũ. Ad eũ veniẽt:ꝙ ꝓfũdẽtur oẽs q̃ repugnãt ei. In dño iustificabitur ꝙ laudabiť oẽ semẽ isrl̃. Ca. XLVI

Onfract⁹ē bel ꝓtrit⁹ē nabo:fracta sũt simulacra eoꝝ bestijs ꝙ iumentis. Onera nr̃a g̃ui pondẽ usqꝫ ad lassitudiez ꝓtabuerť:ꝙ ꝓtrita sũt simul. Nõ potuerť saluare portantẽ: et aĩa eoꝝ ī captiuitatẽ ibit. Audite me dom⁹ iacob:ꝙ oẽ residuũ dom⁹ isrl̃. Qui portamī a meo utero: q̃ gestamī a mea vulua. Usqꝫ ad senectaz egoipe:ꝙ usqꝫ ad canos ego portabo. Ego feci ꝙ ego ferã:ꝙ ego portabo ꝙ saluabo. Cui assimilastis me ꝙ adeq̃stis:ꝙ cõparastis me ꝙ fecistis similẽ:Qui ꝓfertis aurũ de sacculo:ꝙ argẽtũ statera põderatis. Cõducẽtes artificẽ vt faciat deuz:ꝙ pcidũt et adorãt. Portãt illũ ī humeris gestãtes:et ponẽtes ī loco suo. Et stabit:ac ȯ loco suo nõ mouebiť. Oz ꝙ cũ clamauerit ad eũ nõ audiet:ȯ tribulatõe ñ saluabit eos. Memẽto ist̃ud ꝙ ꝓfũdamī: redite p̃uaricatores ad cor. Recordamī prioris secli q̃m ego sũ de⁹ et ñ ē vl̃ de⁹:nec ē simil̃ mei ānũcians ab exordio nouissimũ: ꝙ ab inicio q̃ necdũ facta sũt. Dicẽs. ꝓsiliũ meũ stabit:ꝙ oĩs volũtas mea fiet. Vocãs ab oriẽte auẽ: de terra lõginq̃ vir volũtatis mee. Et locut⁹ sũ ꝙ adducã illud:creaui ꝙ faciã illud. Audite me duro corde: q̃ lõge estis a iusticia. Prope feci iusticiaz meaz: nõ elongabiť: et sal⁹ mea nõ morabiť. Dabo ī sion saluteẽ:ꝙ in ihrl̃m gloriã meaz. Ca. XLVII.

Descẽde :sede in puluere virgo filia babilon:sede ī terra. Nõ ē soliũ filie chaldeoꝝ: qꝝ ultra ñ vocaberis molł ꝙ tenera. Tolle molã ꝙ mole farinaz. denuda turpitudinẽ tuã. Discoopi humeruz:reuela crura:trãsi flumĩa. Reuelabiť ignominia tua:ꝙ videbiť obprobriũ tuuz. Ultionẽ capiam:ꝙ nõ resistet mihi hõ. Redẽptor nr̃ dñs exercituũ: nomẽ illi⁹ sc̃t⁹ israel. Sede tacẽs ꝙ itra ī tenebras filia chaldeoꝝ:qꝝ ñ vocaberis vl̃ dña regnoꝝ. Irat⁹ sũ sup ꝑpl̃m meũ:ꝓtamĩaui hẽditatẽ meam. Et dedi eos ī manu tua:non posuisti eis misericordias. Sup senẽ aggrauisti iugum tuũ valde:ꝙ dixisti. In sẽpiternũ ero dña. Nõ posuisti hec sup cor tuuz:neqꝫ recordata es nouissimi tui. Et nũc audi hec delicata.ꝙ habitãs ꝓfidenter: q̃ dicis ī corde tuo ego sũ:ꝙ ñ ē p̃ter me ãpli⁹. Nõ sedebo vidua:ꝙ ignorabo sterilitatẽ. Veniẽt tibi duo hec subito ī die vna:sterilitas ꝙ viduitas. Uniuersa venerť sup te ꝑt̃ multitudiez maleficioꝝ tuoꝝ:ꝙ ꝑt̃ duriciã incantatoꝝ tuoꝝ vehementť. Et fiduciaz habuisti ī malicia tua:ꝙ dixisti. Non est q̃ videat me. Sapiẽtia tua ꝙ scia tua hec decepit te. Et dixisti ī corde tuo. Ego sũ:ꝙ p̃ter me ñ ē altera. Veniet sup te malũ.ꝙ nescies ortũ ei⁹:ꝙ irruet sup te calamitas quã nõ poteris expiare. Veniet sup te repente miseria quã nescies. Sta cũ incantatoribꝫ tuis ꝙ cũ multitudiẽ maleficioꝝ tuoꝝ ī q̃bꝫ laborasti ab adolescẽcia tua: si fortẽ q̃d ꝑsit tibi: aut si possis fieri fortior. Defecisti ī multitudiẽ ꝓsilioꝝ tuoꝝ. Stet ꝙ saluẽt te augures celi q̃ ꝓtẽplabanť sidera ꝙ supputabãt mẽses: vt ex eis annũciarẽt ventura tibi. Ecce facti sunt q̃ q̃si stipula:ignis ꝓbussit eos. Nõ laborabũt aiaz suã ȯ manu flamme:nõ sũt prune q̃bꝫ calefiant:nec foc⁹ vt sedeant ad eũ. Sic facta sũt tibi:ī q̃bus cũ q̃ laboraueras. Negociatores cui ab adolescencia tua: vnusq̃sqꝫ ī via sua errauerũt: nõ ē qui saluet te. Capitulũ. XLVIII.

Audite hec dom⁹ iacob q̄ vocamini noīe isrl̄ ⁊ de aq̄s iuda existis: qui iuratis ī noīe dñi. et dei isrl̄ recordamī: nō ī veritate neq; ī iusticia. De ciuitate em̄ sancta vocati sūt: ⁊ sup deū isrl̄ cōstabiliti sunt. Dñs exercituum nomē ei⁹. Priora extunc annūciaui ⁊ ex ore meo exierūt: ⁊ audita feci ea. repētē opat⁹ sum et venerunt. Sciui em̄ q̄ dur⁹ es tu: ⁊ neru⁹ tu⁹ ferre⁹: ceruix tua ⁊ frōs tua erea. Predixi tibi extūc: añq̄ venirēt indicaui tibi: ne fortē dicēs ydola mea feceř hec: ⁊ sculptilia mea ⁊ pflatilia mea mādaueřt ista. Que audisti vidē oīa. Clos aī nō annūciastis. Audita feci tibi noua extunc: sūt ꝓseruata q̄ nescis. Modo creata sūt et ñ extūc: ⁊ añ diē: ⁊ ñ audisti ea: ne fortē dicas ecce cognoui ea. Neq; audisti neq; cognouisti: neq; extunc apta ē auris tua. Scio em̄ q̄ ꝓuaricans ꝓuaricaberis: ⁊ trāsgressorē extero vocaui te. Propter nomē meū lōge faciaz furorē meuz: ⁊ laude mea infrenabo te ne ītereas. Ecce excoxi te sed ñ q̄si argētū: elegi te ī camīo pauptatis ꝓpt̄ me faciaz. Proter me. vt ñ blasphemer: ⁊ gloriam meaz alterī ñ dabo. Audi me iacob: ⁊ israel quē ego voco. Egoipe: ego pm⁹ ⁊ ego nouissim⁹. Man⁹ q̄z mea fundauit terrā: ⁊ dextera mea mēsa ē celos. Ego vocabo eos: ⁊ stabūt simul. Cōgregami oēs vos ⁊ audite. Quis ō eis ānunciauit hec: Dñs dilexit eū: faciet volūtatē suā ī babilōe: ⁊ brachium suū ī chaldeis. Ego ego locut⁹ sū ⁊ vocaui eū: adduxi eū: ⁊ directa ē via ei⁹. Accedite ad me: ⁊ audite hoc. Nō a pncipio ī abscōdito locut⁹ sū. Ex tpe añq̄ fierēt ibi erā: et nūc dñs de⁹ misit me ⁊ spūs ei⁹. Hec dicit dñs de⁹ redēptor tu⁹ sanct⁹ isrl̄. Ego to mī⁹ de⁹ tu⁹ docēs te vtilia: gubnās te in via q̄ ābulas. Utinā attēdisses mandata mea. Facta fuisz sicut flumē pax tua: ⁊ iusticia tua sicut gurgites maris. Et fuisz q̄si harena semē tuum: ⁊ stirps vteri tui vt lapilli eius. Nō interisz ⁊ ñ fuisz attritū nomen ei⁹ a facie mea. Egredimī de babilōe: fugite a chaldeis. In voce exultatōis annūciate: audituz facite hoc: ⁊ ferte illud vsq; ad extēa tre. Dicite. Redemit dñs ꝓuū suū iacob. nō sicieřt ī deſto cū educēt eos. Aquā de petra pduxit eis: ⁊ scidit petrā ⁊ fluxeřt aq̄. Nō ē pax ipijs dicit dñs

Ca. XLIX.

Audite insule: et attēdite pplī delonge. Dñs ab vtero vocauit me: ō ventre mr̄is mee recordat⁹ ē nominis mei. Et posuit os meū q̄si gladiū accutū: ī vmbra man⁹ sue ptexit me: ⁊ posuit me sicut sagittam electaz. In pharetra sua abscōdit me: ⁊ dixit mihi. Seru⁹ me⁹ es tu israel: q̄ ī te glorificabor. et ego dixi. In ua cuū laboraui: sine causa ⁊ vane fortitudinē meā ꝓsūpsi. Ergo iudiciū meū cū dño: ⁊ op⁹ meū cū deo meo: ⁊ nūc. Nec dicit dñs formās me ex vtero ꝓuū sibi: vt reducā iacob ad eū: ⁊ isrl̄ ñ ꝓgregabit̄. Et glorifiat⁹ sū ī oculis dñi: ⁊ de⁹ me⁹ fact⁹ ē fortitudo mea. Et dixit. Parū ē vt sis mihi seru⁹ ad suscitandas tribꝰ iacob: ⁊ feces isrl̄ ꝓuertēdas. Ecce dedi te in lucē gētiū: vt sis salus mea vsq; ad extremū terre. Hec dicit dñs. redēptor isrl̄. sanct⁹ ei⁹: ad ptēptibilē aiaz ad abomiatā gentē ad seruū dñoz. Reges videbūt ⁊ ꝓsurgēt pncipes: ⁊ adorabūt ꝓpt̄ dñm q̄ fidelis ē: ⁊ sanctuz isrl̄ q̄ elegit te. Hec dicit dñs. In tpe placito exaudiui te: ⁊ ī die salutis auxiliat⁹ suz tui. Et seruaui te ⁊ dedi te ī fed⁹ pplī. vt suscitares terrā et possideres hēditates dissipatas: vt diceres hijs q̄ vincti sūt exite: ⁊ hijs q̄ ī tenebris reuelamī. Sup vias pascent̄: ⁊ ī oīb⁹ planis pascua eoz. Nō esuriēt neq; sicieēt: ⁊ ñ pcutiet eos estus ⁊ sol: q̄a miserator eoz reget eos. ⁊ ad fōtes aq̄rū potabit eos. Et ponā oēs mōtes meos ī viā: ⁊ semite mee exalta būt̄. Ecce isti de lōge veniēt: et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra: iubilate mōtes laudem: quia cōsolatus est domin⁹ populum suum. ⁊ paupm suorum miserebit̄. Et dixit sijon. Dereliq̄t me dñs: et dñs oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantē suum: vt non misereatur filio vteri sui: Etsi illa oblita fuerit: ego tamē non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui corā oculis meis semper. Celerunt structores tui: destruentes te et dissipantes. a te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt: venerunt tibi. Uiuo ego dicit dñs: quia oīb⁹ hijs velut ornamēto vestieris: et circundabis tibi eos q̄si sponsa. Quia deserta tua et solitudīes tue et terra ruine tue nūc āguste erūt ꝓhabitatorib⁹:

et longe fugabũt qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribꝰ tuis filij sterilitatis tue. Angustꝰ mihi locus: fac spaciũ mihi vt habitẽ. Et dices ĩ corde tuo. Quis mihi genuit istos? Ego steril et ñ piens trãsmigrata ⁊ captiua: et istos qs enutriuit? Ego destituta ⁊ desolata: ⁊ isti vbi hic erãt? Hec dicit dñs deꝰ. Ecce leuabo ad gẽtes manũ meã: ⁊ ad pl̃os exaltabo signũ meũ. Et adferent filios tuos ĩ vlnis: ⁊ filias tuas super humeros portabũt. Et erũt reges nutricij tui: ⁊ regĩe nutrices tue. Vultu ĩ terra demisso adorabũt te: ⁊ puluerẽ pedũ tuorum lingẽt. Et scies quia ego dñs: sup q̃ ñ pfũdẽt q̃ expectãt eũ. Nũqd tolleť a forti p̃da: aut qđ captũ fuerit a robusto saluũ ee potęrit? Quia hec dicit dñs. Eqdẽ et captiuitas a forti tolleť: et qđ ablatũ fuerit a te robusto saluabiť. Eos vero q̃ iudicauerũt te ego iudicabo: ⁊ filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibꝫ suis: et q̃si musto sãguĩe suo inebriabũť. Et sciet oĩs caro qꝛ ego dñs saluãs te: ⁊ redẽptor tuus fortis iacob.

Capitulũ. L.

Hec dicit dñs. Quis ẽ hic liber repudij mr̃is vr̃e: q̃ dimisi eam? Aut qs ẽ creditor meꝰ: cui vẽdidi vos? Ecce ĩ iniq̃tatibꝫ vr̃is vẽditi estis ⁊ ĩ sceleribꝫ vr̃is dimisi mr̃em vr̃az: qꝛ veni ⁊ non erat vir: vocaui ⁊ nõ erat q̃ audiret. Nũqd abbreuiata ⁊ puula facta ẽ manꝰ mea vt ñ possim redimere: aut ñ ẽ ĩ me virtꝰ ad liberandũ? Ecce ĩ increpatõe mea desertũ faciã mare: ponã flumina ĩ siccũ. Cõputrescent pisces sine aqua: ⁊ morient ĩ siti. Induam celos tenebris: ⁊ saccũ ponã operimẽtum eoꝝ. Dñs dedit mihi linguaz eruditam: vt sciam sustẽtare eũ q̃ lassus ẽ verbo. Erigit mane. mane erigit mihi aurẽ: vt audiã q̃si mgr̃m. Dñs deꝰ aperuit mihi aurez: ego ať ñ pdico: rtrorsũ ñ abij. Corpꝰ meũ dedi pcuciẽtibꝫ ⁊ genas meas vellẽtibꝫ: faciem meaz nõ auerti ab increpãtibꝫ ⁊ pspuentibꝫ ĩ me. dñs deꝰ auxiliatorꝛ meꝰ: idõ nõ sũ pfusus. Ideo posui faciẽ meaz vt petrã durissimam: ⁊ scio qm̃ nõ pfundar. Iuxta ẽ q̃ iustificat me. Quis pdicit mihi? Stem? simul. Quis ẽ aduersari? meꝰ? Accedat ad me. Ecce dñs deꝰ auxiliatorꝛ meꝰ. Quis ẽ q̃ pdẽnet me? Ecce oẽs q̃si vestimẽtũ pterent: tinea comedet eos. Quis ex vobis timẽs dm̃m audiẽs vocẽ serui sui? Quis ambulauit in tenebris: ⁊ ñ ẽ lumẽ ei? Speret ĩ noĩe dñi: ⁊ innitať sup deũ suũ. Ecce vos oẽs accẽdẽtes ignẽ: accincti flãmis. Ambulate in lumĩe ignis vr̃i: ⁊ ĩ flãmis q̃s succẽdistis vobis. De manu mea fct̃m ẽ hoc vobis. In doloribꝫ dormietis.

Ca. .Ll.

Audite me q̃ seqmĩ qđ iustũ ẽ: ⁊ qrite dm̃m. Attẽdite ad petrã vñ excisi estis: ⁊ ad cauernã laci đ q̃ pci si estis. Attẽdite ad abraham pr̃em vr̃m ⁊ ad sarã q̃ pepit vos. Quia vnũ vocaui eũ: et benedixi ei: ⁊ multiplicaui eũ. Cõsolabitur ergo dñs sion: et psolabiť oẽs ruinas eiꝰ. Et ponet desertũ eiꝰ q̃si delicias: ⁊ solitudinez eiꝰ q̃si ortũ domi. Gaudiũ et leticia iuenieť ĩ ea: gr̃aractõ ⁊ vox laudis. Attẽdite ad me pl̃s meꝰ: ⁊ tribꝫ mea me audite. Quia lex a me exiet: ⁊ iudiciũ meũ ĩ lucẽ pl̃oꝝ requiescet. Prope ẽ iustꝰ meꝰ: egressus ẽ saluatorꝛ meꝰ: ⁊ brachia mea pl̃os iudicabũt. Me insule expectabũt: ⁊ brachiũ meũ sustiebũt. Leuate ĩ celũ oc̃los vr̃os: ⁊ videte sub terra deorsũ. Quia celi sicut fumꝰ liq̃scẽt: ⁊ t̃ra sicut vestimẽtũ atęret: ⁊ habitatorꝛ eiꝰ sicut hec intęribũt. Salus ať mea ĩ sẽpiťnũ erit: ⁊ iusticia mea ñ defeciet. Audite me q̃ scitis iustũ: pl̃s meꝰ lex mea in corde eoꝝ. Nolite timẽ obprobriũ hoĩm: et blasphemias eorũz ne metuatis. Sicut eĩ vestimẽtũ sic comedet eos ỽmis: ⁊ sicut lanaz sic deuorabit eos tinea. Salꝰ ať mea ĩ sẽpiťnũ erit: ⁊ iusticia mea in generatõnũ. Cõsurge cõsurge: induere fortitudinez brachiũ dñi. Cõsurge sicut ĩ diebꝫ antiq̃s: in generatõnibꝫ secloꝝ. Nũqd ñ tu pcussisti supbũ: vulnerasti draconẽ? Nũqd ñ tu siccasti mare: aquã abissi vehemẽtis? Qui posuisti pfũduz maris viaz: vt trãsirẽt liberati. Et nũc q̃ rẽpti sũt a dño ruertẽť: ⁊ veniẽt ĩ sion laudantes: ⁊ leticia sẽpiťna sup capita eoꝝ. Gaudiũ et leticiam tenebũt: fugiet doloꝛ ⁊ gemitꝰ. Ego egoipse psolaboꝛ vos. Quis tu vt timeas ab hoĩe mortali et a filio hois: q̃ q̃si fenum ita arescit? Et oblitꝰ es dñi factoris tui q̃ tetẽdit celos ⁊ fũdauit t̃rã: ⁊ formidasti iugiť tota die a facie furoris ei? q̃ te tribulabat ⁊ pauerat ad p tẽdũ. Vbi nũc ẽ furoꝛ tribulãtis? Cito veĩet gradiẽs ad apiẽdũ: ⁊ ñ interficiet vsq̃ ad ĩternitꝫ: nec deficiet

panis ei⁹. Ego em̃ sũ dñs deus tu⁹ qui con
turbo mare et intumescũt fluct⁹ eius: dñs
exercituũ nomẽ meũ. Posui verba mea in
ore tuo: et in vmbra man⁹ mee pteχi te: vt
plãtes celos ⁊ fũdes ẽrã: et dicas ad sion:
pl̃us meus es tu. Eleuare eleuare: surge
ihr̃lm: q̃ bibisti de manu dñi calicẽ ire ei⁹.
Usq; ad fundũ calicis soporis bibisti: ⁊ po
tasti usq; ab feces. Nõ ẽ q̃ sustẽtet eã ex oĩ
b⁹ filijs q̃s genuit: ⁊ ñ ẽ q̃ apprehẽdat ma
nũ ei⁹ ex oĩbꝫ filijs q̃s enutriuit. Duo sunt
q̃ occurrerũt tibi. Quis ptristabit sup te:
Uastitas ⁊ ptritꝫ ⁊ fames ⁊ gladi⁹: q̃s pso
labit te: Filij tui pjecti sũt: dormierũt ĩ ca
pite oĩm uiarũ sicut orix illaq̃atus: pleni
ĩdignatõe dñi: increpatõe dei tui. Idcirco
audi hoc paupcula. et ebria ñ a vino. Hec
dicit dñator tu⁹ dñs: et de⁹ tu⁹ q̃ pugnuit p
pl̃o suo. Ecce tuli de manu tua calicẽ so
poris: fundũ calicis indignõnis mee. Non
adicies vt bibas illũ vltra. Et ponã illũ in
manu eoꝝ q̃ te humiliauerũt ⁊ dixerũt aĩme
tue incuruare vt transeam⁹: et posuisti vt
ẽrã corp⁹ tuũ: ⁊ q̃si viã trãseũtibꝫ Ca. LII.

Consurge cõsurge: induere fortitu
die tua sion. Induere vestimẽtis
glorie tue hierusalez ciuitas sãcta
q̃ nõ adiciet vltra vt ptranseat p te ĩcircũ
cisus ⁊ immũdus. Excutere de puluere: cõ
surge: sede ihr̃lm. Solue vincula colli tui
captiua filia sion: quia hec dicit dñs. Gra
tis venũdati estis: ⁊ sine argẽto redimemi
ni. Quia hec dicit dñs de⁹. In egiptũ descẽ
dit pl̃us me⁹ ĩ pricipio vt colon⁹ essꝫ ibi: ⁊
assur absq; ulla causa calũniatus ẽ eũ. Et
nũc q̃d mihi ẽ hic dicit dñs: Q̃m ablat⁹ ẽ
pl̃us me⁹ gratis. Dñatores ei⁹ iniq̃ agũt
dicit dñs: te iugiter tota die nomẽ meum
blasphemat. Propt̃ hoc sciet pl̃us me⁹ no
men meũ ĩ die illa: q̃ egoipe q̃ loq̃bar ec
ce assum. Quãpulcri sup montes pedes ã
nũciantis ⁊ p̃dicãtis pacẽ: annũciãtis bo
nũ p̃dicantis salutẽ: dicentis sion. Regna
bit de⁹ tu⁹. Clor speculatoꝝ tuoꝝ. Leuaue
rũt vocẽ: sil̃ laudabũt: q̃ oc̃lo ad oculũ vi
debunt: cũ puerterit dñs sion. Gaudete ⁊
laudate simul̃ deserta ihr̃lm: q̃ psolat⁹ ẽ dñs
pl̃m suũ: redemit ihr̃lm. Parauit dñs bra
chiũ scm̃ suũ in oc̃lis oĩm gentiũ: et vide
bũt oẽs fines terre salutare dei nr̃i. Rece
dite recedite: exite inde: pollutũ nolite tã
gere. Exite de medio ei⁹: mũdamini q̃ fer
tis vasa dñi. Q̃m nõ in tumultu exibitis:
nec ĩ fuga pperabitis. Precedet em̃ vos do
min⁹: ⁊ pgregabit vos de⁹ isr̃l. Ecce intelli
get ꝑu⁹ meus: exultabit ⁊ eleuabit: ⁊ sub
limis erit valde. Sicut obstupuerũt super
eũ multi: sic ĩglorius erit inter viros aspe
ctus ei⁹ ⁊ forma ei⁹ inter filios hõim. Iste
asperget gẽtes multas: sup ipm̃ ptinebunt
reges os suũ. Quia quibꝫ nõ est narratum
de eo videbunt: et qui non audierunt con
templati sunt. Capitulum .LIII.

Quis credidit auditui nr̃o: et bra
chiũ dñi cui reuelatũ ẽ: Et ascẽdit
sicut virgultuz corã eo: ⁊ sicut ra
dix ꝺ terra sicĩẽti. Nõ ẽ spẽs ei neq; decor.
Et vidim⁹ eũ ⁊ ñ erat aspect⁹: ⁊ desideraui⁹
eũ despectũ ⁊ nouissimũ virorꝫ: virũ dolorꝫ
et sc̃iẽtẽ ifirmitatẽ. Et q̃si abscõdit⁹ vult⁹
ei⁹ ⁊ despect⁹: unde nec reputauim⁹ eũ. Ele
re languores nr̃os ipe tulit: et dolores no
stros ipe portauit. Et nos putauim⁹ eũ q̃
si leprosũ: ⁊ pcussum a deo ⁊ humiliatum.
Ipse aũ vulnerat⁹ ẽ ꝑter iniq̃tates nr̃as:
attrit⁹ ẽ ꝑter scelera nr̃a. Disciplĩa pacis
nostre sup euz: ⁊ liuore eius sanati sum⁹.
Oñes nos quasi oues errauim⁹: unusq̃sq;
ĩ viã suam declĩauit: ⁊ dñs posuit ĩ eo ini
q̃tatẽ oĩm nostrũ. Oblat⁹ ẽ q̃ ipe voluit:
⁊ non aperuit os suũ. Sicut ouis ad occi
sionem ducẽ: et quasi agn⁹ corã tondente
obmutescet: ⁊ nõ apiet os suũ. De ãgustia
⁊ de iudicio sublatus ẽ. Generatõz eius q̃s
enarrabit: Quia abscisus ẽ de terra viuen
tiũ. Propter scelus pl̃i mei pcussi euz. Et
dabit impios ꝑ sepultura et diuitẽ ꝑ mor
te sua: eoq; iniquitatẽ nõ fecerit. neq; dol⁹
fuerit ĩ ore ei⁹: ⁊ dñs voluit pterere eũ in
infirmitate. Si posuerit p peccato aiaz su
am videbit semẽ longeuũ: ⁊ volũtas dñi in
mãu eius dirigẽ. Proeo q̃ laborauit aĩa
ei⁹: videbit ⁊ saturabit. In sciencia sua iu
stificauit ipe iust⁹ seruos meos multos: et
iniq̃tates eoꝝ ipse portauit. Ideo dispciaz
ei plurimos ⁊ fortiũ diuidit spolia: peo q̃
tradidit ĩ mortẽ aĩam suaz: ⁊ cũ sceleratis
reputatus est. Et ipe pcã multoꝝ tulit: ⁊
p transgressoribꝫ rogauit.

Capitulum. .LIIII.

LAuda sterilis q̃ nõ paris: decanta laudẽ et hinni que non pariebas: qm̃ multi filij deserte magisq; eius q̃ habet virũ dicit dñs. Dilata locũ tentorij tui: ꝛ pelles tabernaculoꝝ tuoꝝ extẽde ne parcas. Longos fac funiculos tuos: et clauos tuos ꝓsolida. Ad dexterã eĩ ꝛ ad leuam penetrabis: ꝛ semẽ tuũ gẽtes hẽditabit: ꝛ ciuitates deꝑtas ĩ habitabit. Noli timere: qꝛ nõ ꝓfunderis neq; erubesces. Non eñ te pudebit qꝛ cõfusionis adolescẽtie tue obliuiscẽris: et obꝓbrij viduitatis tue ñ recordaberis amplius. Quia dñabit tui q̃ fecit te: dñs exercituũ nomẽ eius: et redemptor tuus sanctus isrl̃. Deus oĩs terre vocabitur. Quia vt mulierẽ derelictã ꝛ merentez spũ vocauit te dñs: ꝛ vxorẽ ab adolescẽtia abiectã. Dixit deus tuus. Ad pũctũ ĩ modico dereliq̃ te: ꝛ ĩ miseratõibus magnis ꝓgregabo te. In momento indignatõis abscondi faciẽ meã parũꝑ a te: ꝛ ĩ misericordia sẽpiterna miserebor tui. Dixit redẽptor tuus dñs. Sicut ĩ diebus noe istud mihi ẽ: cui iuraui ne ĩducerẽ aq̃s vltr̃ sup̃ terrã: sic iurauĩ vt nõ irascar tibi ꝛ nõ increpẽ te. Montes eĩ ꝓmouebũt̃ ꝛ colles ꝓtremiscẽt: misericordia aũt mea ñ recedet a te: ꝛ fed̃ pacis mee non mouebit̃. Dixit miserator tuus dominus. Paupcula tẽpestate ꝓsulsa absq; vlla ꝓsolatõe: ecce ego sternaz ꝑ ordinẽ lapides tuos: ꝛ fundabo te ĩ saphiris. Et ponã iaspidẽ ꝓpugnacula tua: ꝛ portas tuas ĩ lapides sculptos: ꝛ oẽs terminos tuos ĩ lapides desiderabiles: vniuersos filios tuos doctos a dño: ꝛ multitudiẽz pacis filijs tuis: ꝛ ĩ iustícia fundaberis. Recede pcul a calũnia qꝛ ñ timebis: ꝛ a pauore: qꝛ nõ appropiq̃bit tibi. Ecce accola veniet q̃ nõ erat mecũ: aduena quõdaz tu. adiũget̃ tibi. Ecce ego creaui fabrũ sufflãtẽ ĩ igne prunas: et pferentẽ vas ĩ op̃ suũ: ꝛ ego creaui interfectorẽ ad dispendũ. Oñe vas qd̃ fcm̃ est ꝓt̃ te nõ diriget̃: ꝛ oẽz linguã resistentẽ tibi ĩ iudicio iudicabis. Hec ẽ hereditas seruorũz dñi: ꝛ iustícia eorum apud me dicit dominus.

Capitulum .LV.

OMnes sicientes venite ad aquas: ꝛ qui nõ habetis argentum ꝓperate. Emite et comedite: venite emite absq; argẽto: ꝛ absq; vlla cõmutatõe vinũ ꝛ lac. Quare appẽditis argẽtũ nõ in panibus: ꝛ laborẽ vm̃ nõ ĩ saturitate: Audite audientes me et comedite bonũ: ꝛ delectabit̃ ĩ crassitudie aĩa vra. Inclinate aurem vraz ꝛ venite ad me: audite ꝛ viuet aĩa vestra: ꝛ feriã vobiscũ pactũ sẽpiternũ: misericordias dauid fidelis. Ecce testẽ ꝓpls̃ dedi eum: ducẽ ac ꝓceptorẽ gẽtibus. Ecce gentẽ quã nesciebas vocabis: ꝛ gẽtes q̃ nõ cognouerũt te ad te currẽt ꝓpter dñm deũ tuũ et sanctum isrl̃: qꝛ glorificauit te. Querite dñm dũ inueniri potest: inuocate eũ dum ꝓpe est. Derelinq̃t ipius viã suã: et vir iniquus cogitatões suas: et reuertat̃ ad dñm ꝛ miserebit̃ ei: ꝛ ad deũ nr̃m qm̃ multꝰ est ad ignoscendũ. Nõ eñ cogitatões mee cogitatões vre: neq; vie vre vie mee dicit dom̃in. Quia sicut exaltant̃ celi a terra sic exaltate sunt vie mee a vijs vris: ꝛ cogitatões mee a cogitatõibus vris. Et quõ descendit ymber ꝛ nix ꝺ celo ꝛ illuc vltr̃ nõ reuertit̃: sz inebriat terrã ꝛ ĩfũdit eã ꝛ germinare eã facit ꝛ dat semẽ serẽti ꝛ panẽ comedẽti: sic erit verbũ meũ qꝺ egredie t̃ de ore meo. Nõ reuertet̃ ad me vacuũ: sed faciet q̃cũq; volui: et psperabit̃ ĩ hijs ad que misi illud. Quia ĩ letícia egrediemini: ꝛ ĩ pace deducemini. Mõtes ꝛ colles cãtabunt corã vobis laudẽ: ꝛ oĩa ligna regionis plaudẽt manu. Pro saliunca ascẽdit abies: ꝛ p vrtica crescet mirt̃. Et erit dñs noĩat̃ ĩ signũ eternũ: qd̃ nõ auferet̃.

Capitulũ. LVI

HEc dicit dñs. Custodite iudiciũ et facite iustícia: qꝛ iuxta ẽ sal̃ mea vt veniat: ꝛ iustícia mea vt reuelet̃ur. Beatus vir q̃ facit hoc: et filius hois q̃ apprehẽdet istud: custodiẽs sabbatũ ne polluat illud: custodiens manus suas ne faciat oñe malũ. Et nõ dicat filius aduene q̃ adherret dño dicẽs: sepatõne diuidet me dominus a pplo suo. Et ñ dicat eunuchus: ecce lignum aridum. Quia hec dicit dominus eunuchis qui custodierint sabbata mea: ꝛ elegerint que volui: ꝛ tenuerint fedus meum. Dabo eis in domo mea et in muris meis locũ: et nomen melius a filijs ꝛ filiabus. Nomẽ sẽpiternum dabo eis: quod nõ peribit. Et filios aduene q̃ adherẽt dño vt colãt eũ ꝛ diligãt nomẽ eius vt sint ei ĩ seruos: oñez custodiẽtẽ sabbatũ ne polluat illud ꝛ tenẽtez fed̃ meũ: adducã eos ĩ mõtẽ sãctũ meũ. letificabo eos ĩ domo orõis mee. Holocausta

eozuz ⁊ victime eoꝝ placebũt mihi sup altari meo: qz dom⁹ mea dom⁹ oratõnis vocabit cũctis pl̃is. Ait dñs de⁹: q̃ ꝓgregat dispsos isrl̃. Adhuc ꝓgregabo ad eũ oẽs congregatos ei⁹. Oẽs bestie agri venite ad devorãdũ: vniuerse bestie salt⁹. Speculatores ei⁹ ceci oẽs: nescierũt vniuersi: canes muti nõ valẽtes latrare: videntes vana. dormientes ⁊ amãtes sõnia: ⁊ canes inpudẽtissimi nescierũt saturitatẽ. Ipi pastores igꝛauerũt intelligẽciã: oẽs i viã suam declinauerũt: vnusquisq; ad auariciaz suã a sũmo vsq; ad nouissimũ. Deite sumã⁹ vinũ ⁊ impleamur ebrietate: et erit sicut hodie sic et cras: et multo amplius.

Capitulũ. LVII.

Justus perit ⁊ nemo ẽ q̃ recogitet i corde suo: ⁊ viri misericoꝛdie colligũt: qz ñ ẽ q̃ intelligat. A facie eĩ malicie collect⁹ ẽ iust⁹. Veniat pax: et requiescat i cubili suo. q̃ ambulauit in directõne sua. Vos aũ accedite huc filij auguriatricis: semẽ adultere ⁊ fornicarie sup quẽ lusistis: sup quem dilatastis os. et eiecistis liguam: nũq̃d nõ vos filij scelesti semen mẽdax: q̃ ꝓsolamĩ i dijs subter oẽ lignũ frondosũ imolãtes puulos i torrẽtes subt̃ eminẽtes petras: In ptibꝰ torrẽtis ps tua: hec ẽ sors tua. Et ipis effudisti libamẽ: obtulisti sacrificiũ. Nũq̃d sup hijs ñ indignabor: sup montẽ excelsũ ⁊ sublimẽ posuisti cubile tuũ: ⁊ illuc ascendisti vt ĩmolares hostias. Et post ostiũ et retro postẽ posuisti memoriale tuũ: qz iuxta me discoopuisti ⁊ suscepisti adultẽrũ. Dilatasti cubile tuũ: et pepegisti cũ eis fed⁹. Dilexisti stratũ eorũ manu apta: ⁊ ornasti te regio vnguẽto: ⁊ multiplicasti pigmẽta tua. Misisti legatos tuos pcul: ⁊ hũiliata es vsq; ad ĩferos. In multitudine vie tue laborasti: nõ dixisti q̃ẽscã. Elitã man⁹ tue inuenisti: ꝓterea nõ rogasti. Pro q̃ solicita timuisti: qz mẽtita ẽ ⁊ mei nõ ẽ recoꝛdata: neq; cogitasti i corde tuo qz ego tacẽs ⁊ q̃si ñ vidẽs. ⁊ mei oblita es. Ego annũciabo iusticiam tuaz: ⁊ opa tua ñ pderũt tibi. Cũ clamaueris liberent te congregati tui. Et oẽs eos auferet vẽtus: tollet aura. Qui aũ fiduciam habet mei hẽditabit trã: ⁊ possidebit mõtẽ sanctũ meũ: ⁊ dicam. Viaz facite. pbete iter: declinate de semita: auferte offẽdicula ò via populi mei. Quia hec dicit excels⁹ ⁊ sublimis habitans eternitatẽ et sctm ẽ nomẽ ei⁹: in excelso ⁊ i scto habitans. ⁊ cũ ꝓtrito et humili spũ: vt viuificet spũm humiliũ ⁊ viuificet coꝛ ꝓtritoꝝ. Nõ ei i sẽpiternũ litigabo neq; vsq; ad finẽ irascar: qz spũs a facie mea egrediet̃ ⁊ faciam ego flat⁹. Propter iniq̃tatẽ auaricie ei⁹ irat⁹ sũ: et pcussi eum. Abscondi: ⁊ ĩdignat⁹ sũ. Et abijt vag⁹ i via cordis sui. Vias ei⁹ vidi ⁊ sanaui eum. ⁊ reduxi eũ: ⁊ reddidi ꝓsolatões ipi ⁊ lugẽtibꝰ ei⁹. Creaui fructũ labioꝝ pacẽ: pacẽ ei qui longe ẽ. ⁊ q̃ꝛpe dixit dñs: ⁊ sanaui eũ. Impij aũ q̃si mare feruẽs qđ q̃escẽ nõ pt̃: ⁊ redũdat fruct⁹ ei⁹ i cõculcatõem ⁊ lutũ. Nõ ẽ pax ĩpijs dicit dñs de⁹.

Capi. LVIII.

Clama. ne cesses: quasi tuba exalta vocẽ tuã ⁊ ãnũcia pplo meo scelera eoꝝ: ⁊ domui iacob pcta eoꝝ. Me etem̃ de die i diẽ q̃rũt ⁊ scire vias meas volũt: q̃si gens q̃ iusticiam fecerit: ⁊ q̃ iudicium dei sui nõ deliq̃rit. Rogant me iudicia iusticie: approping̃re deo volũt. Quare ieiunauim⁹ ⁊ ñ aspexisti: humiliauim⁹ aĩas nr̃as ⁊ nescisti: Ecce i die ieiunij vr̃i ĩuenit̃ voluntas vr̃a: ⁊ oẽs debitoꝛes vr̃os repetitis. Ecce ad lites ⁊ ꝓtẽtones ieiunatis: ⁊ percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diẽ: vt audiatur i excelso clamoꝛ vester. Nũq̃d tale ẽ ieiuniũ qđ elegi: p diem affligere hominẽ animaz suam: Nũquid contoꝛquere quasi circulũ caput suum: ⁊ saccum et cinerem sternere: Nũquid istud vocaui ieiuniũ: ⁊ diẽ acceptabilez domiõ: Nõne hoc ẽ magis ieiuniuz qđ elegi: Dissolue colligatões ipietatis: solue fasciculos deprimẽtes. Dimitte eos q̃ cõfracti sũt liberos: ⁊ omne on⁹ dirũpe. Frange esurienti panẽ tuũ: ⁊ egenos vagosq; induc in domũ tuã. Cũ videris nudũ opi eũ: ⁊ carnẽ tuã ne despexeris. Tũc erũpet q̃si mane lumen tuũ: ne sanitas tua cici⁹oꝛiet̃. Et antibit faciẽ tuaz i iusticia tua: ⁊ gloꝛia dñi colliget te. Tũc iuocabis ⁊ dñs exaudiet: clamabis. ⁊ dicet ecce assũ: qz misericoꝛs sũ dñs de⁹ tu⁹. Si abstuleris ò medio tui cathenam: ⁊ desieris extendere digituz. ⁊ loq̃ qđ ñ pdest. Cũ effuderis esurienti aĩaz tuaz. ⁊ aĩam afflictam repleueris: oriet̃ in tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiẽ dabit tibi dñs deus tuus

ysaias

semp:⁊ implebit splendoribꝫ aiam tuaz:et
ossa tua liberabit. Et eris q̃si ort⁹ irriguus:⁊ sicut fons aq̃rũ cui⁹ ñ deficiẽt aque.
Et edificabũt ī te deserta seculoz:fũdamẽta generatiõis ⁊ generatiõnis suscitabis. Et
nō audierūt: nec īclinauerūt aurē suā vt ñ
ꝓuertērent a malꝫ suis: ꝙ ñ sacrificarēt dijs
alienis. Et cōflata ē īdignatō mea ꝙ furor
meꝰ: ꝙ succēsa ē ī ciuitatibꝰ iuda ꝙ ī platēis
hirl̃m: ꝙ verse sūt ī solitudinē ꝙ vastitatem
secūdū diē hāc. Et nūc hec dicit dñs exerci
tuū. deꝰ isrl̃. Quare vos facitis malū grā-
de ꝑt̃ aīas vr̃as vt ītereat ex vob̃ vir ꝙ mu
lier ꝓuul ꝙ lactēs de medio iude nec relin-
q̃tur vob̃ q̃q̃ r̃siduū: ꝓuocātes me ī opib̃
manuū vr̃arꝫ sacrificādo dijs alienis ī tērra
egipti ī quā īgressi estis vt hītetis ibi. ꝙ di-
spereatis ꝙ sitis ī maledictōz ꝙ ī obꝓprobriū
cūctis gētibꝰ tērre: Nūqꝺ obliti estis mala
patꝝ vr̃oꝝ ꝙ mala regū iuda ꝙ mala vxoꝝ
eiꝰ ꝙ mala vr̃a ꝙ mala vxoꝝ vr̃arꝫ q̃ fecerūt
ī tērra iuda ꝙ ī regiōibꝰ hirl̃m: Nō sūt mū
dati vsqz ad diē hāc: ꝙ ñ timuerūt ꝙ nō ābu-
lauerūt ī lege dñi ꝙ ī p̃ceptis meis: q̃ ꝺedi co
rā vob̃ ꝙ corā p̃ib̃ vr̃is. Ideo hec dicit dñs
exercituū: deꝰ isrl̃. Ecce ego ponā faciē me
am ī vob̃ ī malū: ꝙ dispdā oēz iudā. Et as-
sumā r̃liq̃as iude q̃ posuerūt facies suas vt
ingrederēnt ī tērrā egipti et hītarēt ibi: et
ꝓsumēnt oēs ī tra egipti: et cadēt ī gladio
ꝙ ī fame. Cōsumēnt a mīmo vsqz ad mai-
mū: ī gladio ꝙ ī fame morient: ꝙ erūt ī iur-
iurādū ꝙ ī miraculū ꝙ ī maledictōez ꝙ ī ob-
probriū. Et visitabo hītatores tre egipti si
cut visitaui sup hirl̃m ī gladio ꝙ ī fame et ī
peste: et ñ erit q̃ effugiat ꝙ sit r̃sidu deꝰ reli-
quijs iudeoꝝ q̃ vadūt vt pegrinent ī tērra
egipti ꝙ r̃uertant ī tr̃ā iuda: ad quā ipi ele
uāt aīas suas vt r̃uertant ꝙ hītent ibi. Nō
r̃uertēnt nisi q̃ fugerūt. Scīerūt aūt biere
mie oēs viri sciētes q̃ sacrificarent mulie-
eoꝝ dijs alienis ꝙ vniuerse mlīeres quaꝝ sta
bat mltitudo grādis: et oīs ꝑplus hītantiū
ī tra egipti ī phatures dicētes. Sermonez
quē locutꝰ es ad nos ī noīe dñi ñ audiem⁹
ex te: sz faciētes faciem⁹ oē ꝺbū qꝺ egredi-
tur de ore nr̃o: vt sacrificem⁹ regine celi. et
libem⁹ ei libamina. sicut fecim⁹ nos ꝙ pres
nr̃i r̃ges nr̃i ꝙ p̃ncipes nr̃i. ī vrbib̃ iuda ꝙ ī
platēis hirl̃m: ꝙ saturati sum⁹ panib̃. ꝙ bñ
nob̃ erat. malūqz nō vidim⁹. Ex eo aūt tpe
q̃ cessauim⁹ sacrificare regine celi ꝙ libare
ei libamīa īdigem⁹ oīb̃: ꝙ gladio ꝙ fame cō
sūpti sum⁹. Qꝺ si ñ sacrificam⁹ r̃gine celi:
ꝙ libam⁹ ei libamīa. Nunqꝺ sine viris nr̃is
fecim⁹ ei placētas ad colendā eā: ꝙ liba ad
libādū: Et dixit hieremias ad omnē ꝑplm
aduersū viros ꝙ aduersū mlīeres ꝙ aduersū
vniuersā plebē q̃ r̃ndērāt ei ꝺbū dicēs. Nū-
qꝺ ñ sacrificiū qꝺ sacrificastis ī ciuitatib̃
iuda ꝙ ī platēis hirl̃m vos ꝙ pres vr̃i r̃ges
vr̃i ꝙ p̃ncipes vr̃i ꝙ ꝑplus tre: horꝝ r̃cordatꝰ
ē dñs ꝙ ascēdit sup cor eiꝰ: Et non potērat
dñs vltr̃ portare ꝓpt̃ maliciā studiorꝝ vr̃oꝝ
ꝙ ꝓpt̃ abomīatōes q̃s fecistis: et facta ē tra
vr̃a ī dēsolatōez ꝙ ī stupore ꝙ ī maledictum
eo q̃ non sit hītator: sicut ē dies hec. Pro-
ptērea q̃ sacrificaueritis ÿdol ꝙ peccaueri
tis dño: ꝙ nō audieritis vocē dñi ꝙ in lege
ꝙ in p̃ceptis ꝙ in tēstimonijs eius non am-
bulaueritis: ideirco euenerūt vob̃ mala hec
sicut ē dies hec. Dixit aūt hieremias ad oēz

ꝑlm: ⁊ ad vniuersas mlieres. Audite vbū
dñi oīs iuda q̄ estis ī terra egipti. Hec in-
qt dñs exercituū. de9 isrl̄ dicēs. Uos ⁊ vxo
res vr̄e locuti estis ore vr̄o: ⁊ manib9 vr̄is
īplestis dicētes. Faciam9 vota nr̄a q̄ voui-
m9: ⁊ sacrificem9 regine celi ⁊ libem9 ei li-
bamīa. Implestis opa vr̄a: et ope ꝑpetra-
stis ea. Jdeo audite vbū dñi oīs iuda q̄ hī
tatis ī terra egipti. Ecce ego iuraui ī noīe
meo magno ait dñs: q2 nequaꝙ vlt̄ voca-
bit̄ nomē meū ex ore oīs viri iudei dicētis:
viuit dñs deus in oī terra egipti. Ecce ego
vigilabo sup eos ī malū ⁊ nō ī bonū: ⁊ ꝯsu
ment̄ oēs viri iuda q̄ sūt ī terra egipti gla
dio ⁊ fame donec penit9 ꝯsumant̄. Et q̄ fu-
gerīt gladiū reuertent̄ de terra egipti ī ter
rā iuda viri pauci: ⁊ sciēt oēs r̄liq̄e iuda ī-
grediētiū terrā egipti vt hītent ibi. cui9 ser
mo ꝯpleat̄: me9. an illoꝝ. Et hoc vobis si-
gnū ait dñs ꝙ visitem ego sup vos in loco
isto: vt sciatis q2 vere ꝯplebūt̄ ſmōes mei
ꝯt̄ vos ī malū. Hec dicit dñs Ecce ego tra-
dā pharaonē efree regē egipti ī manu ini-
micoꝝ ei9 ⁊ in manu q̄rentiū aīam illi9: si-
cut t̄didi sedechiā regē iuda ī manu nabu-
chodonosor regis babilonis inimici sui et
querētis aīam eius.

Ca. .XLV.

Verbū qd̄ locut9 ē hieremias ꝓpha
ad baruch filiū nerie cū scripsisset
vba hec ī libro ex ore hieremie: āno
q̄rto ioachī filij iosie regis iuda dicēs. Hec
dicit dñs de9 isrl̄ ad te baruch. Dixisti. Ue
misero mihi: qm̄ addidit dñs dolorē dolori
meo. Laboraui cū gemitu meo: ⁊ requiē ñ
īueni. Hec dicit dñs. Sic dices ad eū. Ecce
q̊s edificaui ego destruo: ⁊ q̊s plātaui ego
euello: ⁊ vniuersā terrā hāc. Et tu q̄ris ti-
bi grādia: Noli q̄rere. q2 ecce ego adducam
malū sup omnē carnē ait dñs: ⁊ dabo tibi
aīam tuaʒ in salutē in oībus locis ad que-
cunqꝫ perrexeris.

Ca. .XLVI.

Quod factū ē vbū dñi ad hieremiā
ꝓpham ꝯtra gentes. ad egiptū ad-
uersū exercituʒ pharaōis nechao
regis egipti: q̄ erat iuxta fluuiū eufratē in
charchamis quē ꝑcussit nabuchodonosor
rex babilonis ī q̄rto āno ioachim filij iosie
regis iuda. Preparate scutū ⁊ clipeū: ⁊ ꝑ-
cedite ad bellū. Jūgite eq̊s ⁊ ascēdite equi-
tes: state ī galeis polite lāceas: īduite vos
loricis. Quid igitur? Uidi ipos pauidos et
terga vertētes: fortes eoꝝ cesos. Fugerūt
cōciti: nec respexerunt. Terror vndiqꝫ ait
dñs. Nō fugiet velox: nec saluari se putet
fortis. Ad aq̄lonē iuxta flumē eufraten vi
cti sūt: ⁊ ruer̄t. Quis ē iste q̄ q̄si flumē ascē
dit: et veluti fluuioꝝ intumescūt gurgites
ei9? Egiptus flumīs īstar ascēdit: et velut
flumīa mouebūt̄ fluct9 ei9: ⁊ dicet. Ascēdi
te operiā terrā: ꝑdaʒ ciuitatē ⁊ hītatores
ei9. Ascēdite eq̊s ⁊ exultate ī currib9: et ꝑ-
cedāt fortes. Ethiopie et libiee tenētes scu
tum: ⁊ lidij arripiētes et iaciētes sagittas.
Dies at̄ ille dñi dei exercituū dies vlcōis:
vt sumat vīdictā de inimicis suis. Deuora-
bit gladi9 ⁊ saturabit̄: et īebriabit̄ sāguine
eoꝝ. Uictima ei dñi exercituū ī terra aq̄lo
nis: iuxta flumē eufraten. Ascēde ī galaad
⁊ tolle resinā vgo filia egipti. Frustra mul
tiplicas medicamīa: sanitas non erit tibi.
Audierūt gētes ignominiā tuā: ⁊ vlulat9
tu9 repleuit terrā. Quia fortis impegit in-
fortē: ⁊ ābo parit̄ cōciderūt. Uerbū qd̄ lo-
cut9 ē dñs ad hieremiā ꝓpham sup eo ꝙ vē
tur9 esset nabuchodonosor rex babilonis ⁊
ꝑcussurus terrā egipti. Annūciate egipto:
⁊ auditū facite ī magdalo ⁊ resonet in mē-
phis: ⁊ in tafnis dicite. Sta ⁊ p̄para te: q2
deuorabit gladi9 ea q̄ ꝑ circuitū tuum sūt:
Quare ꝯputruit fortis tu9? Nō stetit: qm̄
dñs subuertit eū. Mltiplicauit ruētes: ceci
ditqꝫ vir ad ꝓximū suū. Et dicēt. Surgite
⁊ r̄uertamur ad ꝑplm nr̄m ⁊ ad terrā nati
uitatis nr̄e a facie gladij columbe. Uocate
nomē pharaōis r̄gis egipti: tumultū addu
xit tp̄s. Uiuo ego inq̄t rex. dñs exercituuʒ
nomē ei9: qm̄ sicut thabor ī mōtib9 ⁊ sicut
carmel9 ī mari veīet. Uasa t̄nsmig̃tōis fac
tibi hītatrix filia egipti: mēphis ī solitudi
ne erit: ⁊ dseret̄ ⁊ ihītabil̄ erit. Uitula ele-
gās atqꝫ formosa egipt9: stimulator ab aq̄
lone veīet ei. Mercēnarij q̄ʒ ei9 q̄ dsabant̄ ī
medio ei9 q̄si vituli saginati. versi sūt ⁊ fu-
ger̄t simul. nec stare potuer̄t: q2 dies īter-
fectōis eoꝝ veīt sup eos: tp̄s visitatōis eoꝝ
Uox ei9 q̄si eris sonabit: qm̄ cū exercitu ꝑ-
perabūt ⁊ cū securib9 veniēt ei. Quasi cedē
tes ligna succider̄t saltū ei9 ait dñs: q̄ sup-
putari nō p̄t. Mltiplicati sūt sup locustas
⁊ nō ē eis numer9. Cōfusa ē filia egipti. et
tradita ī manus ꝑpli aq̄lonis dicit dñs ex-
ercituuʒ deus isrl̄. Ecce ego visitabo super

Thezem.

tumultū alexādrie ⁊ sup pharaonē et sup egiptū ⁊ sup deos eiꝰ ⁊ sup reges eiꝰ. et sup oēs q̄ ꝓfidūt i eo: ⁊ dabo eos ī manꝰ q̄rētiū aīaz eoꝝ: ⁊ ī manꝰ nabuchodonosoꝛ regis babilōis ⁊ ī manꝰ ꝯuoꝝ eiꝰ. Et post hec bi-tabiť sicut diebꝫ pristinis ait dñs. Et tu ne timeas ꝯue meꝰ iacob: ne paueas israhel. Quia ecce ego saluū te faciā ꝺ lōginq̄: ⁊ se mē tuū de ēra captiuitatis tue· Et reuerte tur iacob ⁊ requescet ⁊ ꝓsperabiť: ⁊ nō erit q̄ exterreat eū. Et tu noli timere serue meꝰ iacob ait dñs qꝛ tecū ego sū: qꝛ ego ꝓsumā cūctas gētes ad q̄s eieci te. Te vero nō cō-sumā: sꝫ castigabo te in iudiciō: nec q̄si īno-centi parcam tibi. Ca. .XLVII.

Quod factū est ꝰbū dñi ad hieremiā ꝓphām ꝓ palestinos: anteqū ꝓcu-teret pharao gazaz. Hec dicit dñs Ecce aque ascēdent ab aq̄lone ⁊ erūt q̄si tor-rens īundās: ⁊ operiēt terrā ⁊ plenitudinē eiꝰ: urbē ⁊ hītatores eiꝰ. Clamabūt boies ⁊ ululabūt oēs hītatores ēre a strepitu pom pe armoꝝ ⁊ bellatoꝝ eiꝰ: a ꝓmotōne q̄drigaꝝ eiꝰ: ⁊ multitudīe rotaꝝ illiꝰ. Nō respe xerūt pres filios manibꝫ dissolutis. ꝓ ad-uētu diei in q̄ vastabunť oēs philistiim: et dissipabiť tyrꝰ sydon cū oībꝫ reliq̄s auxi-liis suis. Depopulatꝰ ē eī dñs palestinos: reliq̄as īsule capadocie. Venit caluiciū su-per gazam: ꝓticuit ascalon: ⁊ reliq̄e vallis eaꝝ. Usqueq̄ cōcides o mucro dñi: usqueq̄ nō q̄esces? Ingredere i vaginā tuā: ⁊ ꝛfri-gerare ⁊ sile. Quō q̄escet cū dñs ꝓcepit ei. aduersꝰ ascalonē ⁊ aduersū maritimas eiꝰ ꝛgiōes: ibiq̄ ꝓdixerit illi? Ca. XLVIII.

Ad moab. Hec dicit dñs exercituuz deꝰ israꝫ. Ue sup nabo: qm̄ vastata ē ⁊ ꝓfusa. Capta ē cariathiarim: ꝓfu sa ē fortis ⁊ tremuit. Nō est vlť exultatio ī moab: ꝓtra esebon cogitauerūt malū. Ue nite ⁊ disperdamꝰ eā de gēte. Ergo sile? cō-ticescet: seq̄turq̄ te gladiꝰ. Uox clamoris de oꝛonaim: vastitas ⁊ ꝓtritō magna. Con trita ē moab: ānūciate clamoꝛē puulꝫ eiꝰ. Per ascensū em̄ leuith plorās ascēdet ī fle tū: qm̄ ī descensu oꝛonaim hostes vlulatuz ꝓtritōis audierūt. Fugite: saluate aīas ve stras: ⁊ eritis q̄si mirice in deserto. Quoꝛ eī q̄ habuisti fiduciā in munitōnibꝫ tuis ⁊ in thesauris tuis: tu q̄q̄ capieris. Et ibit cha-mos ī trāsmigratōez: sacerdotes eiꝰ ⁊ ꝑnci-pes eiꝰ simul. Et veniet ꝑdo ad omnē urbē: ⁊ urbs nulla saluabiť. Et peribūt valles: ⁊ dissipabunť cāpestria: qm̄ dixit dñs. Date floꝛē moab: qꝛ floꝛēs egrediet: ⁊ ciuitates eiꝰ deserte erūt et inhītabiles. Maledictꝰ q̄ facit opus dñi fraudulenť: et maledictꝰ q̄ phibet gladiū suū a sanguine. Fertilis fuit moab ab adolescētia sua: ⁊ requeuit ī fecibꝫ suis. Nec trāsfusus ē de vase ī vas: ⁊ in trās migratōem nō abijt. Uocirco ꝑmānsit gustꝰ eiꝰ ī eo: ⁊ odoꝛ eiꝰ ñ ē imutatꝰ. Propterea ecce dies veninut dicit dñs: et mittam eis ordiatores ⁊ stratores lagūculaꝝ ⁊ sternēt eū: ⁊ vasa eiꝰ exhauriēt ⁊ lagūculas eoꝝ collidēt. Et ꝓfundeť moab a chamos: sicut ꝓfusa ē domus israꝫ a bethel ī q̄ hēbat fidu-ciā. Quō dicitis fortes sumꝰ: ⁊ viri robusti ad ꝑliandū? Uastata ē moab: ⁊ ciuitates il lius succenderūt. ⁊ electi iuuenes eiꝰ descē-derūt ī occisionē ait rex: dñs exercituū no mē eius. Proꝛpe ē interitꝰ moab vt veniat: ⁊ malū eiꝰ velociter accurret nimis. Cōso-lamini eū oēs qui estis ī circuitu eiꝰ. ⁊ vni uersi q̄ scitis nomē eiꝰ dicite. Quō ꝓfracta ē ꝰga fortis: baculus gloriosus? Descēde de gloria. ⁊ sede in siti hītatio filie dyꝫon: qm̄ vastatoꝛ moab ascēdet ad te. dissipabit mu nitōes tuas. In via sta: ⁊ ꝑspice habitatio aroer. Interroga fugientē: ⁊ euz q̄ euasit. Dic. Quid accidit? Cōfusus est moab: qm̄ victꝰ ē. Ululate et clamate. ānunciate ī ar-non. qm̄ vastata ē moab: ⁊ iudicium venit ad terrā cāpestrē sup elon ⁊ sup iessa ⁊ sup mesphat ⁊ sup dibō ⁊ sup nabo ⁊ sup domū deblathaim ⁊ sup cariathiariz et sup beth-gamul ⁊ sup bethmaō ⁊ sup carioth ⁊ sup bosra ⁊ sup oēs ciuitates ēre moab q̄ lon-ge ⁊ ꝑpe sūt. Abscisū est cornu moab: ⁊ bra chiū eiꝰ ꝓtritum est ait dñs. Inebriate euz quoniā ꝓtra dñm erectus ē. Et allidet ma-num moab in vomitu suo: ⁊ erit in derisuz etiā ipse. Fuit em̄ in derisū tibi israꝫ: q̄si in-ter fures reperisses euz. Proꝛpter verba q̄ tua q̄ aduersū illū locutus es captiuus du ceris. Relinq̄te ciuitates ⁊ hītate in petra hītatores moab: ⁊ estote q̄si colūba nidifi-cās in sūmo ore foramis. Audiuim? sup-biā moab. Superbꝰ ē valde. Sublimitatē eiꝰ ⁊ arrogātiā ⁊ supbiā ⁊ altitudinē cordis eiꝰ ego scio ait dñs. Jactātiā eiꝰ ⁊ arrogāti am ⁊ q̄ ñ sit iusta eā virtꝰ eiꝰ: nec iusta q̄

potẽrat conata sic facere . Ideo sup moab
eiulabo: et ad moab vniuersã clamabo et ad
viros muri fictil' lamẽtãtes. De plãctu ia-
zer plorabo tibi vinea sabama . Propagi-
nes tue ẽnsierũt mare : vsq; ad mare iazer
puenerũt. Sup messẽ tuã et vindemiã tuaz
põdo irruit . Ablata ẽ letícia et exultatõ de
carmelo et de tẽra moab: et vinũ de torcula
ribo sustuli. Nequaq; calcator vue solitũ ce
leuma cãtabit. De clamore esebon vsq; ele-
ale et iessa deterũt vocẽ suã: a segor vsq; ad
oronaim vitulã cõsternãtẽ aq; vero nẽrim
pessime eẽt. Et auferã de moab ait dñs of-
ferentẽ i excelsis: et sacrificãtẽ dijs ei⁹. Pro-
ptẽrea cor meũ ad moab: qsi tibia eris ẽso
nabit: et cor meũ ad viros muri fictil' dabit
soitũ tibiarũ. qz pl⁹ fecit q̃ potuit. idcirco
perierẽt. Omne ei caput caluicijs: et oĩs bar-
ba rasa erit. In cũctis manibo colligatõ: et
sup oẽ dorsũ cilicijs . Et sup oĩa tecta mo-
ab et i platẽis ei⁹ oĩs plãct⁹: qm̃ ptriui mo-
ab sicut vas iutile ait dñs. Quõ victa est et
vlulauerẽt: Quõ dereiecit ceruicẽ moab et pfu
sus ẽ: Eritq; moab i derisũ: et i exẽplũ oĩbo
i circuitu suo. Hec dicit dñs. Ecce q̃si aq̃la
volabit: et extẽdet alas suas ad moab . Ca-
pta ẽ carioth: et munitões pphense sũt. Et
erit cor fortiũ moab: i die illa sicut cor mu
lieris pturientis. Et cessabit moab esse po-
pul⁹: qm̃ pẽ dñm gl'at⁹ ẽ. Pauor et fouea et
laque⁹ sup te o hitator moab ait dñs. Qui
fugerit a facie pauoris cadet i foueã: et qui
pscẽderit de fouea capient laqõ . Adducaz
ei sup moab ãnũ visitatõis eor dicit dñs.
In vmbra esebon stetерẽt de laqõ fugiẽtes.
qz ignis egress⁹ ẽ ỏ esebon et flãma ỏ medio
seon: et deuorauit ptez moab et verticẽ fili-
or tumult⁹. Ue tibi moab. Peristi populе
chamos. qz pphensi sũt filij tui et filie tue i
captiuitatẽ. Et puertã captiuitatẽ moab i
nouissimis diebo ait dñs . Hucusq; iudicia
moab. Capitulum .XLIX.

De filios amon. Hec dicit dñs. Nũ-
quid filij nõ sũt isrl' an heres nõ ẽ
ei: Cur g̃ hereditatẽ possedit mel-
chon gad. et popul⁹ ei⁹ i vrbibo ei⁹ hitauit:
Ideo ecce dies veniẽt in te dicit dñs: et au-
ditũ faciã sup rabbath filior amon fremi
tũ plij. Et erit in tumultũ dissipata: filieq;
ei⁹ igni succẽdent: et possidebit isrl' possesso
res suos ait dñs. Ulula esebon: qm̃ vastata
ẽ ar. Clamate filie rabbath: accigite vos
cilicijs. Plãgite et circuite p sepes: qm̃ mel-
chon in trãsmigratiõem ducẽ: sacerdotes
ei⁹ et pncipes ei⁹ simul. Quid gl'iaris in val
libo: Defluxit vallis tua filia delicata: q̃ cõ
fidebas in thesauris tuis. et dicebas. Quis
veniet ad me: Ecce ego inducã sup te terro
rẽ ait dñs de⁹ exercituũ ab oĩbo q̃ sũt i cir-
cuitu tuo: et dispgemi singl'i a ꝑspectu vro:
nec erit q̃ pgreget fugiẽtes. Et post hec re
uerti faciã fugiẽtes et captiuos filior am-
mon ait dñs. Ad ydumeaz. Hec dicit dñs
exercituũ. Nunq̃d nõ vlt ẽ sapiẽtia in the-
man: Perijt pfiliũ a filijs. Inutil' facta est
sapia eor. Fugite et terga vtite: ỏscẽdite in
voraginẽ hitatores dedan: qm̃ ptoitõz esau
adduxi sup eũ: tps visitatõis ei⁹ . Si vin-
miatores ei⁹ venissent sup te et nõ rliq̃ssent
racemũ: si fures i nocte : rapuissẽt q̃ suffi-
ceret sibi. Ego vero discoopui esau: rvela-
ui abscõdita ei⁹ et celari nõ poterit. Uasta
tũ ẽ semẽ ei⁹. et frẽs ei⁹. et vicini ei⁹: et ñ erit
Relinq̃ pupillos tuos. et ego faciam illos
viuere: et vidue tue i me sperabũt: qz hec di
cit dñs . Ecce quibo nõ erat iudiciũ vt bibe
rẽt calicẽ bibẽtes bibẽt: et tu q̃si inocẽs re-
linq̃ris : Non eris inocẽs : sz bibens bibes.
Quia p memetipm iuraui dicit dñs : q̃ in
solitudinẽ et in obprobriũ et in detẽtũ et i ma
ledictõez erit bosra: et oẽs ciuitates ei⁹ erẽt
in solitudines sẽpiternas. Auditũ audiui a
dño: et legat⁹ ad gẽtes missus sũ. Cõgrega-
mi et venite ꝑ eã: et psurgam⁹ i pliũ. Ecce
em̃ paruulũ dedi te i gẽtibo : ptẽptibilẽ int
hoies. Arrogantia tua decepit te et supbia
cordis tui q̃ hitas i cauernis petre: et app̃-
hẽdere niteris altitudinẽ collis. Cũ exalta
ueris q̃si aq̃la nidũ tuũ: inde dẽthã te dicit
dñs. Et erit ydumea deserta· Oĩs q̃ trnsibit
per eã stupebit : et sibilabit sup oẽs plagas
ei⁹: sicut subuersa ẽ sodoma et gomorra et
vicine eius ait dñs· Nõ hitabit ibi vir: et ñ
icolet eã fili⁹ hois. Ecce q̃si leo ascendet de
supbia iordanis ad pulcritudinẽ robustã:
qz subito currere faciã eũ ad illaz. Et quis
erit elect⁹ quẽ ꝑponã ei: Quis ẽ simil' mei.
Et quis sustinebit me: Et q̃s ẽ iste pastor q̃
resistat vultui meo: Propterea audite cõ-
silium dñi quod inijt de edom: et cogitatõ-
nes ei⁹ quas cogitauit de habitatoribo the-
man. Si non deiecerint eos paruli gregis:

nisi dissipauerīt cū eis bītaculū eoꝝ. A vo
ce ruine eoꝝ ꝯmota ē tærra: clamor ī mari
rubro audit⁹ ē vocis ei⁹. Ecce q̃si aq̃la ascē
det: ⁊ euolabit ⁊ expãdet alas suas supꝰ bos
rã. Et erit cor fortiū ÿdumee in die illa. q̃si
cor mlīeris pturiētis. Ad damascū cōfu
sa ē emath ⁊ arfath: qr auditū pessimū au
dierūt. Turbati sūt in mari p̄ solicitudīe. q̃
escē ñ potuit. Dissoluta ē damasc⁹: vsa ē ī
fugā: tremor appḧēdit eā. Angustia ⁊ do
lores tenuerūt eā: q̃si pturiētē. Quō derīq̃
rūt ciuitatē laudabilē: vrbē leticie: Ido ca
dēt iuuenes ei⁹ ī platæis ei⁹: et oēs viri p̄lij
ꝯtescēt ī die illa ait dñs exercituū. Et suc
cēdā ignē ī muro damasci: ⁊ deuorabit me
nia benadab. Ad cedar ⁊ ad rḡna asor: q̃ p
cussit nabuchodonosor rex babilonis, hec
dicit dñs. Surgite ⁊ ascēdite ad cedar: ⁊ va
state filios orientis Tabnacla eoꝝ ⁊ greges
eoꝝ capiēt: pelles eoꝝ ⁊ oīa vasa eoꝝ ⁊ ca
melos eoꝝ tollēt sibi: ⁊ vocabūt super eos
formidinē ī circuitu ei⁹. Fugite: abite ve
hemēt: ī voragīb sedete q̃ hītatis asor ait
dñs. Iniit em̄ cōsilī vos nabuchodonosor rex
babilōis ꝯsiliū: ⁊ cogitauit aduersū vos co
gitatōes. Cōsurgite ⁊ ascēdite ad gentē q̃e
tā. ⁊ hītantē cōfidenter ait dñs. Nō ostia nec
vectes eis soli hītant. Et ert camelī eoꝝ in
direptōez: ⁊ mltitudo iumētoꝝ in p̄dā. ⁊ di
spergā eos ī oēm vētū q̃ sūt attōsi ī comā:
⁊ ex oī ꝯfinio eoꝝ adducā ītritū supꝰ eos
ait dñs. Et erit asor in bītaculū draconū:
desta vsqꝫ ietternū. Nō maēbit ibi vir: nec
īcolet eā fili⁹ hois. Qd̄ factū ē ōbū dñi ad
hieremiā ꝓphaz aduersū elam ī p̄ncipio re
gni sedechie rḡis iuda dicēs. Hec dicit dñs
exercituū. Ecce ego ꝯfrīgā arcū elam ⁊ su
mā fortitudinē eoꝝ: ⁊ īducā supꝰ elā q̃tuor
vēt⁹ a q̃tuor plagis celi. ⁊ ventilabo eos in
oēs vētos istos: ⁊ ñ erit gēs ad quā ñ pue
niāt pfugi elā. Et pauere faciā elā coram
inimicis suis: ⁊ ī ꝯspectu q̃rētiū aīaz eoꝝ.
Et adducā supꝰ eos malū: iraz furoris mei
dicit dñs. Et mittaz post eos gladiū donec
ꝯsumā eos: ⁊ ponā soliū meū ī elā: et pdā
īde rges et p̄ncipes ait dñs. In nouissimis
aūt diebꝫ ruerti faciā captiuos elā ait dñs.

Erbū qd̄ locutus Ca. .L.
ē dñs de babilone ⁊ de tærra chalde
oꝝ: ī manu hieremie ꝓphe. Annū
ciate in gentib⁹. et auditum facite. Leuate
signū: p̄dicate: ⁊ nolite celare. Dicite. Ca
pta ē babilō. ꝯfus⁹ e bel: victus⁹ est marodach
Cōfusa sūt oīa sculptilia eoꝝ: superata sūt
ÿdola eoꝝ. Qm̄ ascēdit ꝯtra eā gēs ab aq̃
lone: q̃ ponet tærrā ei⁹ ī solitudinē: ⁊ ñ erit
q̃ hītet ī ea ab hoīe vsqꝫ ad pecus. Et moti
sūt: ⁊ abierūt. In diebꝫ illis et ī tpe illo ait
dñs. venient filij isrl ipi. ⁊ filij iuda simul.
Ambulātes ⁊ flētes ꝓperabūt: ⁊ dñm deum
suū q̃rent. In syon īterrogabūt viam: huc
facies eoꝝ veniēt: ⁊ apponent ad dñm fede
re sēpiterno. qd̄ nulla obliuione delebitur.
Grex p̄dit⁹ fact⁹ ē p̄lus me⁹: pastores eoꝝ
seduxerūt eos: fecerūtqꝫ vagari ī mōtib⁹. De
mōte ī collē trāsierūt: oblīti sūt cubīl suī.
Oēs q̃ inuenerūt ꝯmederunt eos: ⁊ hostes
eoꝝ dixerūt. Nō peccauim⁹: eo q̃ pecca
uerūt dño decori iusticie: ⁊ expectationez
patrū eoꝝ dño. Recedite de medio babilo
nis: de tærra chaldeoꝝ egredimini: ⁊ estote
q̃si hedi antē greges. Quoniā ecce ego su
scitabo ⁊ adducā ī babilonē ꝯgregatōez gē
tiū magnaꝝ de tærra aquilonis. et p̄para
bunt aduersus eā: et inde capient. Sagitta
ei⁹ q̃si viri fortis īterfectoris: nō reuertet
vacua. Et erit chaldea ī p̄dā: oēs vastātes
eā replebunt ait dñs. Quoniā exultatis ⁊
magna loquimī diripientes hereditatē me
am: qm̄ effusi estis sicut vituli supꝰ herbā:
⁊ mugistis sicut thauri. Cōfusa ē mat⁹ vra
nimis: ⁊ adeq̃ta pulueri q̃ genuit vos. Ecce
nouissima erit ī gētib⁹: deserta ī via ⁊ arens
ab ira dñi. Nō īhītabit: sz rōdigēt tota i soli
tudinē. Oīs q̃ trānsibit p babilonē stupebit:
⁊ sibilabit supꝰ vniuersā plagis ei⁹. Prepara
mī ꝯt babilonē p circuitū. Oēs q̃ intēditis
arcū debellate eā: nō pceatis iacul: qr dño
peccauit. Clamate aduersū eā. Ubiq; dedit
manū. Ceciderūt fūdamēta ei⁹: destructi sūt
muri ei⁹: qm̄ vlcio dñi ē. Ulcōez accipite d
ea. Sicut fecit. Facite ei. Dispgite sagittez
de babilone: ⁊ tenētē falcē ī tpe messis a fa
cie gladij colūbe. Unusq̃sq; ad p̄lm suū cō
uertet: ⁊ singuli ad tærrā suā fugiēt. Grex
dispsus isrl: leones eiecerūt eū. Primus co
medit eū ex assur: iste nouissim⁹ exossauit
eū nabuchodonosor rex babilōis. Propt̄
ea hec dicit dñs exercituuz. deus isrl. Ecce
ego visitabo regē babilōis ⁊ tærrā ei⁹ sicut
visitaui regē assur: ⁊ reducam isrl ad habi
taculū suum. Et pascet carmelus ⁊ basan:

et ĩ mõte ephraim et galaad ſaturabit aĩa
eiꝰ. In diebꝫ illꝭ ⁊ in tp̄e illo ait dñs queret
iniq̃tas iſrꝉ ⁊ ñ erit: ⁊ pc̄tm iuda ⁊ nõ ĩue-
niet: qm̄ ꝓpiciꝰero eis q̊s r̄liq̃ro. Sup t̄rã
dñantiũ aſcende: ⁊ ſup hĩtatores eiꝰ viſita.
Diſſipa ⁊ interfice q̃ poſt eos ſũt ait dñs: ⁊
fac iuxta oĩa q̃ p̄cepi tibi. Vox belli ĩ t̄ra:
⁊ ꝯtritõ magna. Quõ ꝯfractꝰ ẽ. ⁊ cõtritus
malleꝰ vniuerſe terre: Quõ verſa ẽ ĩ deſtũ
babilõ ĩ gẽtibꝫ: Illaq̃aui te ⁊ capta es ba-
bilõ ⁊ neſciebas: ĩuenta es ⁊ app̄henſa: qm̄
dñm ꝓuocaſti. Aꝑuit dñs theſaurũ ſuũ et
ꝓtulit vaſa ire ſue: qm̄ opꝰ ẽ dño deo exer-
cituũ ĩ terra chaldeoꝝ. Venite ad eã ab ex-
tremis t̄re finibꝫ: aꝑite vt exeãt q̃ ꝯculcẽt
eã. Tollite de via lapides. ⁊ redigite ĩ acer-
uos: ⁊ interficite eã: nec ſit q̃cq̃ r̄liquũ. Diſ-
ſipate vniuerſos fortes eiꝰ: deſcẽdãt ĩ occi
ſionẽ. Ve eis q2 venit dies eoꝝ: tp̄s viſitatõ
nis eoꝝ. Vox fugientiũ ⁊ eoꝝ q̃ euaſert̄ de
t̄ra babilõis: vt ãnunciẽt ĩ ſyon vltõez dñi
dei nr̄i: vltõez tẽpli eiꝰ. Anũciate ĩ babilo-
nẽ plurimis: oĩbꝫ q̃ tẽdũt arcũ. Conſiſtite
aduerſꝰ eã ꝑ girũ: et nullꝰ euadat. Reddite
ei ſcđm opꝰ ſuũ: iuxta oĩa q̃ fecit facite illi.
q2 ꝯt̄ dñm erecta ẽ: aduerſũ ſãctũ iſrꝉ. Id-
circo cadẽt iuuenes eiꝰ in plateis eiꝰ: ⁊ oẽs
viri bellatores eiꝰ ꝯticeſcẽt ĩ die illa ait dñs
Ecce ego ad te ſuꝑbe dicit dñs deꝰ exerci-
tuũ: q2 veniet dies tuꝰ: tp̄s viſitatõis tue.
Et cadet ſuꝑbꝰ ⁊ corruet: ⁊ ñ erit q̃ ſuſcitet
eũ. Et ſuccẽdã ignẽ ĩ vrbibꝫ eiꝰ: et deuora-
bit oĩa ĩ circuitu eiꝰ. Hec dicit dñs exerci-
tuũ. Calũniã ſuſtinẽt filij iſrꝉ ⁊ filij iuda ſi
mul. Oẽs q̃ cepert̄ eos tenẽt: nolũt dimittẽ
eos. Redẽptor eoꝝ fortis: dñs exercituũ no
mẽ eiꝰ. Iudiciõ defẽdet cauſã eoꝝ: vt exter-
reat terrã ⁊ ꝯmoueat hĩtatores babilonis
Gladiꝰ ad chaldeos ait dñs: ⁊ ad hĩtatores
babilonis ⁊ ad p̄ncipes ⁊ ad ſapientes eiꝰ.
Gladiꝰ ad diuinos eiꝰ: q̃ ſtulti erũt. Gladiꝰ
ad fortes illiꝰ: q̃ timebũt. Gladiꝰ ad equos
eiꝰ. ⁊ ad currus eiꝰ. et ad om̄e vulgꝰ eiꝰ qđ
ẽ ĩ medio eius: ⁊ erũt q̃ſi mulieres. Gladiꝰ
ad theſauros eiꝰ: q̃ diripient̄. Siccitas ſu
per aq̃s eius erit ⁊ areſcẽt: q2 terra ſculpti
liũ ẽ: ⁊ in portentis: gloriant̄. Propterea
hĩtabũt dracones cũ fatuis ſicarijs: ⁊ hĩta
bũt ĩ ea ſtrutõnes. Et nõ inhĩtabit̄ vlt̄ vſq̄
in ſempiternũ: nec extruet̄ vſq̄ ad genera
tõem ⁊ generatõnem. Sicut ſubuertit dñs

ſodomã ⁊ gomorrã ⁊ vicinos eius. ait dñs
Nõ hĩtabit ibi vir: ⁊ nõ ĩcolet eã filiꝰ hoĩs.
Ecce ꝑplꝰus veniet ab aq̃lone ⁊ gẽs magna:
et reges multi cõſurgẽt a finibꝫ terre. Ar-
cũ ⁊ ſcutũ aꝑprehendẽt: crudeles ſũt et ĩmi-
ſericordes. Vox eoꝝ q̃ſi mare ſonabit: ⁊ ſu
per equos aſcẽdent ſicut vir paratꝰ ad p̄liũ
cõtra te filia babilonis. Audiuit rex babi-
lonis famã eoꝝ: et diſſolute ſũt manꝰ eiꝰ.
Anguſtia aꝑprehẽdit eũ: dolor q̃ſi ꝑturien-
tez. Ecce q̃ſi leo aſcẽdet de ſuꝑbia iordanis
ad pulcritudinẽ robuſtã: q2 ſubito currere
faciã eũ ad illã. Et q̊s erit electꝰ quez p̄po-
nã ei: Quis em̄ ſimilis mei: ⁊ q̊s ſuſtinebit
me: Et q̊s eſt iſte paſtor: qui r̄ſiſtat vultui
meo: Propterea audite ꝯſiliũ dñi qđ mẽte
ꝯcepit aduerſũ babilonẽ: et cogitatões eiꝰ
q̃s cogitauit ſuꝑ terrã chaldeoꝝ. Niſi det̄-
xerit eos ꝑuuli gregũ: niſi diſſipatũ fuerit
cũ ip̄is hĩtaculũ eoꝝ. A voce captiuitatis
babilonis ꝯmota ẽ terra: ⁊ clamor ĩter gẽ
tes auditus eſt. Ca. .LI.

Hec dicit dñs. Ecce ego ſuſcitabo ſu
per babilonẽ. ⁊ ſuꝑ hĩtatores eiꝰ q̃
cor ſuũ leuauerũt ꝯt̄ me q̃ſi ventũ
peſtilentẽ: ⁊ mittã ĩ babilonẽ vẽtilatores ⁊
ventilabũt eã. Et demolient̄ terrã eiꝰ: qm̄
venerũt ſuꝑ eã vndiq̄ ĩ die afflictõis eius.
Nõ hĩtabit q̃ tendat arcũ ſuũ: ⁊ nõ aſcẽdet
loricatꝰ. Nolite parcere iuuenibꝫ eiꝰ: int̄fi
cite omnẽ miliciã eiꝰ. Et cadẽt ĩterfecti in
terra chaldeoꝝ: vulnerati ĩ regiõibꝫ eius.
Qm̄ nõ fuit viduatꝰ iſrꝉ et iuda a dño deo
ſuo: dño exercituũ. Terra aũt eoꝝ repleta
ẽ delicto a ſãcto iſrꝉ. Fugite de medio babi-
lonis: vt ſaluet vnuſq̃ſq̄ aĩam ſuã. Nolite
tacere ſuꝑ iniq̃tatez eiꝰ: qm̄ tẽpꝰ vltõis eiꝰ
ẽ dño: viciſſitudinez ip̄e retribuet ei. Calix
aureus babilõ in manu dñi: ĩebriãs omnẽ
terrã. De vino eiꝰ biberũt gẽtes: ⁊ cõmote
ſũt. Subito cecidit babilõ: ⁊ ꝯtrita ẽ. Ulu-
late ſuper eam: tollite reſinã ad dolorẽ eiꝰ
ſi forte ſanet̄. Curauimus babilonẽ: et nõ
eſt ſanata. Derelinq̃mus eaz: ⁊ eamꝰ vnuſ-
quiſq̄ in terrã ſuam. Qm̄ peruenit vſq̄ ad
celos iudicium eius: ⁊ eleuatum eſt vſq̄ ad
nubes. Protulit dñs iuſticias noſtras: ve-
nite ⁊ narremus in ſyon opus dñi dei nr̄i.
Acuite ſagittas: ⁊ ĩplete pharetras. Su-
ſcitauit dñs ſpiritũ regũ medorum: ⁊ ꝯtra
babilonem mens eius eſt: vt ꝑdat eã. Qm̄

vlcio dñi ē: vlcio tēpli sui. Sup muros babilōis leuate signū: auget custodiā. Leuate custodes: pparate insidias: q cogitauit dñs 7 fecit q̄cūq; locut⁹ ē ꝑ hītatores babilōis. Que hītas sup aq̄s mlt̄as locuples in thesauris: venit finis tu⁹: pedal' pcisionis tue. Jurauit dñs exercituū p aiaz suā: qm̄ replebo te hoīb⁹ q̄si brucho: 7 sup te celeuma cātabit. Qui fecit terram ī fortitudine sua: pparauit orbē ī sapia sua: et prudētia sua extēdit celos. Dāte eo voces: multiplicabāt aque ī celo. Qui leuat nubes ab extremo terre: fulgura ī pluuiā fecit: 7 pduxit vētos ō thesauris suis. Stult⁹ fact⁹ est oīs hō a scīa: confusus ē oīs ꝑflator ī sculptili. Quia mendax ē ꝑflatō ei⁹: nec ē spūs in eis. Vana sūt opa 7 risu digna: ī tpe visitationis sue pibūt. Nō sicut hec ps iacob. Quia q̄ fecit oīa ipe ē: et isrl sceptrū hereditatis ei⁹: dñs exercituū nomē ei⁹. Collidis tu mihi vasa belli: 7 ego collidā ī te gentes: 7 disperdā ī te regna. Collidā ī te equū 7 equitē ei⁹: 7 collidā ī te currū 7 ascēsorē ei⁹. et collidā ī te virū 7 mulierē. Et collidā ī te senē 7 puer: et collidā ī te iuuenē 7 vginē. Et collidā ī te pastorē 7 gregē ei⁹: et collidā ī te agricolā et iugales ei⁹. Et collidā ī te duces 7 magistrat⁹: 7 reddā babiloni et cunctis hītatorib⁹ chaldee oē malū suū. q̄ decer̄t ī syon ī oculis vr̄is, ait dñs. Ecce ego ad te mōs pestifer ait dñs: q̄ corrūpis vniuersā terrā. Et extēdaz manū meā sup te 7 euoluā te de petris: 7 dabo te ī mōtem combustiōis. Et nō tollā de te lapidē ī angulū 7 lapidē ī fūdamēta: sz perpet⁹ in eternū eris ait dñs. Leuate signū ī terra: clāgite bucina ī mōtib⁹. Sanctificate sup eā gētes: ānūciate ꝑ illā rgib⁹ araratb mēni 7 ascenē: numerate ꝑ eā taphar. Adducite equū q̄si brucū aculeatū. Sanctificate ꝑ eā gētes reges medie. duces ei⁹. et vniuersos magistrat⁹ ei⁹: cūctāq; terrā pfatis ei⁹. Et cōmouebit terra 7 conturbabit: q̄ euigilauit cōt babilonē cogitatō dñi: vt ponat terrā babilōis desertā et inhītabilē. Cessauer̄t fortes babilōis a plio: hītauer̄t ī pstibijs. Deuorata sū ē robur eor̄: 7 facti sūt q̄si mlieres. Incēsa sūt tabnacla ei⁹: contriti sūt vectes ei⁹. Currēs obuiā currēti veniet 7 nūcius obui⁹ nūciāti: vt ānūciet rgi babilonis q̄ capta ē ciuitas ei⁹ a sūmo vsq; ad sūmum: et vada occupata sūt. Et paludes incēse sūt igni: 7 viri bellatores conturbati sunt: q̄ hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl. Filia babilōis q̄si area: tps triture ei⁹. Adhuc modicū: 7 veniet tēpus messionis eius. Cōmedit me: deuorauit me nabuchodonosor rex babilonis. Reddidit me q̄si vas inane. Absorbuit me q̄si draco: repleuit vētrē suū temeritudine mea: 7 eiecit me. Iniq̄tas aduersū me 7 caro mea sup babilonē dicit hītatō syon: 7 sāguis me⁹ sup habitatores chaldee dicit hierl'm. Propterea hec dicit dūs. Ecce ego iudicabo causā tuā: 7 vlciscar vltōnē tuā. Et desertū faciā mare ei⁹: et siccabo venaz ei⁹. Et erit babilō ī tumulos: hītatō draconū stupor 7 sibil⁹: eo q̄ nō sit hītator. Simul 7 leones rugiēt: excuciēt comas veluti catuli leonū. In calore eor̄ ponā potus eor̄: 7 inebriabo eos vt sopiant̄ 7 dormiāt sōnū sēpiternū: 7 n̄ ꝑsurgāt dicit dñs. Deducā eos q̄si agnos ad victimā: et q̄si arietes cū hedis. Quō capta ē sesach. 7 cōpr̄hēsa ē inclita vniuerse terre! Quō facta ē i stupore babilon īter gētes! Et ascēdit sup babilonē mare: mltitudie fluctuū ei⁹ opta ē. Facte sūt ciuitates ei⁹ in stupore: terra inhītabilis et deserta: terra in q̄ nullus hīet nec transiet p eā fili⁹ hoīs. Et visitabo sup bel ī babilone: 7 eiciā q̄d absorbuerat ō ore ei⁹: 7 nō ꝑfluēt ad eā vlt̄ gētes. Siquidē et mur⁹ babilōis corruet. Egredimī de medio ei⁹ pplus me⁹: vt saluet vnusq̄sq; aiam suā ab ira furoris dñi Et ne forte mollescat cor vr̄m: 7 timeatis auditū q̄ audiet̄ in terra. Et veniet ī āno auditō. 7 post hūc ānū auditō 7 iniq̄tas ī terra: 7 dñator sup dñatorē. Propterea ecce dies veniūt. et visitabo sup sculptilia babilonis: 7 oīs terra ei⁹ cōfūdet̄: 7 vniuersi īterfecti ei⁹ cadēt ī medio ei⁹. Et laudabūt sup babilonē celi 7 terre 7 oīa q̄ ī eis sūt: q̄ ab aq̄lone venient ei predones ait dñs. Et quō fecit babilō vt cadat rēt occisi ī isrl: sic de babilōe cadēt occisi ī vniuersa terra. Qui fugitis gladiū venite: nolite stare. Recordami pcul dñi: 7 hierusalē ascēdat sup cor vr̄m. Cōfusi sum⁹: q̄m audiuim⁹ obprobriū. Opuit ignominia facies nr̄as: q̄m venerūt alieni sup sanctificacioēz dom⁹ dñi. Propterea ecce dies veniūt ait dñs. 7 visitabo sup sculptilia ei⁹: 7 ī oi terra eius mugiet vulnerat⁹. Si ascēderit

babilõ i celũ et firmauerit ĩ excelso robur
suũ: a me veniẽt vastatores ei⁹ ait dñs Clor
clamoris ȯ babilone. ⁊ ꝓtritõ magna ȯ ter
ra chaldeoꝝ: qm̃ vastauit dñs babilonẽ et
pdidit ex ea vocẽ magnã: ⁊ sonabũt fluct⁹
eoꝝ q̃si aq̃ multæ. Dedit sonitũ vox eoꝝ: qz
venit sup eã id est sup babilonẽ p̃dõ. Et ap
p̃hensi sũt fortes ei⁹: ⁊ emarcuit arc⁹ eoꝝ:
qz fortis vltor dñs reddẽs retribuet. Et ie
briabo principes ei⁹ et sapiẽtes ei⁹: duces
ei⁹ ⁊ magistratus ei⁹ ⁊ fortes ei⁹. Et dormi
ent sõnũ sẽpiternuz: ⁊ nõ expergiscent̃ ait
rex: dñs exercituũ nomẽ ei⁹. Hec dicit dñs
exercituũ. Murus babilõis ille altissimus
suffossiõe suffodiet̃: ⁊ portæ ei⁹ excelse igne
ꝑburent̃: et labores ꝓp̃loꝝ ad nihilũ ⁊ gen
tiũ. i ignẽ erũt ⁊ disperibũt. Clerbũ qȯ pre
cepit hieremias ꝓpha saraÿe filio nerie filij
maasie. cũ pgeret cũ sedechia r̃ge ĩ babilo
nẽ: i ãno q̃rto regni ei⁹. Saraÿas aũt erat
princeps ꝓphecie. Et scripsit hieremias oẽ
malũ qȯ ventuꝝ erat sup babilonẽ in libro
uno: oĩa ȯba hec q̃ scripta sũt ꝑ babilonẽ
Et dixit hieremias ad saraÿam. Cũ vene
ris ĩ babilonẽ ⁊ videris ⁊ legeris oĩa verba
hec dices. Dñe tu locut⁹es ꝑ locuz istũ vt
disperderes eũ: ne sit q̃ ĩ eo hĩet ab homĩe
vsq ad pec⁹: ⁊ sit ꝓpetua solitudo. Cũq cõ
pleueris legere librũ istũ: ligabȯ ad eũ lapi
dẽ ⁊ pices illũ in mediũ eufraten: ⁊ dices.
Sic submergeꝫ babilõ: et nõ ꝓsurget a fa
cie afflictõis quã ego adduco sup eã: ⁊ dis
soluet̃. Ducusq ȯba hieremie. Ca. .LII.

Filius vnigeniti ⁊ vni⁹ anni erat se
dechias cũ regnare cepisset: et vn
decĩ ãnis regnauit in hierusalem.
Et nomẽ matris eius amithal: filia hiere
mie ȯ lobna. Et fecit malũ ĩ oculis dñi iu
xta oĩa q̃ fecerat ioachim: qm̃ furor domi
ni erat in hier'lm ⁊ in iuda vsqueq̃ piceret
eos a facie sua. Et recessit sedechias a rege
babilonis. Factũ ẽ aũt in ãno nono regni
ei⁹ in mense decimo: decima die mens venit
nabuchodonosor rex babilõis ipe ⁊ oĩs ex
ercit⁹ eius aduersus hir'lm ⁊ obsederũt eã:
⁊ edificaueꝫ ꝓtra eã munitões ĩ circuitu:
⁊ fuit ciuitas obsessa vsq ad vndecimũ an
nũ regni sedechie. Mẽse aũt q̃rto nona die
mensis obtinuit fames ciuitatẽ: et nõ erãt
alimẽta ꝓp̃li terre. Et dirupta ẽ ciuitas. et
omnes viri bellatores ei⁹ fugerũt: exierũtq

ȯ ciuitate nocte ꝑ viã portæ q̃ ẽ inter duos
muros ⁊ ducit ad ortũ regis. chaldeis obsi
dentibȯ vrbẽ in giro: et abierũt ꝑ viã q̃ du
cit ĩ heremũ. Persecut⁹ẽ aũt chaldeoꝝ ex
ercit⁹ regẽ: et apphenderũt sedechiã in de
serto qȯ ẽ iuxta hiericho: ⁊ oĩs comitatus
ei⁹ diffugit ab eo. Cũq ꝓhẽdissent regez
adduxerũt euz ad regẽ babilõis ĩ reblatha
q̃ ẽ in terra emath: ⁊ locutus ẽ ad eũ iudi
cia. Et iugulauit rex babilonis filios sede
chie ĩ ocul' ei⁹: sed et oẽs ꝓncipes iuda oc
cidit ĩ reblatha. Et oculos sedechie eruit: ⁊
vinxit eũ ꝓpedibȯ. Et adduxit eũ rex babi
lonis in babilonẽ: ⁊ posuit eũ in domo car
ceris vsq ad diẽ mortis ei⁹. In mẽse autez
q̃nto. decima mensis. ipe est ãnus decimus
non⁹ nabuchodonosor regis babilonis: ve
nit nabuzardan princeps milicie q̃ stabat
corã rege babilonis in hier'lm: ⁊ icẽdit do
mũ dñi ⁊ domũ regis ⁊ omnes dom⁹ hir'lm
et omnẽ domũ magnã igne ꝓbussit: et totũ
murũ hir'lm ꝑ circuitũ ȯstruxit cũct⁹ ex
ercitus chlateoꝝ qui erat cũ magistro mi
licie. De paupibȯ autẽ populi ⁊ de reliquo
vulgo qȯ mãserat in ciuitate ⁊ de ꝑfugis q̃
trãsfugerãt ad regem babilonis et ceteros
de multitudine. transtulit nabuzardan prĩ
ceps milicie: de pauperibȯ vero terre reli
q̃t nabuzardan princeps milicie vinitores
⁊ agricolas. Colũnas q̃z ereas q̃ erãt in do
mo dñi ⁊ bases et mare eneũ qȯ erat in do
mo dñi ꝓfregerũt chaldei: et tulerũt omne
es eoꝝ in babilonẽ. Et lebetes ⁊ cratheras
⁊ psalteria ⁊ fiolas ⁊ mortariola ⁊ oĩa va
sa erea q̃ in mĩsterio fuerãt tuleꝫt: et ꝟbri
as ⁊ thimamata ⁊ vrceos ⁊ pelues ⁊ candę
labra et mortaria ⁊ cy̆atos. Quotquot au
rea aurea: et quotquot argẽtea argentea.
Tulit magister milicie colũnas duas ⁊ ma
re vnum. et vitulos duodecim ereos q̃ erãt
sub basibȯ: quas fecerat rex salomon ĩ do
mo dñi. Non erat põdus eris oĩm vasoruz
hoꝝ. De colũnis aũt: decem et octo cubiti
altitudinis erant in columna vna. ⁊ funi
culus duodecĩ cubitoꝝ circuibat eã. Por
ro grossitudo eius quatuor digitorũ: et in
trinsecus caua erat: et capitella sup vtrãqz
erea. Altitudo capitelli vnius quinqz cubi
toꝝ: et reciacula et malagranata supra co
ronã in circuitũ: oĩa enea. Et fuerũt ma
lagranata nonagintaseꝝ dependẽtia: ⁊ oĩa

malagranata centū reciaculis circūdabā-
tur. Et tulit magister milicie saraÿam sa-
cerdotē pmū :ꝛ sophoniā sacerdotē secūdū
ꝛ tres custodes vestibuli. Et de ciuitate tu-
lit eunuchū vnū q̄ erat p̄positus sup̄ viros
bellatores: et septē viros de hijs q̄ videbant
faciē regis q̄ inuenti sūt in ciuitate: ꝛ scri-
bā principē militum q̄ pbabat tÿrones. et
sexaginta viros de pl̄o terre q̄ inuēti sunt
in medio ciuitatis. Tulit aī eos nabuzar-
dan magister milicie :ꝛ duxit eos ad regez
babilonis ī reblatha. Et pcussit eos rex ba
bilonis: et interfecit eos in reblatha ī ter-
ra emath. Et trāslatus ē iuda ō terra sua.
Iste ē pl̄us quez transtulit nabuchodono
sor in āno septimo: iudeos tria milia. ꝛ vi-
gintitres. In āno octauodecimo nabucho
donosor trāstulit de hierl'm aīas octingen-
tastrigintaduas . In anno vicesimotercio
nabuchodonosor trāstulit nabuzardan ma
gister milicie aīas iudeop̄ septingētasqua-
dragintaquinq̄. Omnes ḡ aīe: q̄tuormilia
sexcētē. Et factū ē in tricesimoseptimo an-
no trāsmigratōis ioachin regis iuda duo-
decimo mēse vicesimaq̄nta mēsis eleuauit
euilmerodach rex babilonis ip̄o anno re-
gni sui caput ioachin regis iude. et eduxit
eū de domo carceris: ꝛ locutus ē cū eo bo-
na. Et posuit thronū eius sup̄ thronos re-
gū q̄ erant post se in babilonez: ꝛ mutauit
vestimēta carceris ei⁹: ꝛ pmedebat panem
coram eo semper cunctis diebꝫ vite sue. Et
cibaria ei⁹ cibaria ppetua dabant̄ ei a re-
ge babilōis statuta p̄ singl'os dies : vsq̄ ad
diē mortis sue cūctis diebꝫ vite ei⁹.

Explicit hieremias pph̄a . Incipiūt lamen
tatōes ei⁹ q̄ cÿnoth hebraice inscribuntur.

ET factū est postq̄ in capti
uitatē redactus ē isrl' ꝛ hie
rusalē ōstructa ē: sedit hie
remias pheta flens ꝛ plā
xit lamentatōe hac ī hieru
salē :ꝛ amaro animo suspi
rās ꝛ eiulās dixit Aleph. Q̄uo sedet sola
ciuitas plena pl̄o. Facta est q̄si fidua dña
gentiū: princeps prouinciar̄ facta est sub
tributo Beth. Plorās plorauit ī noctē:
et lacrime ei⁹ in maxillis eius. Non est qui
cōsolet̄ eā: ex oīb⁹ caris ei⁹. Omnes amici
eius spreuerūt eam: ꝛ facti sunt ei inimici.

Gimel. Migrauit iudas p̄ter afflictōez
ꝛ multitudinē seruitutis. Habitauit inter
gentes: nec inuenit requiē. Omnes pscu-
tores ei⁹ apprehēderūt eā inter angustias.
Deleth. Elie sÿon lugēt: eo q̄ nō sint qui
veniāt ad solēnitatē . Omnes portē eius ō-
structe: sacerdotes ei⁹ gementes. Virgines
eius squalide: et ipa oppressa amaritudine.
He. Facti sūt hostes eius ī capite: ꝛ ini
mici ei⁹ locupletati sūt: q̄ dñs locut⁹ ē su-
per eā p̄ter mltitudinē iniq̄tatū ei⁹. Par
uuli ei⁹ ducti sūt ī captiuitatē: ante facie
tribulātis Vau. Et egressus ē a filia sÿō
oīs decor ei⁹. Facti sūt principes ei⁹ velut
arietes nō īueniētes pascua: ꝛ abierūt absq̄
fortitudīe ātē faciē subseq̄ntis Zaÿ. Et
recordata est hierl'm diep̄ afflictionis sue.
ꝛ p̄uaricatōis omniū desiderabiliū suop̄ q̄
habuerat a diebus antiquis: cū caderet po
pulus ei⁹ in manu hostili :ꝛ nō esset auxili
ator . Viderūt eaz hostes: ꝛ derisērūt saba-
ta ei⁹. Heth. Peccatū peccauit hierl'm:
p̄terea instabilis facta ē. Oēs qui glorifi-
cabāt eam spreuerūt istā: q̄ viderūt igno-
miniā ei⁹. Ipa aūt gemēs: ꝛ puersa est re-
trorsū Theth. Sordes ei⁹ in pedibꝫ ei⁹:
nec recordata ē finis sui. Depositā ē vehe-
mēter: nō hās p̄solatorē. Vide dñe afflictō
nē meā: qm̄ erect⁹ ē inimic⁹ Ioth. Ma-
nū suā misit hostis ad oīa ōsiderabilia ei⁹:
q̄ vidit gētes ingressas sanctuariū suū: de
quib⁹ p̄ceperas ne intrarēt in ecclesiā tuā.
Caph. Oīs pl̄us eius gemēs: ꝛ q̄rēs pa
nē. Dederūt p̄cios̄a queq̄ p cibo: ad refo-
cillandā aīaz. Vide dñe ꝛ p̄spexa: qm̄ facta
sū vilis. Lamech. O vos oēs q̄ trāsitis p
viā attēdite ꝛ videte: si est dolor sicut dolor
meus. Q̄m̄ vindemiauit me vt locut⁹ ē do-
min⁹: in die ire furoris sui Mem. De ex-
celso misit ignem in ossibꝫ meis: ꝛ erudiuit
me Expādit rethe pedibꝫ meis: puertit me
retrorsū. Posuit me desolatā: tota die me-
rore p̄fectā Nun. Vigilauit iugū iniqui
tatū mear̄ in manu ei⁹: puolute sūt ꝛ im-
posite collo meo Infirmata ē virtus mea:
dedit me dñs ī manū ō q̄ ñ potero surgere
Samech. Abstulit oēs magnificos me-
os dñs de medio mei: vocauit aduersū me
tēp⁹: vt cōtereret electos meos. Torcular
calcauit dñs vgini filie iuda. Ayn. Ideo
circo ego plorās ꝛ oculus meus deducens

aqs:q; lōge fact⁹ē a me ꝓsolatoꝛ:cōuertēs aiam meā. Facti sūt filij mei ꝑditi:qm̄ iua luit inimic⁹ ¶ Phe. Expandit sy̓on man⁹ suas:nō ē q ꝓsolet eā. Mādauit dn̄s aduer sū iacob:in circuitu ei⁹ hostes ei⁹. Facta ē birl'm q̄si polluta mēstruis ītēr eas. ¶ Sa de. Just⁹ē dn̄s:q; os ei⁹ ad iracūdiā ꝓuocaui. Audite obsecro vniuersi ꝑpli:q videte dolorē meuz. Virgines mee q iuuenes mei abierūt ī captiuitatem ¶ Coph. Vocaui amicos meos:et ipi deceperūt me. Sacerdotes mei et senes mei ī vrbe ꝓsūpti sūt:q; q̄sierūt cibū sibi vt r̄focillarēt aīas suas ¶ Res. Vide dn̄e qm̄ tribulor:ꝓturbat⁹ē venter me⁹. Subuersū ē cor meū ī memetipa: qm̄ amaritudīe plena sum . Foris īterficit gladi⁹:q domi mors similis ē. ¶ Sy̓n. Audierūt q; ingemisco ego:q nō ē q ꝓsolet me. Oēs inimici mei audierūt malū meū:letati sūt qm̄ tu fecisti. Adduxisti diē ꝓsolationis:q fiēt sicut mei. ¶ Thau. Ingrediatur oē malū eoꝝ corā te:q deuīdemia eos sicut vīdemiasti me ꝓp̄ oēs iniq̄tates meas. Multi em̄ gemit⁹ mei:cor meū merens. ¶

Capitulum .II. Aleph.

Quomodo obtexit caligine ī furore suo dn̄s filiā sy̓on. Proiecit de celo ī terrā iclitā isr'l:q nō ē recordat⁹ scabelli pedū suoꝝ ī die furoris sui. ¶ Beth Precipitauit dn̄s nec pepcit oīa spetōsa iacob:ds̄truxit ī furore suo munitōes ogīis iuda q deiecit ī terrā: polluit regnū q ꝑncipes eius ¶ Gymel. Cōfregit ī ira furoris sui oē cornu isr'l:auertit retrorsū dexteraz suā a facie inimici:q succēdit ī iacob quasi ignē flāme deuorātis ī giro. ¶ Deleth. Tetēdit arcū suū q̄si inimic⁹: firmauit dexterā suā q̄si hostis: et occidit oē q̄ pulcrum erat visu . In tabernaculo filie sy̓on effudit q̄si ignē indignatōem suā. ¶ He. Factus ē dn̄s velut inimic⁹. ꝑcipitauit isr'l. Precipitauit oīa menia ei⁹: dissipauit munitōnes ei⁹: q repleuit ī filia iuda humiliatū q humiliatā. ¶ Vau. Et dissipauit q̄si ortū tentoriū suū: demolit⁹ē tabnaculū suū. Oblioni tradidit dn̄s ī sy̓on festiuitatē q sabbatū:q ī obprobriū q ī indignatōnem furoris sui regē q sacerdotē. ¶ Zay. Repulit dn̄s altare suū:maledixit sāctificatōi sue: tradidit ī man⁹ inimici muros turriū ei⁹. Vocē dederūt ī domo dn̄i:sicut in die solenni. ¶

Deth. Cogitauit dn̄s dissipare muruz filie sy̓on:tetēdit funiculū suū q ñ auertit manū suā a ꝑditōe. Luxitq; añ murale :q murus pīter dissipat⁹ē. ¶ Teth. Defixe sūt in terra porte ei⁹:ꝑdidit q ꝓtriuit vectes ei⁹: regē ei⁹ q prīcipes ei⁹ ī gētibz. Nō est lex:et ꝓphe ei⁹ nō īuenerūt visionē a dn̄o. ¶ Joth. Sederūt ī terra:ꝓticuerūt senes filie sy̓on: ꝓsperserūt cinere capita sua. Accīti sūt cilicijs. abiecerūt ī terra capita sua v̄gines hierusalē. ¶ Coph. Defecerūt p̄ lacrimis oculi mei:ꝓturbata sūt viscera mea. Effusū ē in terra iecor meū sup ꝓtritōez filie ꝑpli mei: cū deficeret puul⁹q lactēs ī platēis oppidi. ¶ Lamech. Matribz suis dixerūt vbi ē triti cū q vinū:cū ꝺficerēt q̄si vulnerati ī platēis ciuitatis: cū exalarēt aīas suas in sinu matꝝ suaꝝ. ¶ Aem. Cui ꝓpabo te. vel cui assimilabo te filia hierl'm :Cui exeq̄bo te. q ꝓsolabor te v̄go filia sy̓ō:Magna eī velut mare ꝓtritō tua. Quis medīc̄ tui: ¶ Nun Prophete tui viderūt tibi falsa et stulta:nec aperiebāt iniq̄tatē tuā:vt te ad penitētiaz ꝓuocarēt .Viderūt aūt tibi assūptōes falsas q eiectōes. ¶ Samech. Plauserūt sup te manibz oēs trāseūtes p viā: sibilauerūt q mouerūt capita sua sup filiā hierl'm: hecccine ē vrbs dicētes ꝑfecti decoris:gaudiū vniuerse terre ¶ Ayn. Aperuerūt super te os suū oēs inimici tui: sibilauerūt q fremuerūt dētibz suis:q dixerūt deuorabim⁹. ¶ En ista ē dies quā expectabam⁹: īuenim⁹. vidim⁹. ¶ Phe. Fecit de⁹ q cogitauit:ꝓpleuit sermonē suū quē p̄cepat a diebz ātiquis .Destruxit q nō pepcit:letificauit sup te inimicū:et exaltauit cornu hostiū tuoꝝ. ¶ Sade. Clamauit cor eoꝝ ad dn̄m:sup muros filie sy̓on.Deduc q̄si torrentē lacrimas per diē q noctē:nō des requiē tibi: neq; taceat pupilla oculi tui ¶ Coph. Cōsurge:lauda ī noctē in principio vigiliaꝝ:effunde sicut aquā cor tuū ātē ꝓspectū dn̄i .Leua ad eū manus tuas pro aīa puuloꝝ tuoꝝ:q̄ fame pereūt in capitē oīm cōpitoꝝ. ¶ Res. Vide dn̄e q ꝓsidera:quē vindemiaueris ita. Ergo ne ꝓmetent mulieres fructuz suū:paruulos ad mensurā palme :Si occiditur in sāctuario domini:sacerdos et ꝓpheta. ¶ Sy̓n. Jacuerūt ī terra foris puer q senex: v̄gines mee et iuuenes mei ceciderūt ī gladio ¶ Interfecisti ī die furoris tui:pcussisti

nec miſert⁹es. ¶ Thau. Vocasti ꝙſi ad die ſolẽnẽ q̃ tererẽt me ꝺ circuitu :ꝛ nõ fuit in die furoris dñi q̃ effugeret et relinquereꝯ. Quos educaui ꝛ enutriui: inimicus meus ꝓſũpſit eos. Ca. .III. ¶ Aleph. Ego vir videns pauptatẽ meam: in ẽga indignatõis ei⁹. ¶ Aleph. Me minauit ꝛ adduxit ī tenebris:ꝛ nõ in lucẽ. ¶ Aleph. Tantũ ī me vertit:ꝛ cõuertit manũ ſuã tota die. ¶ Beth. Vetuſtã fecit pellẽ meã ꝛ carnẽ meam:ꝓtriuit oſſa mea. ¶ Beth. Edificauit ī giro meo:ꝛ circũdedit me felle ꝛ labore. ¶ Beth. In tene broſis collocauit me:ꝙſi mortuos ſẽpiternos. ¶ Gymel. Circũedificauit aduerſum me vt nõ egrediar: aggũauit ꝓpedꝫ meũ. ¶ Gymel. Oꝛ et cũ clamauero ꝛ cũ rogauero:excluſit oratõꝫ meã. ¶ Gymel. Cõcluſit vias meas lapidibus q̃dris:ſemitas meas ſubuertit. ¶ Deleth. Vrſ⁹ inſidians fact⁹ẽ mihi:leo ī abſcõdito. ¶ Deleth. Semitas meas ſubuertit ꝛ ꝓfregit me:poſuit me deſolatã. ¶ Deleth. Tetẽdit arcũ ſuũ: ꝛ poſuit me q̃ſi ſignũ ad ſagittaꝫ. ¶ He. Miſit ī renibꝫ meis filias pharetre ſue. ¶ He. Fact⁹ ſũ ī deriſũ oi ꝓplo meo:cãticum eoꝝ tota die. ¶ He. Repleuit me amaritudinibꝫ:iebriauit me abſinthio. ¶ Vau. Et fregit ad numeꝝ dentes meos :cibauit me cinere. ¶ Vau. Et repulſa ẽ aĩa mea:oblit⁹ ſũ bonoꝝ. ¶ Vau. Et dixi perijt finis me⁹:ꝛ ſpes mea a dño. ¶ Zay. Recordare pauptatis ꝛ trãgreſſionis mee:abſinthij ꝛ felĺ. ¶ Zay. Memoria memor ero:et tabeſcet in me aĩa mea. ¶ Zay. Hoc recolens in corde meo:ī deo ſperabo. ¶ Heth. Miſericordie dñi qꝛ nõ ſumus cõſũpti:qꝛ nõ defecerũt miſeratõnes eius. ¶ Heth. Noui diluculo:multa eſt fides tua. ¶ Heth. Pars mea dñs dixit aĩa mea : ꝓterea expectabo eũ. ¶ Teth. Bonus ẽ dñs ſperantibꝫ in eũ:aĩe querẽti illũ. ¶ Teth. Bonũ eſt preſtolari cũ ſilẽcio ſalutare dñi. ¶ Teth. Bonũ ẽ viro:cũ portauerit iugũ ab adoleſcẽtia ſua. ¶ Joth. Sedit ſolitari⁹ ꝛ tacebit: qꝛ leuauit ſe ſup ſe. ¶ Joth. Ponet in puluere os ſuũ:ſi forte ſit ſpes. ¶ Joth. Dabit ꝓcuciẽti ſe maxillã:ſaturabitur opꝓobrijs. ¶ Caph. Quia nõ repellet in ſempiternũ dñs. ¶ Caph. Quia ſi abiecit ꝛ miſerebit̃:ſcõm mlitudinẽ miſcõiaꝝ ſuarum.

¶ Caph. Non eĩ humiliauit ex corde ſuo: et abiecit filios hoim. ¶ Lamech. Vt ꝓteret ſub pedibꝫ ſuis:oẽs vinctos terre ¶ Lamech. Vt declinaret iudiciũ viri:in cõſpectu vultus altiſſimi. ¶ Lamech. Vt ꝓuerteret hoiem ī iudicio ſuo :dñs ignorauit. ¶ Mem. Quis ẽ iſte q̃ dixit vt fieret: dño nõ iubente: ¶ Mem. Ex ore altiſſimi ñ egredientur:nec bona nec mala: ¶ Mem. Quid murmurauit homo viuẽs:vir ꝓ peccatis ſuis: ¶ Nun. Scrutemur vias nr̃as: ꝛ q̃ram⁹ ꝛ reuertamur ad dñm ¶ Nun. Leuam⁹ corda nr̃a cũ manibꝫ:ad dñm in celos. ¶ Nun. Nos inique egim⁹ ꝛ ad iracundiã ꝓuocauim⁹:idcirco tu inexorabil⁹es. ¶ Samech. Opuisti in furore ꝛ ꝑcuſſisti: occidisti nec pepciſti. ¶ Samech. Opoſuisti nubẽ tibi:ne trãſeat oratõ. ¶ Samech. Eradicatõꝫ ꝛ abiectõꝫ poſuiſti me:ī medio ꝓplorꝫ. ¶ Ayn. Ocul⁹ me⁹ afflict⁹ẽ nec tacuit:eo qꝛ nõ eſſet requies. ¶ Ayn. Donec reſpiceret ꝛ videret de⁹ de cel. ¶ Ayn. Oculus me⁹ depredatus ẽ aĩam meã:in cũctis filiabꝫ vrbꝫ mee. ¶ Phe. Aperuerunt ſuper nos os ſuũ oẽs inimici. ¶ Phe. Formido ꝛ laque⁹ facta ẽ nobꝫ vaticinatõ ꝛ ꝓtritõ. ¶ Phe. Diuiſiones aquarꝫ deduxit ocul⁹ me⁹:in ꝓtritõe filie ꝓpli mei. ¶ Sade. Ne natõne ceperũt me q̃ſi auẽ inimici mei me gratis ¶ Sade. Lapſa ẽ in lacũ vita mea: ꝛ poſuerũt lapidẽ ſup me. ¶ Sade. Inundauerũt aque ſup caput meum:dixi perij. ¶ Coph. Inuocaui nomẽ tuũ dñe:ꝺ lacu nouiſſimo. ¶ Coph. Vocẽ meã audiſti:ne auertas aurẽ tuã a ſingultu meo ꝛ clamoribꝫ. ¶ Coph. Appropiquaſti in die q̃ inuocaui te:dixiſti ne timeas. ¶ Res. Judicaſti dñe cauſã aĩe mee:redemptor vite mee. ¶ Res. Vidiſti dnẽ iniq̃tatẽ illorꝫ aduerſũ me:iudica iudiciũ meum. ¶ Res. Vidiſti oẽꝫ furorẽ: vniuerſas cogitatões eorꝝ aduerſũ me. ¶ Syn. Audiſti opprobriũ eorũ dñe. oẽs cogitatões aduerſum me. ¶ Syn. Labia inſurgẽtiũ mihi ꝛ meditatões eorꝝ: aduerſũ me tota die. ¶ Syn. Seſſionẽ eorũ ꝛ reſurrectõnẽ vidꝫ:ego ſũ pſalm⁹ eorꝝ. ¶ Thau. Reddes eis vicẽ dñe. iuxta opera manuũ ſuarꝝ. ¶ Thau. Dabis eis ſcutum cordis:laborẽꝫ tuum. ¶ Thau. Perſequeris in furore tuo:et conteres eos ſub celis domine. .IIII. ¶ Capitulum

Lamoes

Pfadio

Aleph.

Quomodo obscuratū ē aurū: mutatus ē color optim⁹: dispersi sūt lapides sāctuarij ī capitē oīm platea: ℣ Beth. Filij sy̆on incliti ⁊ amicti auro p̄mo: quō r̄putati sūt ī vasa testea: op⁹ manuū figuli: ℣ Gy̆mel. Sz ⁊ lamie nudauerūt māmas suas: lactauerūt catulos suos Filia ꝑpli mei crudelis: q̄si struthō ī deserto. ℣ Deleth. Adhesit līgua lactātis ad palatū ei⁹ in siti: puuli petierūt panē: ⁊ nō erat q̄ frāgeret eis. ℣ He. Qui vescebant̄ voluptuose interierūt ī vijs: q̄ nutriebantur in croceis āplexati sunt stercora. ℣ Vau. Et maior effecta ē iniq̄tas filie ꝑpli mei peccato sodomoz: q̄ subuersa ē in momēto: ⁊ nō ceperūt ī ea manus. ℣ Zay̆. Candidiores nazarei ei⁹ niue. nitidiores lactē. rubicūdiores ebore antiquo: saphiro pulciores. ℣ Heth. Denigrata ē sup carbones facies eorum: ⁊ nō sunt cogniti in platēis. Adhesit cutis eoz ossibꝰ: aruit et facta ē q̄si lignū. ℣ Teth. melius fuit occisis gladio q̄ ītersectis fame: qm̄ isti extabuerūt ꝓsumpti a sterilitate terre. ℣ Ioth. Man⁹ mulieꝝ misericordiū coxerūt filios suos: facti sūt cibꝰ eaz ī ꝓtritōne filie ꝑpli mei. ℣ Caph. Complenit dn̄s furorē suū: effudit irā īdignatōnis sue. Et succēdit ignē in sy̆on: ⁊ deuorauit fūdamēta ei⁹. ℣ Lamech. Nō credidērūt reges terre ⁊ vniuersi hītatores orbis: qm̄ ingrederet̄ hostis ⁊ inimic⁹ per portas hierl'm. ℣ Mem. Propter peccata ꝑphārū ei⁹ ⁊ iniq̄tates sacerdotū ei⁹: q̄ effuderūt in medio ei⁹ sāguinē iustoz. ℣ Nun. Errauerūt ceci ī platēis: polluti sūt sāguine. Cū q̄ nō possēt: tenuerūt lacinias suas ℣ Samech. Recedite polluti clamauerūt eis: recedite abite: nolite tāgere. Iurgati quippe sūt ⁊ ꝓmoti dixerūt: iter gētes nō addet vltra vt inhītet ī eis. ℣ Ayn. Facies dn̄i dinisit eos: nō addet vt r̄spiciat eos. Facies sacerdotū nō erubuerūt: neq̄ senū miserti sūt. ℣ Phe. Cū adhuc subsisterem⁹ defecerūt oculi nr̄i ad auxiliū nr̄m vanū: cū respicerem⁹ attēti ad gentē q̄ saluari nō poterat. ℣ Sade. Lubricauerūt vestigia nr̄a ī itinere platearꝝ nr̄arꝝ: appropinq̄uit finis noster: cōpleti sunt dies nr̄i: q̄ venit finis noster. ℣ Coph. Velotiores fuerūt ꝑsecutores nr̄i aquilis celi: sup mōtes persecuti

sūt nos: in deserto insidiati sunt nobis. ℣ Res. Ꝑpūs oris nr̄i xp̄c dn̄s capt⁹ ē ī peccatis nr̄is: cui dixim⁹: in vmbra tua viuem⁹ in gentibꝰ. ℣ Sy̆n. Gaude ⁊ letare filia edom q̄ hītas ī terra hus. Ad te q̄z pueniet calix: iebriaberis atz nudaberis ℣ Thau. Cōpleta ē iniq̄tas tua filia sy̆on: nō addet vltra vt transmigret te. Visitabit iniq̄tatē tuā filia edom: discooperiet peccata tua. ℣ Explic̄iunt lamētatōnes Hieremie. Incipit oracio eiusdem.

Recordare dn̄e quid accid̄erit nob̄: ītuere et respice opprobriū nr̄m. Hereditas nr̄a vsa ē ad alienos: dom⁹ nr̄e ad extraneos. Pupilli facti sum⁹ absq̄ p̄re: mr̄es nr̄e q̄si vidue. Aquā nr̄az pecunia bibim⁹: ligna nr̄a p̄cio cōparauim⁹. Ceruicibꝰ minabamur: lassis nō dabatur req̄es. Egipto dedim⁹ manū et assirijs: vt saturemur pane. Patres nr̄i peccauerūt ⁊ nō sūt: et nos iniq̄tatē eoz portauimus. Serui dn̄ati sūt nr̄i: nō fuit q̄ r̄demeret de manu eoz. In manibꝰ nr̄is afferebam⁹ panē nob̄: a facie gladij ī deserto. Pellis nr̄a q̄si cliban⁹ exusta ē: a facie tēpestatū famis. Mlieres ī sy̆on humiliauerūt: ⁊ vgines in ciuitatibꝰ iuda. Principes manu suspensi sūt: facies senū nō erubuerūt. Adolescētibus ipudice abusi sūt: et pueri ī ligno corruerūt. Sedes defecerūt ꝺ portis: iuuenes de chozo psallētiū. Defecit gaudiuz cordis nr̄i: vsus ē ī luctū chorus nr̄. Decidit corona capitis nr̄i: ve nob̄ q̄z peccauim⁹. Propterea mestū factū ē ī dolore coz nr̄m: ideo cōtenebrati sūt oculi nr̄i. Propt̄ mōtē sy̆ō q̄z disperijt: vulpes ābulauerūt ī eo. Tu aī dn̄e ī eternū ꝑmaneb̄: soliū tuū ī generatōnē ⁊ generatōez. Quare imꝑpetuū obliuisceris nr̄i: derelīques nos ī lōgitudinē dierū: Conuerte nos dn̄e ad te ⁊ ꝓuertemur: īnoua dies nr̄os sicut a p̄ncipio. Sz proiciēs r̄pulisti nos: irat⁹ es ꝑ nos vehemēt

℣ Explicit oratio Hieremie. Incipit prefatio in librum Baruch.

Iber iste q̄ baruch noīe prenotat̄ ī hebreo canone ñ habet̄. sz tm̄ ī vulgata editōe: similit̄ et epl'a hieremie. Propter noticiā aūt legentiū hic

Incipit liber Baruch

scripta sunt :quia multa de christo nouissimisq; temporibo indicant.

¶ Incipit liber Baruch.

Hec verba libri que scripsit baruch filius nerie filij maasie filij sedechie filij sedei filij helchie in babilonia in āno qnto ī septima die mēsis:in tpe q̄ ceperūt chaldei hierl'm ⁊ succēderūt eā igni. Et legit baruch verba libri hui⁹ ad aures iechonie filij ioachim regis iuda ⁊ ad aures vniuersi ꝑpli veniētis ad librū:⁊ ad aures potētiū filioꝝ regū.et ad aures ꝑsbiteroꝝ.et ad aures ꝑpli a mīmo vsq; ad maximū eorū:oīm hītantiuz in babilonia ad flumen sudi. Qui audiētes plorabāt et ieiunabāt: et orabāt in ꝓspectu dñi. Et collegerūt pecuniā ī ꝓspectu dñi :scōm q̄ potuit vniuscuiusq; man⁹. Et miserūt in hierl'm ad ioachī filiū helchie filij salon sacerdotez :⁊ ad sacerdotes ⁊ ad oēm ꝑpl'm q̄ inuēti sunt cū eo ī hierl'm:cū acciperent vasa tēpli dñi q̄ ablata fuerāt de tēplo reuocare ī terra iuda. decīa die mēſ siban. vasa argētea q̄ fecit sedechias filius iosie rex iuda posteaq̄ cepisset nabuchodonosor rex babilōis iechoniam et ꝓncipes ⁊ victos ⁊ potētes ⁊ populū terre ab hierl'm:et duxit eos victos ī babilonē. Et dixerūt. Ecce misimus ad vos pecunias:de quib⁹ emite olocaustomata ⁊ thus ⁊ facite māna :⁊ offerte ꝑ peccato ad arā dñi dei nr̄i. Et orate ꝑ vita nabuchodonosoꝛ regis babilonie ⁊ ꝑ vita balthasaꝛ filij ei⁹: vt sint dies eorū sicut dies celi sup terrā:vt det dñs vtutē nob ⁊ illumiet oculos nr̄os:vt viuam⁹ sub vmbra nabuchodonosoꝛ regis babilonis ⁊ sub vmbra balthasar filij ei⁹:⁊ ſuiam⁹ eis multis diebꝫ.⁊ inueniam⁹ gr̄az in ꝓspectu eoꝝ. Et ꝑ nobis ipis orate ad dñm deuz nr̄m qꝛ peccauim⁹ dño deo nr̄o:et nō ē auersus furor ei⁹ a nobis vsq; in hūc die. Et legite librū istū quē misim⁹ ad vos recitari in templo dñi ī die solēni:et in die opoꝛtuno. Et dicetis. ℣ dño deo nr̄o iusticia:nob aūt ꝓfusio faciei nr̄e sicut ē dies hec :omni iuda ⁊ habitantib⁹ ī hierl'm regib⁹ nr̄is ⁊ ꝓncipib⁹ nr̄is.sacerdotib⁹ et ꝓphetis nostris.et pr̄ib⁹ nostris.

Peccauim⁹ añ dñm deū nr̄m ⁊ nō credidimus diffidētes ī eū:⁊ nō fuimus subiectibiles illi:et nō obaudiuimus vocē dñi dei nostri vt ambularemus ī mādatis eius q̄ dedit nobis . A die qua eduxit patres nr̄os ō terra egipti vsq; ad diem hāc eram⁹ increbibiles ad dñm deū nr̄m:et dissipati recessimus ne audiremus vocē ipi⁹. Et adhesērūt nobis multa mala ⁊ maledictiones q̄ constituit dñs moysi ꝑ suo:q̄ eduxit patres nr̄os de terra egipti dare nob terrā fluentē lac et mel:sicut hodierna die. Et nō audiuim⁹ vocē dñi dei nr̄i scōm oīa verba ꝑphetaꝝ quos misit ad nos ⁊ ad iudices nr̄os: et abiuim⁹ vnusquisq; in sensum cordis nr̄i maligni operari deis alienis:facientes mala añ oculos dñi dei nr̄i. ¶ Ca. .II.

Propter q̄ statuit dñs de⁹ noster verbū suū q̄ locut⁹ē ad nos:et ad iudices nostros qui iudicauerūt in hierl'm et ad reges nostros ⁊ ad principes nostros ⁊ ad omnē isrl' et iuda:vt adduceret dñs super nos mala magna que nō sūt facta sub celo quēadmodū facta sūt i hierusalē scōm q̄ scripta sunt in lege moysi vt māducaret homo carnes filij sui et carnes filie sue. Et dedit eos in manu regū omniū qui sūt in circuitu nostro in improperiū ⁊ in desolatiōem:et in oib⁹ ꝑlis ī quib⁹ nos dispersit dñs. Et facti sum⁹ subt⁹ et nō sup:qꝛ peccauim⁹ dño deo nr̄o.nō obaudiendo voci ipi⁹. ℣ Dño deo nr̄o iusticia:nob aūt et pr̄ib⁹ nostris cōfusio faciei sicut est dies hec. Quia locut⁹ est deus sup nos oia mala hec q̄ venerūt sup nos:⁊ nō sum⁹ deprecati faciē dñi dei nostri vt reuertaremur vnusq̄sq; nr̄m a vijs nr̄is pessimis. Et vigilauit dñs in mal':et adduxit ea sup nos:quia iustus ē dñs in oib⁹ opib⁹ suis q̄ mādauit nobis:⁊ nō audiuim⁹ vocē ipius:vt iremus in ꝑceptis dñi q̄ edidit ātē faciē nr̄am. Et nūc dñe de⁹ isrl' q̄ eduxisti ꝑpl'm tuū ō terra egipti ī manu valida ⁊ ī signis et ī pdigijs et in vtute tua magna ⁊ ī brachio excelso: ⁊ fecisti tibi nomē sicut est dies ista:peccauimus.impie gessimus iniq̄ egim⁹ dñe de⁹ nr̄:in omnib⁹ iusticijs tuis. Auertatur ira tua a nobis:qꝛ derelicti sumus pauci inter gētes vbi dispersisti nos. Exaudi dñe pces nr̄as ⁊ orationes nostras:et educ nos ꝑpter te:et da nobis inuenire gr̄am ante faciem

cor q̄ nos adduxerūt: vt sciat ois tra qr tu es dns deus nr: q qr nomē tuū inuocatū ē sup isrl q sup genus ipius. Respice dne de domo scta tua ī nos: q inclina aurē tuā et exaudi nos. Api oculos tuos et vide: qr nō mortui q sūt in iferno. q̄r spūs acceptus ē a visceribs suis dabūt honorē q iustificatiōnē dno: sz aīa q̄ tristis ē sup magnitudinē mali q icedit curua et ī infimis q cuius oculi deficientes: q aīa esuriēs dat tibi gliaz q iusticiā dno: qr ñ ſm iusticias pr̄m nr̄orū nos fūdim⁹ p̄ces q petim⁹ miscdiaz añ pspectm tuū dne de⁹ nr̄: sz qr misisti irā tuaz q furorē tuū sup nos: sicut locut⁹ es in manu pueror tuor p̄phar dicēs. Hic dicit dns. Incliate humer vām q ceruicē vāz: et opaz facite regi babilonis: q sedebitis ī tra quā dedi p̄ibs vīs. Qđ si nō feceritis nec audieritis vocē dni dei vī opari regi babilonie defectōz vāz faciā de ciuitatibs iuda q a foribs hirlm: q auferā a vob vocē iocūditatis q vocē gaudij q vocē sponsi et vocez spōse: q erit ois tra sine vestigio ab ihabitātibs eā. Et ñ audierūt vocē tuā vt oparēt regi babilōis: q statuisti ōba tua q locut⁹ es ī maīb⁹ pueror tuor p̄phar: vt trāsferēt ossa regū nr̄or q ossa pr̄m nr̄or de loco suo. Et ecce sūt p̄iecta ī calore sol q ī gelu noctis: q mortui sūt ī doloribs pessimis ī fame q ī gladio q in emissiōe. Et posuisti templuz ī q̄ inuocatuz ē nomē tuuz ī ipo sicut hec dies: p̄pt iniqtatē domus isrl q dom⁹ iuda. Et fecisti ī nob dne de⁹ nr̄ ſm oēz bonitatē tuā q ſm oēz misatōz tuā illā magnā sicut locut⁹ es ī mānu pueri tui moysi: ī die q̄ pcepisti ei scribē legē tuā corā filijs isrl dicēs. Si ñ obaudieritis vocī meā. mltitudo hec magna q̄uertēt ī mimam gētē qm̄ eos dispgā: qr scio q me ñ audiet p̄ls. Popul⁹ ē ei dura ceruice. Et q̄uertēt ad cor suū ī tra captiuitatis sue: q sciēt qr ego sū dns de⁹ eor. Et dabo eis cor q ītelligēt: q aures q audiēt. Et laudabūt me ī tra captiuitatis sue: q meōres erūt nōis mei Et auertēt se a dorso suo duro q a maligitatibs suis: qr remiscēt viā p̄m suor q̄ peccaueūt ī me. Et ſuocabo illos ī trā quā iurauí pribs illor abrahaz ysaac et iacob: et dnabūt ei⁹. Et mltiplicabo eos et ñ mīorabūt. Et statuā illī testamētū altū sempiternū: vt sim illī deū: q ipi erūt mihi ī p̄plm

Et ñ mouebo āplius p̄plm meū filios isrl a tra quā dedi eis. Capitulum. III.

Qt nūc dne de⁹ isrl: aīa ī āgustijs q spūs anxi⁹ clamat ad te. Audi dne q misere qr de⁹ es misicors: q miſere nr̄i qr peccauimus añ te. Quia tu sedes ī sempiternū: et ñ pibim⁹ ī euū: Dne de⁹ oīpotēs deus isrl audi nūc oōz mortuor isrl q filior ipor: qr peccauerūt añ te q nō audierūt vocē dni dei sui: et agglutīata sūt nob mala. Noli memīsse iniqtatis p̄m nostror: sz memēto mā⁹ tue et nōis tui ī tpe isto: qr tu es dns de⁹ nr̄ q laudabim⁹ te dne qr p̄pt hoc dedisti timorē tuū ī cordibs nostris. q vt inuocem⁹ nomē tuū q laudem⁹ te ī captiuitate nr̄a: qr auertimur ab iniqtate p̄m nr̄or q̄ peccauerūt añ te. Et ecce nos ī captiuitate nr̄a sum⁹ hodie q̄ nos dispsisti in ipropiū q ī maledictōz q ī pcm ſm oēs iniqtates p̄m nr̄or: q discesserūt a te dne de⁹ nr̄. Audi isrl mādata vite: auribs pcipe vt scias prudēciā. Quid ē isrl q ī tra inimicor est Inueterasti ī tra aliena: coīqnat⁹ es cū mortuis. Deputat⁹ es cū descendētibs in infernū: deliqsti fōtē sapiēcie. Nā si ī via dei ābulasses: bītasses vtiq ī pace sup trā Disce vbi sit prudēcia vbi sit vt⁹ vbi sit ītellect⁹: vt scias sil vbi sit lōgitūnitas vite et vt⁹: vbi sit lumē oculor et par. Quis īuenit locū ei⁹: Et qs intulit ī thesauros ei⁹: Vbi sūt pncipes gētiū: q q dnant sup bestias q sūt sup trā: Qui ī auibs celi ludūt: q argētū thesaurizāt q aur ī q̄ pfidūt hoīes: q ñ ē finis acqsitōis eor. Qui argētū fabricāt q soliciti sūt: nec ē inuentō opū suor. Extmiati sūt q ad īferos descēderūt: q alij loco eor expurrexerūt. Juuenes viderūt lumē: et bītauerūt sup trā. Vliā aūt disciplie igrauerūt: neq̄ intellexerūt semitas ei⁹: neq̄ filij eor susceperūt eā. A facie ipor lōge fcta ē Non ē audita ī tra chanaan: neq̄ visa ē in theman. Filij q̄z agar q̄ exqsierūt prudēciā q̄ de tra ē. negociatores tre q themā: et fabricatōes q exqsitores prudēcie q ītelligēcie viā aūt sapie nescierūt: neq̄ memorati sūt semitas ei⁹. O isrl q̄m magn ē dom⁹ dei: q īgēs loc⁹ possessiōis ei⁹. Magn⁹ q ñ hns finē: excelsus q īmēsus. Ibi fuerūt gigātes nōiati: illi q̄ ab inicō fuerūt staīa mag scientes bellū. Nō hos elegit dns: neq̄ viā disciplie īuenerūt: p̄terea pierūt. Et qm̄ nō habuerūt

sapiẽciã: pieſt ꝑ ſuã iſipiẽciã. Quis aſcẽdit ĩ celũ ⁊ accepit eã: ⁊ eduxit eã de nubibꝫ: Quis trãſfretauit mare ⁊ ĩueĩt illã: ⁊ attulit illã ſup auꝝ electũ: Nõ eſt q̃ poſſit ſcire vias eiꝰ: neq; q̃ exquirat ſemitas eiꝰ. Sꝫ q̃ ſcit vniuerſa nouit eã: ⁊ ĩueĩt eã pru dẽcia ſua. Qui ꝓpauit trã ĩ eẽno tpe: ⁊ repleuit eã pecudibꝫ ⁊ q̃drupedibꝫ. q̃ emittit lumẽ ⁊ vadit: ⁊ vocauit illꝫ: ⁊ obedit illi in tremoẽ. Stelle aũ dederũt lumẽ in cuſtodijs ſuis: ⁊ letatæ ſũt. Vocatæ ſũt: ⁊ dixerũt. Aſſum⁹. Et luxerũt ei cũ iocũditatæ: q̃ fecit illas. Hic ẽ deꝰ nr̃: ñ eſtimabiť alíꝰ aduerſꝰ eũ. Hic adĩuenit oẽꝫ viã diſciplĩe: ⁊ ꝺedit illã iacob puero ſuo: ⁊ iſrl̃ dilcto ſuo. Pꝰ hec ĩ t̃ris viſꝰ ẽ: ⁊ cũ hoĩbꝫ ꝓuerſat⁹ ẽ. Ca.

Hic liber mãdatoꝝ dei: ⁊ lex q̃ eſt ĩ eẽnũ. Oẽs q̃ tenẽt eã pueniẽt ad vitã: q̃ aũ dẽliq̃rũt eaz ĩ mortẽ. Cõuertẽ iacob ⁊ appẽhẽde eã: ãbula p viã ad ſplẽdorẽ eiꝰ ꝓ lumẽ eiꝰ. Ne ꝺas alteri gl̃iaz tuã: ⁊ dignitatẽ tuã gẽti aliene. Hõi ſumꝰ iſrl̃: qm̃ q̃ deo placẽt maĩfeſta ſũt nobis. Aniẽq̃r eſto ꝑpl̃s dei: meõrabilis iſrl̃. Denũdati eſtis gẽtibꝫ ñ ĩ ꝓditõz: ſz ꝑ qꝺ ĩ ira ad iracũdiã puocaſtis dñm. Ꝺditi eſtis aduerſarijs. Exacerbaſtis eĩ eũ q̃ fecit vos deũ eẽnũ: ĩmolãtes demonijs ⁊ ñ deo. Obliti eĩ eſtis eũ q̃ nutriuit vos: ⁊ ꝓſtaſtis nutricẽ viaz hirl̃m. Vidit emm̃ iracũdiã a deo veniẽtẽ vob: ⁊ dixit. Audite ciuitates ſyon Adduxit eĩ mihi deꝰ luctũ magnũ. Vidi eĩ captiuitatẽ ꝑpl̃i mei filioꝝ meoꝝ ⁊ filiaꝝ: quã ſupduxit illis etern⁹. Nutriui eĩ illos cũ iocũditatæ: dimiſi aũ illos cũ fletu ⁊ luctu. Nemo gaudeat ſup me viduã et deſolatã: a mltis dẽlicta ſũ ꝑ pcta filioꝝ meoꝝ: qꝝ declinauerũt a lege dei. Juſticias aũ ipſi⁹ neſcierũt: nec ãbulauerũt p vias mãdatoꝝ dei: neq; p ſemitas veritatis eiꝰ cũ iuſticia ĩgreſſi ſunt. Veniãt ꝓfines ſyon: et meõrentẽ captiuitatẽ filioꝝ ⁊ filiaꝝ meaꝝ. quã ſupduxit illis eẽn⁹. Adduxit eĩ ſup illos gẽtẽ de lõginq̃: gẽtẽ ĩprobã ⁊ alteri⁹ lĩgue q̃ ñ ſũt reueriti ſenẽ: neq; pueroꝝ miſ̃ti ſũt. Et abduxerũt dilectos vidue: et a filijs vnicã deſolauerũt. Ego aũ q̃d poſſũ adiuuare vos: Qui eĩ adduxit ſup vos mala ipe vos eripiet de manibꝫ inimicoꝝ vñoꝝ. Ambulatæ filij ãbulatæ: ego eĩ dẽlicta ſũ ſola. Exui me ſtola pacis: indui aũ me ſacco obſecẽcõis: ⁊ clamabo ad altiſſimũ in diebꝫ meis. Aniẽq̃res eſtotæ filij: clamatæ ad dñz ⁊ eripiet vos ꝺ mãu ꝑncipũ ĩimicoꝝ. Ego eĩ ſpaui ĩ eẽnũ ſalutẽ vñaz: ⁊ veĩt mihi gaudiũ a ſcto ſup miſcdia: q̃ veĩet vob ab eẽno ſaluatore vño. Emiſi emm̃ vos cũ luctu ⁊ ploratu: ꝺducz aũ vos mihi deꝰ cũ gaudio ⁊ iocũditatæ ĩeẽnũ. Sicut eĩ viderũt vicine ſyõ captiuitatẽ vñaz a ꝺo: ſic videbũt ⁊ ĩ celeritate ſalutẽ vñaz ĩ ꝺo: q̃ ſupueĩet vob cũ honore mag̃ et ſplẽdore eẽno. Filij pacient ſuſtinetæ irã q̃ ſupueĩt vob. Perſecut⁹ ẽ eĩ te inimic⁹ tu⁹: ſz ſcitꝫ videb ꝓditõz ipi⁹: et ſup ceruices ipi⁹ aſcẽdes. Delicati mei ambulauerũt vias aſpas: ducti ſũt emm̃ vt grex dirept⁹ ab ĩimicis. Aniẽq̃res eſtotæ filij: et ꝓclamatæ ad dñm. Erit emm̃ meõria vña ab eo q̃ ducit vos. Sicut eĩ fuit ſẽſus vr̃ vt erraretis a ꝺo: decies tm̃ itꝝ quertẽtes reqretis eũ. Qui eĩ ꝺuxit vob mala: ipe rurſũ adducet vob ſẽpitnã iocũditatẽ cũ ſalutẽ vña. Aniẽq̃r esto hirl̃m. Exhortaũ ei te: q̃ te noĩauit. Nocẽtes pebũt q̃ te verauerũt: ⁊ q̃ gl̃tulati ſũt ĩ tua ruĩa puniẽť. Ciuitates q̃bꝫ fuierũt filij tui puniẽť: ⁊ q̃ accepit filios tuos. Sicut eĩ gauiſa ẽ ĩ tua ruina ⁊ letata ẽ ĩ caſu tuo: ſic ꝓſtabiť ĩ ſua deſolatõe. Et ãputabiť exultatõ mltitudis eiꝰ: ⁊ gaudimoniũ eiꝰ erit ĩ luctũ. Ignis eĩ ſupueĩet ei ab eẽno ĩ lõgiťnis diebꝫ: ⁊ hitabiť a demonijs in multitudie tpis. Circũſpice hirl̃m ad oriẽtẽ: ⁊ vide iocũditatẽ a deo ti-

Ca. V.

Ece eĩ veniũt. bi veniẽtẽ filij tui: q̃s ꝺimiſiſti diſpſos veĩũt collecti ab oriẽte vſq; ad occiꝺẽte: ĩ vbo ſcti gaudẽtes ĩ honorẽ ꝺi. Exue te hieruſalẽ ſtola luct⁹ ⁊ veratõis tue: ⁊ ĩdue te decore ⁊ honore q̃ a ꝺo tibi ẽ ĩ gl̃ia ſẽpitna Circũdabit te deꝰ ꝺyploẏde iuſticie: ⁊ ipo net mitrã capiti tuo hõris eẽni. Deꝰ ei oñdet ſplẽdorẽ ſuũ ĩ te: oĩ q̃ ſb̃ celo ẽ. Noiabiť eĩ tibi nomẽ tuũ a deo ĩ ſẽpitnũ: pax iuſticie ⁊ hõr pietatis. Exurge hirl̃m ⁊ ſta ĩ excelſo: ⁊ circũſpice ad oriẽtẽ ⁊ vide collectos filios tuos ab oriẽte ſole vſq; ad occiꝺẽte: ĩ vbo ſcti gaudẽtes ꝺi meõria. Exierũt ei abs te pedibꝫ ducti ab ĩimicis: adducz aũ illos dñs ad te portatos ĩ hõrez ſicẽ filios regni. Cõſtituit ei deꝰ hũiliaẽ oẽꝫ mõtẽ excelſũ ⁊ rupes ꝑpẽnes: ⁊ ꝓualles rꝑlẽ ĩ eq̃litatẽ ĩre vt ãbulz iſrl̃ biligẽť ĩ hõrez ꝺi. obũbraueŕ

aĩ silue: et omne lignũ suauitatis isrl̃ mã-
dato dei. Adducet eĩ de⁹ isrl̃ cũ iocũditate ĩ
lumĩe maiestatis sue: cũ miscdia et iusticia
q̃ est ex ipso. Incipit exemplũ epl̃e eiusdem
quã misit ieremias ad abductos captiuos
ĩ babiloniaz a rege babilonioꝝ: vt ãnũcia-
ret ill̃ ꝑm qd̃ ꝓceptũ est illi a deo. Ca. VI

Propt̃ pcta q̃ peccasti ante deũ: ab-
ducemĩ ĩ babiloniaz captiui a na-
buchodonosor regi babilonioꝝ In-
gressi itaq; ĩ babilonẽ eritis ibi ãnis pluri-
mis ⁊ ẽp⁹ longũ vsq; ad generatões septẽ:
p⁹ hoc aĩ educam vos inde cũ pace. Nũc aĩ
videbitis ĩ babilonia deos aureos ⁊ argen-
teos ⁊ lapideos ⁊ ligneos ĩ humeris porta-
ri: oñtantes metũ gẽtibo. Videte ḡ ne ⁊ vos
silles efficiami factis alienis ⁊ metuatis: ⁊
met⁹ vos capiat ĩ ipis. Videa itaq; ẽba dere
tro ⁊ abañ: orãtes dicite ĩ cordibo vris. Te
oportet adorari dñe. Angelus aĩ me⁹ vobi
scũ est. Ipse aĩ exq̃raz aĩas voras. Nã ligna
ipsoꝝ polita a fabro ipsa etiam ĩauratas ĩ-
argentata falsa sunt: ⁊ ñ ꝑñt loq̃. Et sicut
ũgini amãti ornamẽta. ita accepto auro fa
bricata sũt. Coronas certe aureas hñt sup
capita sua dij illoꝝ: vñ subt̃hũt sacerdotes
ab eis auꝝ ⁊ argẽtũ ⁊ erogãt illud ĩ semet-
ipsis. Dant aĩ ⁊ ex ipo ꝓstitutis ⁊ mẽtrices
ornãt ⁊ cũ itꝝ r̃cepint illud a meretricibo
ornãt deos suos. Dij aĩ ñ liberant̃ ab eru-
gine et tinea. Optis aĩ ill̃ veste purpurea
exĩgent faciẽ ipsoꝝ ꝑt̃ puluerẽ dom⁹: q̃ ẽ
plurim⁹ int̃ eos. Sceptꝝ aĩ hẽ vt hõ sicut
iudex regionis: q̃ in se peccantẽ ñ int̃ficit.
Hõ etiaz in manu gladiũ et securĩ: se aĩ de
bello et a latronibo ñ liberat. Vñ vob notũ
sit: q; ñ sũt dij. Nõ ḡ reuẽmĩ eos. Sicut eĩ
vas hois ꝓfractũ inutile efficit̃: tales sũt ⁊
dij illoꝝ. Constitutis ill̃ in domo: ocl̃i eoꝝ
pleni sũt puluẽ a pedibo ĩtroeũtiũ Et sicut
alicui q̃ regẽ offẽdit circũsepte sũt ianue:
aut sic̃ ad sepulcꝝ adductũ mortuũ ita tu-
tant sacerdotes ostia clausuris ⁊ seris: ne a
latronibo expolient̃. Lucernas accẽdũt ill̃:
⁊ q̃dez mlt̃as: ex q̃bo nullã vidẽ ꝑñt. Sunt
aĩ sicut t̃bes ĩ domo. Corda vero eoꝝ dicũt
eligẽ serpẽtes q̃ de t̃ra sũt dũ comedũt eos
et vestimẽta ipsoꝝ: ⁊ ñ sentiũt. Nigre fiunt
facies eoꝝ a fumo: q̃ ĩ domo fit. Supꝰ cor-
pus eoꝝ ⁊ supꝰ caput eoꝝ volant noctue et
hyrũdines: ⁊ aues etiã silit̃ et cattę. Vnde
sciatis q̃a ñ sunt dij. Ne ḡ timueritis eos.
Aurꝝ etiã qd̃ hñt ad spẽm ẽ: nisi aliq̃s ext̃-
serit eruginẽ ñ fulgebũt. Neqꝫ eĩ dũ ꝓflarẽ
tur senciebant: ex oĩ ꝓcio empta sunt ĩ q̃bo
spũs ñ est ĩ ipsis. Sine pedibo ĩ hũeris por-
tant̃: oñtantes ignobilitatẽ suã hoibo. Cõ
fũdant̃ etiaz q̃ colũt ea. Propt̃ea si ceciderĩt in t̃raz a semetipꝰ ñ surgũt: neqꝫ si q̃s
eũ statuerit rectũ ꝑ semetipsũ stabit: sꝫ sic̃
mortuis humeri ill̃ apponẽt̃. Hostias illoꝝ
vendũt sacerdotes ipsoꝝ ⁊ abutunt̃: silit̃er
⁊ mlieres eoꝝ decerpẽtes neqꝫ ĩfirmo neqꝫ
mẽdicãti aliq̃d ĩptiũt de sacrificijs eoꝝ: fe-
de ⁊ mẽstruate eos ꝓtingũt. Sciẽtes itaqꝫ
ex hijs q̃ ñ sunt dij: ne timeatis eos. Vnde
em̃ vocant̃ dij? Quia mlieres apponũt dijs
argẽteis ⁊ aureis ⁊ ligneis: ⁊ ĩ domibo eoꝝ
sacerdotes sedent hñtes tunicas scissas ⁊ ca
pita ⁊ barbã rasã: q̃ꝝ capita nuda sũt. Ru-
giũt aĩ clamantes ꝓ̃t deos suos: sicut ĩ ce-
na mortui. Vestimẽta eoꝝ auferĩt sacerdotes
et vestiũt vxores suas ⁊ filios suos. Neqꝫ si
q̃d mali paciũt̃ ab aliq̃ neqꝫ si q̃d boni po-
terĩt r̃tribuẽ: neqꝫ regẽ ꝓstituẽ ꝑñt neqꝫ au
ferre. Silit̃er neqꝫ dare diuicias ꝑñt: neqꝫ
malũ retbuẽ. Si q̃s ill̃ votũ vouerit ⁊ non
reddiderit: neqꝫ hoc req̃rũt. Hoiem a mor-
te ñ liberãt: neqꝫ ĩfirmũ a potẽtiore eripi-
unt. Hoiem cecũ ad visũ ñ restituũt: de ne-
cessitate hoiem ñ liberabũt. Vidue ñ mise-
rebunt̃: neqꝫ orphanis bñfaciẽt. Lapidibo
de mõte silles sũt dij illoꝝ ligneiꝝ lapidei et
aureiꝝ argẽtei: q̃ aĩ colũt eaꝰfũdent̃. Quõ
ḡ estiandũ est aut dicendũ illos esse deos?
Adhuc eĩ ipsis chaldeis ñ honorãtibo ea: q̃
cũ audierĩt mutũ ñ posse loq̃ offerũt illud
ad bel: postulantes ab eo loq̃: q̃si possint lẽ
tire q̃ ñ hñt motũ. Et ipsi cũ intellexerĩt:
flinq̃nt ea. Sensũ em̃ ñ hñt ipsi dij illoꝝ.
Mlieres aĩ circũdate funibo ĩ vijs sedent:
succẽdentes ossa oliuaꝝ. Cũ aĩ aliq̃ ex ipis
abstẽta ab aliq̃ trãseunte dormierit: prime
sue exprobrat q̃ ea ñ sit digna habita sicut
ipa: neqꝫ funis ei⁹ dirupt⁹ sit. Oia aĩ q̃ illis
fiũt falsa sũt. Quõ estiandũ aut dicendũ ẽ
illos eẽ deos? A fabris aĩ ⁊ aurificibo facta
sũt. Nihil aliud ert̃ nisi id qd̃ volũt eẽ sacer
dotes. Aurifices etiaz ipi q̃ ea faciũt ñ sũt
multi tpis. Nunq̃d ḡ ꝑñt ea q̃ fabcata sũt
ab ipꝰ eẽ dij? Reliq̃rũt aĩ falsa ⁊ opbrobriũ
postea futuris. Naz cũ supuenerit ill̃ plũ

et mala: cogitant sacerdotes vbi se abscõ-
dant cũ illis. Quõ g̃ sentiri debeãt qm̃ dij
sũt q̃ nec de bello se liberant: neq; de malis
se eripiũt? Nam cũ sint lignea et ĩaurata ꝛ
ĩargentata: scieñ postea qꝛ falsa sunt ab
vniuerſ gẽtib ꝛ regib q̃ manifesta sunt qꝛ
ñ sunt dij: sꝫ opa manuũ hoĩm ꝛ nullũ op⁹
dei cũ illis. Vñ g̃ notũ est qꝛ ñ sunt dij: sed
opa manuũ hoĩm: ꝛ nullũ dei op⁹ in ipſ ẽ.
Regẽ regioni ñ suscitãt: neq; pluuiã hoĩb
dabũt. Judiciũ q̃ ñ discernẽt: neq; regiões
liberabũt ab iniuria: qꝛ nihil pñt sicut coꝛ
nicule inẽ mediũ celi ꝛ ẽre. Etẽm cũ incide
rit ignis ĩ domũ deoꝝ ligneoꝝ ꝛ argẽteoꝝ ꝛ
aureoꝝ: et sacerdotes q̃dem ipſoꝝ fugient
et liberabũẽ: ipſi vo sicut ẽbes ĩ medio cõ-
burenẽ. Regi aẽ et bello ñ resistent. Quõ
g̃ estimandũ est aut ẽcipiendũ qꝛ dij sunt:
Non a furib neq; a latronib se liberabũt
dij lignei ꝛ lapidei ꝛ ĩaurati ꝛ ĩargẽtati: q̃b
iniq̃ fortõres sẽ. Auꝝ ꝛ argentũ ꝛ vestimẽtũ
q̃ opti sunt auferent illis ꝛ abibũt: nec sibi
auxiliũ ferent. Itaq; meli⁹ ẽ esse regem oñ
tantẽ virtutẽ suaꝫ aut vas ĩ domo vtile in
q̃ gloriabiẽ q̃ possidet illud q̃ falsi dij: vel
ostiũ in domo qd̃ custodit q̃ in pace sũt: q̃
falsi dij. Sol q̃dem et luna ac sidera cũ sint
splendidaꝛ emissa ad vtilitates obaudiũt:
similiẽ fulgur cũ apparuerit pspicuũ est. Sic
ipm aẽ ꝛ spũs in omni regione spirat: ꝛ nu
bes q̃b cũ impatũ fuerit a deo pãbulare ĩ
vniuersũ orbem: pficiũt qd̃ impatũ est eis.
Ignis etiaꝫ missus desup vtꝛsumat mõtes
ꝛ siluas: facit qd̃ ꝑceptũ est ei. Idec aẽ neq;
spẽb neq; virtutib vni eoꝝ similia sunt. Vñ
neq; estiandũ ẽ neq; dicendũ illos eẽ deos.
qñ nõ pñt neq; iudiciũ iudicare: neq; facẽ
hoĩb. Scientes itaq; qꝛ ñ sunt dij: ne g̃ ti-
mueritis eos Neq; eĩ regib maledicẽt: nez
bñdicẽt. Signa emm̃ in celo gẽtib ñ oñdũt:
neq; vt sol lucebũt: neq; illumiabunt vt lu
na. Bestie meliores sẽ illis: q̃ pñt fugẽ sub
tectũ acꝑdesse sibi. Nullo itaq; mõ nob est
manifestũ qꝛ sẽ dij: ꝑẽ qd̃ ne timeatis eos
Naz sicut ĩ cucumerario formido nihil cu-
stodit: ita sẽ dij illoꝝ ligneiꝛ argẽtei ꝛ ĩau-
rati. Eodẽ mõ ꝛ ĩ orto spina alba: supꝫ quã
ois auis sedet. Similiẽ et mortuo piecto ĩ te-
nebris: siles sẽ dij illoꝝ lignei ꝛ ĩaurati ꝛ ĩ-
argẽtati. A purpura q̃ꝫ ꝛ marmore q̃ supꝫ il
los teneant scietis itaq;: qꝛ ñ sẽ dij. Ipsi e-

tiã postremo comedenẽ: ꝛ erit obꝓbriũ ĩ
regione. Melioꝛ est bõ iust⁹ q̃ non bẽ simu-
lacra: nam erit longe ab obꝓbrijs.

¶ Explicit baruch liber. Incipit plogus in
ezechielem ꝓphetam.

Ezechiel ꝓpha cũ ioachiz rege
iuda captiu⁹ duct⁹ ẽ i babilo-
nẽ: ibiq; hijs q̃ cũ eo captiui
fuerant ꝓphauit penitẽtib q̃
ad hieremie vaticiniũ se vltro
aduersarijs tradidissent: et viderent adhuc
vrbẽ hierusolimam stare. quã ille casuram
esse pdixerat. Tricesimo aẽ etatis sue ãno
et captiuitatis q̃nto exoꝛsus est ad ꝓcapti-
uos loq̃. Et eodem tpe licet posterioꝛ ẽ in
caldea: hieremias ĩ iudea ꝓphauerẽ. Hzmo
eius nec satis dist⁹ nec admodũ rusticus ẽ:
sed ex vtroq; medie tpat⁹. Sacerdos ꝛ ipe
fuit sicut hieremias: pncipia volumiñ ꝛ fi-
nẽ magnis hñs obscuritatib ĩuoluta. Hz
ꝛ vulgata ei⁹ editõ ñ mltũ distat ab hebrai
co. Unde satis miroꝛ q̃d cause extiterit: vt
si eosdem in vniuerſ libris habem⁹ inẽpte-
tes: in alijs eadem. in alijs diuersa ẽnstule
rint. Legite igiẽ ꝛ hunc iuxta ẽnslatõnem
nrãm: qꝛ ꝑ cola scriptus et comata. mani-
festioꝛẽ legẽtib sensum tribuit. Hi aẽ ami
ci meiꝛ hunc subsannauerẽt dicite eis q̃ ne-
mo eos ꝓpellat vt scribant. Sed vereoꝛ ne
illud eis eueniat qd̃ grece significãti⁹ dĩ vt
vocẽẽ fagolidoꝛi qd̃ ẽ mãducãtes senecias

¶ Explicit plogus. Incipit ezechiel ꝓpha.

Et factũ est in tricesimo an
no in q̃rto in q̃nta mẽſ: cũ
eẽm ĩ medio captiuoꝝ iu-
xta fluuiũ chobar: apti sũt
celi ꝛ vidi visiones dei. In
q̃nta mens ipse est annus
q̃ntus trãsmigtõis regis ioachim: factũ ẽ
verbũ dñi ad ezechielẽ filiũ buzi sacerdotẽ
ĩ ẽra chaldeoꝝ sec⁹ flumẽ chobar. Et facta ẽ
supꝫ eũ ibi man⁹ dñi. Et vidi: ꝛ ecce ventus
ẽbinis veniebat ab aq̃lone ꝛ nubes magna
et ignis ĩuoluẽs. Et splendoꝛ ĩ circuitu ei⁹
ꝛ de medio ignis q̃i spẽs electri. i. de medio
ignis. Et ex medio ei⁹ similitudo q̃tuoꝛ aĩaliũ
et h aspect⁹ eoꝝ. Hec similitudo hoĩs ĩ eis. Et
q̃tuoꝛ facies vni ꝛ q̃tuoꝛ pene vni. Et pedes
eoꝝ pedes recti: ꝛ planta pedis eoꝝ q̃si plã
ta pedis vituli: ꝛ scintille q̃si aspectus eris
cãtẽtis. ꝛ man⁹ hoĩs sub pẽnis eoꝝ ĩ q̃tuoꝛ

ezechiel

ptib⁹:ꝛ facies ꝛ pennas ꝓ q̄tuor ꝑtes habe-
bāt.iūctæq; erāt pēne eoꝝ alterī⁹ ad alterū.
Nō reuertebanť cū incederēt:sed vnūqǿq;
añ faciē suam gdiebať. Silitudo ať vult⁹
eoꝝ.facies bois ꝛ facies leonis a dextris i-
psoꝝ q̄tuor:facies ať bouis a sinisťs ipoꝝ
q̄tuor:ꝛ facies aq̄le desup ipsoꝝ q̄tuor:ꝛ fa
cies eoꝝ et pēne eoꝝ extētæ desup. Due pē-
ne singl'oꝝ iūgebanť:ꝛ due tegebāt corpa
eoꝝ. Et vnūqǿq; eoꝝ corā facie sua ābula-
bat. Ubi erat ipet⁹ spūs illuc gdiebanť:nec
fuertebāť cū ābularēt. Et silitudo aialiū ꝛ
aspect⁹ eoꝝ q̄si carbonū ignis ardentiū: et
q̄si aspect⁹ lāpadaꝝ. Hec erat visio discur-
rens ī medio aialiū:splēdoꝛ ignis ꝛ de igne
fulgur egrediēs. Et aialia ibāt ꝛ fuertebā-
tur:ī silitudiez fulguris chorruscātis. Cūq;
aspicerē aialia:apparuit rota vna sup ťraz
iuxta aialia hns q̄tuor facies. Et aspectus
rotaꝝ ꝛ op⁹ eaꝝ q̄si visio maris:ꝛ vna sili-
tudo ipsaꝝ q̄tuor:ꝛ aspect⁹ eaꝝ ꝛ opa q̄si sit
rota ī medio rotæ. Per q̄tuor ꝑtes eaꝝ eū-
tes ibāt ꝛ ñ reuertebanť cū ābularēt. Alta
tura q; erat rotis ꝛ altitudo.ꝛ hórribiľ aspe
ct⁹:ꝛ totū corp⁹ oculť plenū ī circuitu ipaꝝ
q̄tuor. Cūq; ābularēt aialia:ābulabāt piť
ꝛ rotæ iuxta ea:ꝛ cū eleuarenť aialia de ť-
ra.eleuabāť silť ꝛ rotæ. Quocūq; ibat spūs:
illuc eūtē spū: ꝛ rotæ piť leuabanť seq̄ntes
eū. Spūs em̄ vitæ erat ī rotis. Cū eūtibo i-
bant:ꝛ cū stātibo stabāt:ꝛ cū eleuatis a ť-
ra:piť eleuabanť ꝛ rotæ seq̄ntes ea:qꝝ spūs
vitæ erat ī rotis. Et silitudo sup caput aia-
liū firmam̄ti q̄si aspect⁹ cristalli hórribiľ.ꝛ
extēti sup capita eoꝝ desup. Sb firmam̄to
ať pēne eoꝝ erectæ alť⁹ ad alterū. Unūqǿq;
duabo alis velabat corp⁹ suū:ꝛ alterꝝ silitер
velabať. Et audiebā sonū alaꝝ q̄si sonū a-
q̄ꝝ mltaꝝ q̄i sonū sblimis dei Cū ābularēt
q̄i son⁹ erat mltitudis vt son⁹ castroꝝ Cūq;
starēt dimittebanť pēne eoꝝ. Nā cū fieret
vox sup firmam̄tū qd erat sup caput eoꝝ:
stabant ꝛ submittebanť alas suas. Et sup
firmam̄tū qd erat īminēs capiti eoꝝ q̄i a-
spect⁹ lapidis saphiri. silitudo throni ꝛ sup
silitudiez throni silitudo q̄i aspect⁹ bois de
sup ꝛ vidi q̄i spēz electť:velut aspectū ignis
itrīsec⁹ ꝓ circuitū ei⁹:a lūbis ei⁹ ꝛ desup:ꝛ
a lūb ei⁹ vsq; deorsū vidi q̄i spēz ignis splē-
dētis ī circuitu.velut aspectū arc⁹ cū fuerit
i nube ī die pluuie. Hic erat aspect⁹ splēdo-
ris ꝓ giꝝ:hec visio similitudis glorie dñi.

Et vidi et cecidi in faciem Ca.II.
meaz:ꝛ audiui vocē loq̄ntis. Et di
xit ad me. Fili bois sta sup pedes
tuos et loq̄r tecū. Et īgressus ē in me spūs
postq̄ locut⁹ ē mihi:ꝛ statuit me sup pedes
meos ꝛ audiui loq̄ntē ad me ꝛ dicentē. Fili
bois mitto ego te ad filios isrl'.ad gētes a
postaťces q̄ rcessert a me. prēs eoꝝ ꝑuari-
cati sť pactū meū vsz ad diē hāc ꝛ filij dura
facie ꝛ īdomabili corde sūt ad q̄s ego mitto
te. Et dices ad eos Hec dicit dñs de⁹:si qꝝ
te vel ipi audiant:ꝛ si forte q̄escant.qm̄ do
m⁹ exasperans ē:ꝛ sciēt qꝝ ꝓpha fuerit ī me
dio eoꝝ. Tu q̄ fili bois ne timeas eos neq;
fmones eoꝝ metuas:qm̄ increduli et sub-
uersores sūt tecū ꝛ cū scorꝑiōibo hītas. Ver
ba eoꝝ ne tieas:et vult⁹ eoꝝ ne formides:
qꝝ dom⁹ exasperans est. Loq̄ris q̄ verba mea
ad eos si forte audiant et q̄escant:qm̄ irri-
tatores sūt. Tu ať fili bois audi q̄cunq; lo-
q̄r ad te:et noli eē exasperans sicut dom⁹ ex-
asperatrix ē. Apies os tuū:ꝛ comede q̄cunq;
ego do tibi. Et vidi:ꝛ ecce manus missa ad
me.in q̄ erat inuolut⁹ liber:ꝛ expandit illū
corā me q̄ erat script⁹ int⁹ ꝛ foris: ꝛ scripte
erāt in eo lam̄tatōnes ꝛ carmē ꝛ ve Ca.III

Et dixit ad me. Fili bois:qdcūq; ī-
ueneris comede. Comede volumen
istud:ꝛ vadens loquē ad filios isrl'
Et apui os meū:ꝛ cibauit me volumīe illo
Et dixit ad me. Fili bois: vēť tu⁹ comedet
ꝛ viscera tua ꝛplebūť volumīe isto qd ego
do tibi. Et comedi illud ꝛ factū ē ī ore meo
sic̄ mel dulce. Et dixit ad me. Fili bois va-
de ad domū isrl':et loq̄ris ꝟba mea ad eos.
Nō eī ad ꝓl'm pfūdi fmonis ꝛ ignotæ līgue
tu mitteris ad domū isrl':neq; ad ꝓl'os ml'
tos pfūdi fmōis ꝛ ignotæ līgue:q̄ꝝ ñ possis
audire fmones. Etsi ad illos mittēris ipsi
audirent te. Dom⁹ ať isrl' nolūt audire te:
qꝝ nolūt audire me. Uīs q̄pe dom⁹ isrl' atē-
ta frōte ē:ꝛ duro corde Ecce dedi faciē tuā
valentiorē faciebo eoꝝ ꝛ frōtē tuā durioꝛē
frōtibo eoꝝ:ꝛ vt adamātē ꝛ vt silicē dedi fa
ciē tuā Ne tieas eos neq; metuas a facie e-
oꝝ:qꝝ dom⁹ exasperās ē. Et dixit ad me. Fili
bois:oēs fmones meos q̄s ego loq̄r ad te
assume ī corde tuo ꝛ auribo tuis audi ꝛ vade
īgredē ad ťnsmig̃tōez ad filios ꝓl'i tui ꝛ lo
q̄ris ad eos ꝛ dices eis. Hec dicit dñs de⁹:si

forte audiāt ⁊ qescāt. Et assūpsit me spūs : et audiui p̄ me vocē pmocōis magne .bñ dcta gl̄a dñi ꝺ loco suo:⁊ vocē alap aīali uz pcuciētiū altērā ad alt̄az:⁊ vocē rotap sequentiū aīalia:⁊ vocē pmocōis magne. Spūs q̄z leuauit me ⁊ assūpsit me:⁊ abij amar⁹ ī ībīgcōe spūs mei. Man⁹ eī dñi ēat pfortās me. Et veni ad ēnsmigtōz ad aceruū nouap frugū .ad eos qui hītabāt iuxta flum̄ chobar:⁊ sedi vbi illi sedebāt:⁊ māsi ibi septē diebꝫ merēs ī medio eop. Cū aī pēnsissēt septē dies:factū est ꝺbū dñi ad me dicēs. Fili hōis.speculatorē dedi te domui isrl̄:⁊ audies ꝺ ore meo ꝺbū:⁊ ānūciab eis ex me. Si dicētē me ad īpium mortē morieris:ñ ānūciaueris ei.neq; locut⁹ fueris vt auertat̄ a via sua īpia ⁊ viuat:ipe īpi⁹ ī iniqtate sua morietᵗ: sāguinē ei⁹ de mānu tua rq̄rā. Si aī tu ānūciaueris īpio.⁊ ille ñ fuerit puers⁹ ab īpietate sua ⁊ a via sua īpia: ipe qdē ī īpietate sua morietᵗ:tu aī aīaz tu ā liberasti. Soz etsi puers⁹ iustus a iusticia sua fuerit:⁊ fecerit iniqtatē:ponā offēdiculuz corā eo. Ipe morietᵗ qz ñ ānūciasti ei. In pcto suo morietᵗ:et ñ erūt ī mēoria iusticie ei⁹ q̄s fecit:sāguinē vero ei⁹ de mānu tua requirā. Si aī tu ānūciaueris iusto vt ñ peccet iust⁹.⁊ ille ñ peccauerit:viuēs viuet qz ānūciasti ei:⁊ tu aīaz tuā liberasti. Et facta ē sup me man⁹ dñi:⁊ dixit ad me. Surgēs egredē ī cāpū.⁊ ibi loq̄r tecū. Et surgēs egress⁹ sū ī cāpū:⁊ ecce ibi gl̄a dñi stabt̄ q̄sī gl̄a quā vidi iuxta fluuiū chobar:et cecidi ī faciē meā. Et īgress⁹ ē ī me spūs:et statuit me sup pedes meos:⁊ locut⁹ est mihi:et dixit ad me. Ingredē:et īcludē ī medio dom⁹ tue. Et tu fili hōis.ecce data sūt sup te vīcula ⁊ ligabūt te ī eis.⁊ ñ egrediēis ī medio eop: et līguā tuā adherē faciā palato tuo ⁊ ēis mut⁹. nec q̄sī vir obiurgās:qz domꝰ exasperās ē. Cū aī locut⁹fuero tibi aperiā os tuū ⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Qui audit audiat.et q̄ qescit qescat:qz dom⁹ exasperās est Capitulū . IIII .

Et tu fili hōis:sume tibi laterem ⁊ pones eū corā te ⁊ describes ī eo ciuitatē ihrl̄m. Et ordiab aduers⁹ eā ī obsidionē ⁊ edificab munitōes ⁊ pportab aggerē:et dab pt̄ eā castra ⁊ pones arietes ī gȳro. Et tu sume tibi sartaginē ferreā.et pones eā ī murꝫ ferreū īter te ⁊ īter ciuitatē:⁊ obfirmab faciē tuā ad eā ⁊ erit ī obsidionē et circūdab eā. Signū ē domui isrl̄. Et tu dormies sup lat⁹ tuū sinistꝫ:⁊ pones iniqtates dom⁹ isrl̄ sup eo numero dieꝫ qbꝫ dormies sup illud:⁊ assumes iniqtates eoꝫ. Ego aī dedi tibi ānos iniqtatis eoꝫ nūero dieꝫ trecētos ⁊ nōagīta dies:⁊ portab iniqtatē dom⁹ isrl̄ Et cū ppleueris hec.dormies sup lat⁹ tuū dextꝫ scdo ⁊ assumes iniqtatē dom⁹ iuda q̄dragīta diebꝫ .Diē p ānō:diē īquāp āno dedi tibi. Et ad obsidiōez ihrl̄m pduertes faciē tuā:et brachiū tuū ēit extē tum et pphab aduers⁹ eā. Ecce circūdedi te vīcul̄ et ñ te puertes a latē tuo ī lat⁹ aliud donec ppleas dies obsidionis tue. Et tu sume tibi frumētū ⁊ ordeū ⁊ fabā ⁊ lētē ⁊ miliū ⁊ vicia.⁊ mittes ea in vas vnū:⁊ facies tibi panes numero dierū q̄bꝫ dormies sup lat⁹ tuū. Trecētis et nonagīta diebꝫ pmedes illud. Cibꝫ aī tu⁹ q̄ vescēris:erit ī pōdere vigīti stateres ī die. A tpe usq; ad tp̄m pmedes illud .Et aquā ī mēsura bibes sextā pt̄ hin. A tēpore usq; ad tp̄m bibes illud Et q̄si subcinericiū ordeaceū pmedes illud ⁊ stercore qꝺ egreditur de boīe operies illud ī oc̄lis eoꝫ .Dec dicit dñs. Sic pmedēt filij isrl̄ panē suū pollutū inter gētes:ad q̄s eicia eos. Et dixi. A.a.a.dñe de⁹. Ecce aīa mea ñ ē polluta:⁊ morticinū ⁊ laceratū a bestijs ñ pmedi ab īfācia mea usq; nūc: et ñ ē ingressa os meū oīs caro īmūda. Et dixit ad me. Ecce dedi tibi fimū boū p stercoribꝫ huāis ⁊ facies panē tuū ī eo Et dixit ad me. Fili hoīs ecce pterā baculū panis in ihrl̄z et pmedēt panē suū ī pōdē ⁊ ī solicitudīe et aquā ī mēsura ⁊ ī āgustia bibēt vt ꝺficiētibꝫ pane ⁊ aq̄ corruat vnusq̄sq; ad frēz suū ⁊ ptabescāt ī iniqtatibꝫ suis Ca. V

Et tu fili hoīs sume tibi gladiū acutū radētē pilos:⁊assumes eū et ducces p caput tuū ⁊ p barbā tuā:et assumes tibi statерā pōderis ⁊ diuides eos Tēciā pt̄ igni pbures ī medio ciuitatis impta pplet̄z dieꝫ obsidionis:⁊ assumes tertiā pt̄ ⁊ pcides gladio ī circuitu ei⁹:tertiā dispro aliā dispges ī vētū.⁊ gladium nudabis post eos. Et sumes inde puū numerꝫ ⁊ ligabis eos ī sumitatē pallij tui:et ex eis rursū tolles et proicies eos in medio ignis et cōburēs eos igni:et ex eo egredietur ignis i omnem domū isrl̄. Hec dicit dñs de⁹. Ista

ē ibr'm. In medio gētiū posui eā ⁊ ī circui
tu ei⁹ ⁊ras. Et ꝓtēplit iudicia mea vt pl⁹ eēt
ipia ꝙ gentes: ⁊ ꝑcepta mea vlt̄ ꝙ ⁊re q̄ in
circuitu ei⁹ sūt. Iudicia eī mea ꝓiecer̄t: in
ꝑceptis meis ñ ābulauer̄t. Idcirco hec di-
cit dñs de⁹: quia supastis gētes q̄ ī circuitu
vīo sūt ⁊ ī ꝑceptis meis ñ ābulastis ⁊ iudi-
cia mea ñ fecistis: ⁊ iuxta iudicia gēciū q̄ ī
circuitu vīo sunt ñ estis opati: iō hec dicit
dñs de⁹. Ecce ego ad te: ⁊ ipe ego faciaz in
medio tui iudicia ī ocul' gentiū ⁊ faciam ī
te q̄ ñ feci. ⁊ q̄d silia vlt̄ ñ faciam: ꝓt̄ oēs
aboiatōnes tuas. Idco comedent pēs fili-
os ī medio tui ⁊ filij cometēt pēs suos. Et
faciaz ī te iudicia: ⁊ vētilabo vniuersas re
liq̄as tuas ī oēm ventū. Idcirco viuo ego
dicit dñs de⁹ nisi ꝓeo ꝙ sc̄m meū violasti
ī oīb offensioīb tuis ⁊ ī cūctis aboiatōīb
tuis: ego q̄ꝙfrigā: ⁊ ñ ꝑcet oculus me⁹ ⁊ ñ
miserebor. Tercia ꝑs tui peste morier̄ ⁊ fame
ꝓsumet̄ ī medio tui: ⁊ t̄cia ꝑs tui ī gladio
cadet ī circuitu tuo. Terciā vo ꝑt̄ tuam ī
oēm ventū dispgā: ⁊ gladiū euaginabo p⁹
eos. Et ꝓplebo furoꝛē meū: ⁊ req̄escē faciā
idīgtionē meā ī eis: ⁊ ꝓsolabor. Et sciēt q̄
ego dñs locut⁹ sū in zelo meo: cū īpleuero
oēm indīgtionē meā ī eis. Et dabo te ī de-
stū ⁊ ī obprobriū gētīb q̄ ī circuitu tuo sūt
ī ꝓspctu oīs ꝑtereūtis. Et eris obprobriū ⁊
blasphēia exēplū ⁊ stupoꝛ ī gētīb q̄ ī circui
tu tuo sūt: cū fecero ī te iudicia ī furoꝛe ⁊ ī
īdīgtione ⁊ ī cre patōīb ire q̄ ego dñs locu
t⁹ sū: qñ misero sagittas famis pessimas q̄
er̄t mortifē: ⁊ q̄s mittā vt dispdam vos. Et
famē ꝓgregabo sup vos: ⁊ cōterā ī vob ba-
culū panis: ⁊ īmittaz ī vob famē ⁊ bestias
pessimas vsq̄ ad inēnitōem. Et pestilētia ⁊
sanguis trāsibūt ꝑ te ⁊ gladiū inducaz sup
te. Ego dñs locut⁹ sum. Ca. VI.

Et fact⁹ ē ꝝmo dñi ad me dicēs. Fi
li hoīs. pone faciē tuam ad mōtes
isr'l: ⁊ ꝓphabis ad eos ⁊ dices. Mō-
tes isr'l audite verbū dñi dei. Hec dicit dñs
de⁹ montib ⁊ collib. rupib ⁊ vallib Ecce
ego īducaz sup vos gladiū ⁊ dispdam excel
sa vrā: ⁊ demoliar aras vrās ⁊ ꝓfrīgent̄ si-
mulac̄ vrā: ⁊ deiciaz interfectos vīos añ ỹdo
la vrā. Et dabo cadauera filioꝝ isr'l añ fa-
ciē simulacroꝝ vīoꝝ: ⁊ dispgā ossa vrā cir
cū aras vrās ī oīb hītatōnib vīis. Urbes
desēte er̄t: ⁊ excelsa demolient̄ ⁊ dissipabūt̄:
et interībūt are vīe ⁊ ꝓfrīgent̄: ⁊ cessabūt
ỹdola vrā: ⁊ ꝓterent̄ delubra vrā: ⁊ delebūt̄
opa vrā: ⁊ cadet interfect⁹ ī medio vī: ⁊ scie-
tis q̄ ego sum dñs. Et rēliquaz ī vob eos q̄
fugerīt gladiū ī gētib. cū dispsero vos ī t̄-
ris: ⁊ r̄cordabunt̄ mei liberati vī ī gētib
ad q̄s captiui ducti sūt: q̄ ꝓtui cor eoꝝ for
nicans ⁊ r̄cedens a me. ⁊ oculos eoꝝ forni-
cātes p⁹ ỹdola sua ⁊ displicebūt sibimet sup
malis q̄ fecerāt ī vniuers abomiatōīb suis
et sciēt q̄ ego dñs. ñ frust̄ locut⁹ sū vt face
rē eis malū hoc. hec dicit dñs de⁹. Percute
manū tuaz ⁊ allide pedez tuū: ⁊ dic heu ad
oēs aboiatōes maloꝝ dom⁹ isr'l: q̄ gladio
fame ⁊ peste ruituri sunt. Qui lōge ē peste
morier̄: ⁊ q̄ ad pe. gladio corruet ⁊ q̄ relict⁹
fuerit ⁊ obsessus fame morier̄. Et ꝓplebo ī-
dīgtionē meaz ī eis ⁊ scietis q̄ ego dñs cū
fuerīt interfecti vī ī medio ỹdoloꝝ vīoꝝ in
circuitu araꝝ vrāꝝ ī omni colle excelso. ⁊ ī
cūctis sūmitatib mōtiū ⁊ subt⁹ omē lignū
nemorosū ⁊ subt⁹ vniuersaz q̄rcū frōdosam
ib ē locū vbi accēder̄t thura redolētia vni-
uers ỹdol' suis. Et extēdam manū meā sup
eos: ⁊ faciaz t̄raz eoꝝ desolatā ⁊ destitutaz
a deserto de blata in oīb hītatōīb eoꝝ: ⁊ sci-
ent quia ego dñs. Ca. VII.

Et fact⁹ ē ꝝmo dñi ad me dicēs. Et
tu fili hoīs: hec dicit dñs de⁹ terre
isr'l. Finis venit: venit finis sup q̄
tuoꝛ plagas t̄re. Nūc finis sup te: ⁊ īmittā
furoꝛē meū ī te. Et iudicabo te iuxta vias
tuas: ⁊ ponaz ꝓt̄ te oēs abomiatōes tuas.
Et ñ ꝑcet oculus me⁹ sup te ⁊ ñ miserebor:
sed vias tuas ponam sup te ⁊ abomiatōes
tue in medio tui er̄t: et scietis q̄ ego dñs.
Hec dicit dñs de⁹. Afflictō vna: afflictō ec-
ce venit. Finis venit: venit finis. Euigila-
uit aduersū te: ecce venit. Uenit ꝓtritō sup
te q̄ hītas in t̄ra. Uenit tēp⁹: ꝙe ē dies oc-
cisiōis ⁊ ñ glorie mōtiū. Nūc de ꝙpinq̄ effū-
dam irā meam sup te: ⁊ ꝓplebo furoꝛē meū
ī te. Et iudicabo te ꝝm vias tuas: ⁊ īponā
tibi oīa scelera tua Et ñ ꝑcet oc'lus me⁹ nec
miserebor: sz vias tuas īponā tibi ⁊ aboīa-
tōes tue ī medio tui er̄t: ⁊ scietis q̄ ego sū
dñs ꝑcuciēs. Ecce dies: ecce venit. Egressa
ē ꝓtritō: floruit ṽga. germiauit superbia: ini
q̄tas surrexit ī ṽga īpietatis. Nō ex eis nō
ex ꝙ'o: neq̄ ex sonitu eoꝝ: ⁊ ñ erit req̄es ī
eis. venit tēp⁹: appropiq̄uit dies. Qui emit

nō letæ. ⁊ q̄ vēdit ñ lugeat q̄ ira sup oēm
plm ei⁹: q̄ q̄ vēdit ad id qđ vēdidit nō re-
uertæ: et adhuc ī viuētib⁹ vita eor. Visio
eñ ad oēz mltitudinē ei⁹ ñ regredieſ ⁊ vir
ī iiq̄tatæ vitæ sue ñ ꝓfortabiſ. Canite tuba
ꝓparēſ oēs: ⁊ ñ ē q̄ vadat ad plīū. Ira eñ
mea sup vniuersū plm ei⁹. Gladi⁹ foris pe
stis ⁊ fames ītrinsec⁹. Qui ī agro ē gladio
morieſ. ⁊ q̄ ī ciuitatæ. pestilēcia ⁊ fame ꝺuo
rabunſ ⁊ saluabūſ q̄ fugerīt ex eis. Et eſt
ī mōtib⁹ q̄i colūbe ꝙualliū: oēs trepidi: v-
nusq̄sq⁹ ī iiq̄tatæ sua. Oēs mā⁹ dissoluēſ: ⁊
oīa genua fluēt aq̄s. Et accīgēt se cilicijs.
⁊ operiet eos formido: ⁊ ī oñi facie ꝓfusio
⁊ ī vniuersis capitib⁹ eor caluiciū Argētū
eor foris piciēſ: et aur eor in sterq̄liniū
erit. Argētū eor ⁊ aur eor ñ valebit libe
rare eos: ī die furoris dñi. Aiaz suā nō sa-
turabūt ⁊ vētres eor ñ īplebūſ: q̄ scādа-
lū iiq̄tatis eor factū ē ⁊ ornamētū monili
ū suor ī supbiā posuerūſ: ⁊ imagīes aboīa-
tōnū suar ⁊ simulacror feceſt ex eo. Pro-
pter hoc ꝺedi eis illud in īmūdiciā: ⁊ dabo
illud ī mā⁹ alienor ad diripiēdū ⁊ īpijs ē-
re ī pdā: ⁊ ꝓtaīnabūt illud. Et auertā faci-
em meā ab eis: ⁊ violabūt archanuz meū:
⁊ ītroibūt ī illud emissarij: ⁊ ꝓtamīabūt il
lud. Fac ꝓclusiōez: qm̄ ſra plena ē iudicō
sāguinū: ⁊ ciuitas plena iiq̄tatæ Et adꝺu-
cā pessimos ꝺ gētib⁹ ⁊ possiꝺebūt dom⁹ eor
Et q̄escē faciā supbiā potētiū ⁊ possiꝺebūt
sāctuaria eor. Angustia supueniētæ req̄-
rēt pacē: ⁊ nō erit. Cōſbacō sup ꝓſbacōnē
veniet: ⁊ audit⁹ sup auditū. Et q̄rēt visiōz
de pha: ⁊ lex pibit a sacerꝺotē: ⁊ ꝓsilium a
senioꝛb⁹. Rex lugebit: ⁊ principes induēſ
meroꝛe. ⁊ man⁹ plī ſre ꝓſbabūſ. Secūꝺū
viā eor faciā eis: ⁊ scom iudicia eor iudi-
cabo eos: ⁊ sciēt q̄ ego dñs Capi. VIII.

Et factuz est in āno sexto. in sexto.
mēse ī q̄nta mēſ ego sedebā ī domo
mea ⁊ senes iuda sedebāt corā me.
Et cecidit ibi sup me man⁹ dñi dei. Et vidi
⁊ ecce silitudo q̄i aspect⁹ ignis. Ab aspectu
lumboꝛ eius et deoꝛsum ignis ⁊ a lumbis
eius et surſum. quasi aspectus splendoꝛis:
et visio electri. Et emissa similitudo man⁹
apphēdit me ī cīcīno capitis mei. ⁊ eleua-
uit me spūs inſ celū ⁊ ſraz: ⁊ adꝺuxit me ī
hirlz ī visiōz dei iuxta ostiū ītroi⁹ qđ fspi-
ciebat ad aq̄lonē. vbi erat statutū ydoluz
zeli ad puocādā emulacōz. Et ecce ibi gla
dei isrl fm visiōz quā viderā ī cāpo: ⁊ dix-
it ad me. Fili hoīs leua ocl̄os tuos ad viā
aq̄lonis. Et leuaui ocl̄os meos ad viā aq̄-
lonis: ⁊ ecce ab aq̄lone portæ altaris. ydo-
lū zeli ī ipo ītroitu. Et dixit ad me. Fili ho
mīs: putasne vides tu q̄ đ isti faciūt. abōi-
nacōes magnas q̄s domus isrl facit hic. vt
pcul recedā a sāctuario meo: Et adhuc ꝓ-
uers⁹ videb abōinacōes maioꝛes. Et ītro-
duxit me ad ostiū atrij. Et vidi ⁊ ecce fora
mē vnū ī parietæ. Et dixit ad me. Fili ho-
mīs fode pietē. Et cū fodissē pietē: appuit
ostiū vnū. Et dixit ad me. Ingrede: et vi-
abōinacōes pessimas q̄s isti faciūt hic. Et
īgress⁹ vidi: et ecce oīs similitudo reptiliū
⁊ aīaliū aboīnacō: ⁊ vniuersa ydola dom⁹
isrl ꝺpicta erāt ī pietæ ī circuitu p totū. Et
septuagīta viri ꝺ senioꝛib⁹ dom⁹ isrl. et ie-
chonias fili⁹ saphan stabat ī medio eoruz
stātiū añ picturas: ⁊ vnusq̄sq⁹ hēbat thu-
ribulū ī mānu sua: ⁊ vapoꝛ nebule de thure
ꝓsurgebat. Et dixit ad me. Certe vides fili
hoīs q̄ senioꝛes dom⁹ isrl faciūt ī tenebris
vnusq̄sq⁹ in abscōdito cubil suī. Dicūt enī.
Nō videt dñs nos. Deliq̄t dñs traz. Et di-
xit ad me. Adhuc ꝓuers⁹ videb aboīacōes
maioꝛes q̄s isti faciūt. Et ītroduxit me per
ostiū poꝛte dom⁹ dñi qđ respiciebat ad aq̄-
lonē. Et ecce ibi mleres sedebāt plāgentes
adonidem. Et dixit ad me. Certe vidisti fili
hoīs. Adhuc ꝓuersus videb aboīacōes ma-
ioꝛes hijs. Et ītroduxit me ī atrium dom⁹
dñi ītroi⁹. Et ecce ī ostio tēpli dñi ī vesti-
bulū ⁊ altaē q̄si viginti q̄nq⁹ viri dorsa bnēs
ꝓ tēplū dñi et facies ad oriētē: ⁊ adorabāt
ad ortuz solis Et dixit ad me. Certe vidisti
fili hoīs. Nūq̄d leue est hoc domui iuda. vt
facerēt aboīacōes istas q̄s feceſt hīc q̄ re-
plētes ſrā iiq̄tatæ ꝓuersi sunt ad irritādū
me. Et ecce applicāt ramū ad nares suas.
q̄ ⁊ ego faciā ī furoē: ñ pcet ocl̄s me⁹ nec
miſebor: et cū clamauerīt ad aures meas
voce mag nō exaudiā eos Capi. IX.

Et clamauit ī auribus meis voce mag
dicēs. Appinq̄ueſt visitatōes vrb: et vnus-
q̄sq⁹ vas īſfectōis hī in mānu sua: ⁊ ecce sex
viri veniebāt ꝺ via portæ supioꝛis q̄ rspicit
ad aq̄lonē: ⁊ vnusq̄sq⁹ vas ītrit⁹ ī mānu ei⁹.
Vir q̄z vn⁹ ī medio eor vestit⁹ lineis: ⁊ atr-
mētariū scriptoꝛis ad renes ei⁹. Et ingressi

Ezechiel

ſunt:⁊ ſtetɛ̃rt iuxta altare eneũ. Et gloria
dñi iſrl̃ aſſũpta ẽ de cherub:q̃ erat ſup eum
ad limẽ dom⁹. Et vocauit vir̃ q̃ ĩdut⁹ erat
lineis:et atr̃mentariũ ſcriptoris habebat ĩ
lũb ſuis. Et dixit dñs ad eũ. Trãſi p mediã
ciuitatɛ̃ ĩ medio ihrl̃m:⁊ ſig̃ thau ſup frõ-
tes viror̃ gemẽtiũ⁊ dolẽtiũ ſup cẽtis aboia
tiõib⁹ q̃ fiũt ĩ medio ei⁹. Et ill̃ dixit audiẽte
me. Trãſite p ciuitatẽ ſeq̃ntes eũ⁊ pcutite.
Non pcat oculus vr̃:neq̃ miſeãmi. Senes
adoleſcẽtulũ⁊ virginẽ.puerũ et mr̃ieres i-
ɛ̃ficite:vſq̃ ad int̃nitõez. Oẽm at̃ ſup quez
videritis thau ne occidatis: et a ſcẽtuario
meo incipite. Cepɛ̃rt g̃ a viris ſenioribꝰ:q̃
erãt añ faciẽ dom⁹. Et dixit ad eos. Conta
miate domũ⁊ ĩplete atria int̃fectis. Egre-
dimi. Et egreſſi ſt̃ et pcuciebãt eos q̃ erãt ĩ
ciuitate. Et cede cõpleta r̃manſi ego:ruiq̃
ſup faciẽ meaz⁊ clamans aio. heu heu heu
dñe de⁹. Ergo ne diſpdas oẽs reliq̃as iſrl̃.
effũdens furorẽ tuũ ſup ihrl̃m! Et dixit ad
me. Iniq̃tas dom⁹ iſrl̃ et iuda magna ẽ ni-
mis valde:et r̃pleta ẽ ɛ̃ra ſãguinibꝰ:et ciui
tas repleta ẽ auerſione. Dixɛ̃rt em̃. Deli-
q̃t domin⁹ tɛ̃rrã:et dñs ñ videt. Igr̃ et me-
us ñ pcet oculus:neq̃ miſebor. Etiam eor̃
ſup caput eor̃ reddam. Et ecce vir q̃ erat
indut⁹ lineis q̃ habebat atr̃mentariũ ĩ lor-
ſo ſuo:rñdit verbũ dicens. Feci ſicut p̃ce-

Et vidi:⁊ ecce. piſti mihi Ca.X
in firmamẽto qđ erat ſup caput che
rubin q̃ſi lapis ſaphir⁹:et q̃ſi ſpẽs
ſimilitudis ſolij apparuit ſup eum Et dixit
ad vir̃ q̃ indut⁹ erat lineis:et ait. Ingredẽ
ſ medio rotar̃ q̃ ſunt ſubt⁹ cherubin⁊ ĩple
manũ tuam pumis ignis q̃ ſunt int̃ cheru-
bi:et effunde ſup ciuitatɛ̃. Ingreſſuſq̃ eſt ĩ
cõſpectu meo. Cherubin at̃ ſtabãt a dext̃s
dom⁹ cũ ingederet̃ vir:⁊ nubes ĩpleuit at̃-
um int̃ri⁹. Et eleuata eſt gloria dñi de ſup
cherub ad limẽ dom⁹⁊ repleta eſt dom⁹ nu-
be. Et atriũ repletũ eſt ſplendore gl̃ie dñi:⁊
ſonit⁹ alar̃ cherubi audiebat̃ vſq̃ ad atriũ
exteri⁹:q̃i vox loq̃ntis dei oipotẽtis. Cũq̃
p̃cepiſſet viro q̃ ĩdut⁹ erat lineis dicẽs ſũe
ignẽ ꝺ medio rotar̃ q̃ ſt̃ int̃ cherubi:ĩgreſ-
ſus ille ſtetit iuxta rotã Et extẽdit cherub
manũ ſuã de medio cherubi ad ignẽ q̃ erat
ĩt̃ cherubin⁊ ſũpſit⁊ dedit man⁹ ei⁹ q̃ ĩdut⁹
erat lineis:q̃ accipiẽs egreſſ⁹ ẽ. Et apparuit
i cherubi ſil̃itudo mã⁹ boꝭ ſbt⁹ pẽnas eor̃

Et vidi: et ecce q̃tuor rote iuxta cherubi.
Rota vna iuxta cherub vnũ⁊ rota alia iu-
xta cherub vnũ. Spẽs at̃ rotar̃ erat q̃i vi
ſio lapidis criſoliti: et aſpect⁹ ear̃ ſil̃itudo
vna q̃tuor:q̃i ſi ſit rota ĩ medio rote. Cũq̃
ãbularẽt ĩ q̃tuor ptes g̃diebant̃ ⁊ ñ reuer
tebant̃ ãbulantes:ſz ad locũ ad quẽ ire de-
cli̇abat q̃ p̃ma erat:ſeq̃bant̃⁊ certe:nec cõ
uertebãt̃. Et om̃e cor̃p⁹ ear̃⁊ colla⁊ man⁹
et pẽne⁊ circuli plena erãt oc̃lis ĩ circuitu
q̃tuor rotar̃:⁊ rotas iſtas vocauit volubi-
les audiẽte me. Quatuor at̃ facies habebat
vnũ. Facies vna facies cherub⁊ facies ſe-
cũda facies boꝭ:⁊ ĩ ɛ̃cia facies leonis:et ĩ
q̃rto facies aq̃le. Et eleuate ſt̃ cherubi:ipm
ẽ aial qđ viderã iuxta flumẽ chobar. Cũq̃
ãbularẽt cherubi ibant pit̃⁊ rote iuxt̃ ea
et cũ eleuarẽt cherubi alas ſuas vt exalta-
rẽt̃ de ɛ̃ra ñ r̃ſidebãt rote:ſz⁊ ipe iuxta e-
rãt. Stãtibꝰ ill̃ ſtabãt:⁊ cũ eleuatis eleua-
bant̃. Spũs ei vite erat ĩ rotis. Et egreſſa
ẽ gl̃ia dñi a limie tẽpli⁊ ſtetit ſup cherubi.
et eleuãtia cherubi alas ſuas exaltata ſt̃ a
ɛ̃ra corã me⁊ ill̃ egrediẽtibꝰ rote q̃ſ bſecu-
te ſt̃.⁊ ſtetit ĩ introitu porte dom⁹ dñi orie
talis⁊ gl̃ia dei iſrl̃ erat ſup ea. Ipm ẽ aial
qđ vidi ſubt̃ deũ iſrl̃ iuxta fluuiũ chobar.
Et ĩtellexi q⁊ cherubi eẽnt. Quatuor p q̃tu
or vult⁹ vni:⁊ q̃tuor ale vni:⁊ ſil̃itudo ma-
n⁹ boꝭ ſub alis ear̃. Et ſil̃itudo vultuũ eo-
rum:ipſi vult⁹ q̃s videraz iuxta fluuiũ cho
bar:⁊ intuit⁹ eor̃ et impet⁹ ſingulor̃ ante
faciem ſuam ingrediebant̃. Ca.XI.

Et eleuauit me ſpũs: et introduxit
me ad portã dom⁹ dñi orientalez q̃
r̃ſpicit ad ſol̃ ortũ. Et ecce ĩ introi
tu porte viginti q̃nq̃ viri⁊ vidi ĩ medio ear̃
iechoniaz filiũ azur⁊ pheltiaz filiũ banaie
pncipes pl̃i. Dixitq̃ ad me. Fili boꝭ:hij
viri cogitãt iniq̃tatɛ̃.et tẽtant ꝑ ſiliũ peſſi
mũ ĩ vrbe iſta dicẽtes. Nõne dudũ edifica-
te ſt̃ dom⁹ ! Hec ẽ lebes:nos at̃ carnes. Id-
circo vaticiaẽ de eis:vaticiaẽ fili boꝭ. Et
irruit ĩ me ſpũs dñi:⁊ dixit ad me. Loq̃re.
Hec dicit dñs. Sic locuti eſtis dom⁹ iſrl̃:et
cogitatões cordis vr̃i ego noui. Plurimos
occidiſtis ĩ vrbe hac⁊ ĩpleſtis vias ei⁹ ĩt̃fe-
ctis. ꝓt̃ea h̃ dicit dñs. ĩt̃fecti vr̃i q̃s poſui
ſtis ĩ medio ei⁹ hij ſt̃ carnes:et hec ẽ lebes:
⁊ educã vos de medio ei⁹ Gladiũ metuiſtis
et gladiũ inducã ſup vos dicit dñs de⁹. Et

ecia vos ꝺ medio ei⁹ Daboꝙ vos ī manū
hostiū:ꝙ facia in vob iudicia. Gladio cade-
tis. Jn finibꝫ isrł iudicabo vos:ꝙ scietis qꝛ
ego dns.hec ñ erit vob ī lebetē:ꝙ vos ñ eri
tis ī medio ei⁹ ī carnes. Jn finibꝫ isrł iudi-
cabo vos:ꝙ scietis qꝛ ego dns. Quia ī ꝓce-
ptis meis ñ ābulastis:ꝙ iudicia mea ñ feci
stis:ꝑ iuxta iudicia gētiū q̄ ī circuitu vr̄o
sūt estis opati. Et factū ē cū ꝓpharē:phel-
tias filí⁹ banaie mortu⁹ ē. Et cecidi ī faciē
meā clamās voce magna Et dixi. Oeu heu
heu dne de⁹:ꝓsumacōꝛ tu facis reliq̄aruꝛ
isrł. Et fctm ē ꝺbū dni ad me dicēs Fili ho
mis:frēs tui ꝙ viri ꝓpinq̄ tui.ꝙ oīs domus
isrł. ꝙ vniuersi q̄bꝫ dixer̄t hītatores ihrł'm
lōge recedite a dño:nob data ē tra ī possel
siōez:ꝓt̄ea hec dicit dns de⁹. Qꝛ lōge feci
eos ī gētibꝫ:ꝙ qꝛ dispsi eos ī tris:ero eis in
sctificatōꝛ modica ī tris ad q̄s vener̄t. ꝓt̄-
ea loqre. Oec dicit dns de⁹. Cōgregabo vos
ꝺ ꝓpłis:ꝙ adunabo te tris ī q̄bꝫ dispsi estis
daboꝙ vob humū isrł. Et īgredier̄ illuc:ꝙ
auferēt oēs offēsiōes cūctasqꝫ aboīatōnes
ei⁹ ꝺ illa. Et dabo eis coꝛ vnū:ꝙ spm̄ nouū
tribua ī visceribꝫ eoꝝ. Et auferā coꝛ lapide
uꝫ ꝺ carne eoꝝ.ꝙ dabo eis coꝛ carneū:vt ī
ꝓceptis meis ābulēt.ꝙ iudicia mea custodi
ant.faciātqꝫ ea:ꝙ sint mihi ī ꝓpłm.ꝙ ego sī
eis ī deū. Quoꝝ aī coꝛ p⁹ offēdicł'a ꝙ aboīa-
tōes suas ābulat:boꝝ viaꝫ ī capite suo po-
nā dic dns de⁹. Et eleuaver̄t cherubī alas
suas.ꝙ rote cū eis ꝙ gł'a dei isrł' erat sup eos
Et ascēdit gł'ia dni ꝺ medio ciuitatis: ste-
titqꝫ sup mōtē q̄ est ad oriētē vrb̄. Et spūs
leuauit me:adduxitqꝫ ī caldeā ad t̄nsmig̃-
tōꝛ ī visiōez ī spū dei:ꝙ sublata ē a me visio
quā videra. Et locut⁹ suꝛ ad t̄nsmig̃tōꝛ oīa
ꝺba dni:q̄ ostēderat mihi. Capitu.XII.

ET fact⁹ ē ꝑmo dni ad me dicēs. Fi
li hoīs. ī medio dom⁹ exaspātis tu
hītas:q̄ oc'los hn̄t ad videndū et nō
videt.ꝙ aures ad audiendū ꝙ ñ audiūt:qꝛ do
m⁹ exaspās ē . Tu g̃ fili hoīs fac tibi vasa
t̄nsmigcōis:ꝙ t̄nsmig̃ꝺ p die coram eis.t̄ns-
mig̃ꝺ aī ꝺ loco tuo.ad locū altꝝ ī ꝓspectu
eoꝝ (si forte aspiciāt) qꝛ dom⁹ exasperās ē.
Et efferes foras vasa tua.q̄ vasa t̄nsmig̃ti
ōis p die:ī ꝓspectu eoꝝ. Tu aūt egredieris
vespe coram eis sic egredi⁹ mig̃ns añ oc'los
eoꝝ. Perfode tibi pietē:ꝙ egredieris p eū in
ꝓspectu eoꝝ. Jn humeris portabis:ī cali-
gie effereris. Faciē tuā velab et ñ videb t-
rā q̄ portentū dedi te domui isrł'. Feci g̃ sic
ꝓcepat mihi dns. Vasa mea ꝓtuli q̄ vasa
t̄nsmig̃ntis p die:ꝙ vespe pfodi mihi pietē
manu:ꝙ ī caligine egress⁹ sū ꝙ ī hūeris por
tat⁹ ī ꝓspcū eoꝝ. Et fact⁹ ē mane ꝑmo dni
ad me dicēs. Fili hoīs nūq̄d ñ dixer̄t ad te
dom⁹ isrł' dom⁹ exaspās q̄d tu facis: Dic ad
eos. Oec dicit dns de⁹. Sup ducē on⁹ istud
q̄ ē ī ihrł'm.ꝙ sup oēz domū isrł' q̄ ē ī medio
eoꝝ. Dic. Ego portentū vr̄m. Quo feci sic
fiet illi. Jn t̄nsmig̃tōꝛ ꝙ ī captiuitatē ibūt:ꝙ
dux q̄ ē ī medio eoꝝ ī hūeris portabi⁹:ī ca
ligine egredie⁹. Parietē pfodiēt ut educāt
eū. facies ei⁹ opie⁹ vt ñ videat oc'lo tra. Et
extēdā rethe meū sup eū et capie⁹ ī sagena
mea et adducā eū ī babilonē ī tra caldeoꝝ
ꝙ ipaꝫ ñ videbit:ibiq̄ morie⁹ ꝙ oēs q̄ circa
eū sūt. Dresidiū ei⁹. et agmia ei⁹ dispgā in
oēz vētū:ꝙ gladiū euagīabo p⁹ eos. Et scīēt
qꝛ ego dns:qñ dispsero illos ī gētibꝫ.ꝙ dis-
seīauero eos ī tris. Et relinquā ex eis viros
paucos a gladio et fame et pestilēcia:vt e-
narrēt oīa scelera eoꝝ ī gētibꝫ ad q̄s igre-
die⁹:ꝙ scīēt qꝛ ego dns. Et fact⁹ ē ꝑmo dni
ad me dicēs. Fili hoīs panē tuū ī ꝟbatōe
ꝓmede:ꝑ et aquā tuā ī festīatōe ēt merore
bibe:ꝙ dices ad ꝓpłm tre. Oec dicit dns de⁹
ad eos q̄ hītāt ī ihrł'm:ī tra isrł'. Panē su-
ū ī solitudīe ꝓmedēt ꝙ aquā suā ī desolatōe
bibēt:vt ꝺsoler̄ tra a mł'titudīe sua ꝓt̄ ci-
ātes oīm q̄ hītāt ī ea.ꝙ ciuitates q̄ nūc
hītāt̄ ꝺsolate er̄t. traqꝫ ꝺsta:ꝙ scietis qꝛ e-
go dns. Et fact⁹ ē ꝑmo dni ad me dicēs. Fi
li hoīs. qꝺ ē ꝓuerbiū istꝺ vob ī tra isrł' dice
tiū:ī lōguꝫ differūt dies.ꝙ pibit oīs visio!
Ideo dic ad eos. Oec dicit dns de⁹. Quiesce
facia ꝓuerbiū istud:neq̄ vulgo dicet vlt ī
isrł':ꝙ loqre ad eos q̄ appropīquerit dies:ꝙ
ꝑmo oīs visionis. Nō em̄ erit vlt oīs visio
cassa.neq̄ diuinatō ābigua ī medio filioꝝ
isrł':qꝛ ego dns loqr qꝺcūq̄ locut⁹ fuero ꝺ-
bū ꝙ fiet. Nō plōgabit āpli⁹ sꝛ ī diebꝫ vr̄is
dom⁹ exaspans loqr ꝺbum:et facia illud di
cit dns de⁹. Et fact⁹ ē ꝑmo dni ad me dicēs
Fili hoīs:ecce dom⁹ isrł' dicētiū. Visio quā
hic videt ī dies multos:et in tpa lōga iste
ꝓphat. Propterea dic ad eos. Oec dicit do
min⁹ de⁹. Nō plōgabit vlt ꝑmo oīs me⁹.
Uſio abdie. Hec dicit dñs deus ad edom. Auditũ audiuimus a domino: ⁊ legatum ad gentes miſit. Surgite: ⁊ ꝓſurgamus aduerſus eũ in preliũ. Ecce parũlum dedi te in gẽtibus. Cõtemptibil̃ tu es valde. Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum: exaltantẽ ſolium tuum. Qui dicis ĩ corde tuo. Quis detrahet me ĩ terram? Si exaltatus fueris vt aquila: et inter ſydera poſueris nidum tuum: inde detrahã te dicit dominus. Si fures introiſſẽt ad te ſi latrones ꝑ noctẽ: quomodo ꝓticuiſſes? Nõne furati eſſẽt ſufficiencia ſibi? Si vindemiatoꝛes introiſſẽt ad te. nunquid ſaltem racemos reliquiẽſſt tibi? Quomodo ſcrutati ſũt eſau? Jnueſtigauerunt abſcondita eius. Uſq⁹ ad terminum emiſerunt te: omnes viri federis tui illuſerunt tibi. Jnualuerunt aduerſũ te viri pacis tue. Qui comedunt tecũ ponẽt inſidias ſubter te. Non eſt prudentia ĩ eo. Nũquid non in die illa dicit dominus perdaꝫ ſapientes de ÿdumea: et prudenciã de mõte eſau? Et timebunt fortes tui a meridie: vt intereat vir de mõte eſau: propter iniquitatem in fratrem tuum iacob. Operiet te confuſio: ⁊ peribis inetꝛnum. Jn die cum ſtaꝛes aduerſus eũ qñ capiebant alieni exercitum ei⁹ et extranei ingrediebanť portas eius ⁊ ſup̃ hieruſalem mittebant ſoꝛtem: tu q̃ꝫ eras quaſi vnus ex eis. Et non deſpicies in die fratꝛis tui: in die peregrinatõis eius. Et nõ letaꝛis ſuper filios iuda ĩ die ꝑditioĩs eoꝝ: ⁊ non magnificabis os tuũ ĩ die anguſtie. Neq⁹ ingꝛedieꝛis portam populi mei in die ruine eoꝝ: neq⁹ deſpicies et tu in malis eius in die vaſtitatis illius. Et nõ emitteꝛis aduerſus exercitum eius ĩ die vaſtitatis illi⁹: neq⁹ ſtab̃ ĩ exitib⁹ viaꝝ vt interficiaꝛ eos qui fugerint. Et nõ concludes reliquos eius ĩ die tribulationis: quoniã iuxta eſt dies domini ſuper omnes gẽtes. Sicut feciſti fiet tibi: ꝛtributionem tuam conuertam in caput tuum. Quomodo eñ bibiſtis ſuper montem ſanctũ meum. bibent omnes gentes iugiteꝛ: ⁊ bibent ⁊ abſoꝛbebunt: et erunt quaſi nõ ſint. Et in mõte ſyon erit ſaluatio: et erit ſanctus. Et poſſidebit domus iacob eos q̃ ſe poſſederant. Et erit domus iacob ignis: ⁊ dom⁹ ioſeph flãma: et domus eſau ſtipula. Et ſuccendetur in eis et deuorabunt eos: et nõ erunt reliquie domus eſau: quia domĩ⁹ locutus eſt. Et hereditabũt hij qui ad auſtrũ ſunt mõtem eſau: et qui in campeſtribꝫ philiſtijm: et poſſidebũt regionem ſamarie et regioẽ ephraim. Et beniamin poſſidebit galaad: ⁊ trãſmigratõ exercitus huĩ⁹ filioꝝ iſrahel omĩa loca chananeoꝝ vſq⁹ ſareptam ſydonioꝝ: ⁊ trãſmigratio hieruſalem q̃ in boſforo ẽ poſſidebit ciuitates auſtri. Et aſcẽdent ſaluatoꝛes ĩ montẽ ſyon iudicare mõtem eſau: et erit domino regnum.

Explicit abdias ꝑpha. Incipit ionas ꝑpha

Et factum ẽ verbũ dñi ad ionã filium amathi dicẽs. Surge: et vade ĩ niniuen ciuitatẽ grãdẽ. ⁊ ꝓdica ĩ ea qꝛ aſcẽdit malicia ei⁹ coram me. Et ſurrexit ionas: vt fugẽt ĩ tharſ a facie dñi. Et deſcẽdit ioppẽ:

et inuenit nauẽ euntem in tharsis. Et dedit naulum eius: et descendit in eaz vt iret cum eis ī tharsis a facie dñi. Dñs aũt misit ventuz magnũ in mare: et facta ẽ tempestas magꝫ in mari: ꝙ nauis periclitabaꝫ ptri. Et timuerũt nautæ: et clamauerunt viri ad deum suũ: ꝙ miserũt vasa q̃ erant in naui ī mare: vt alleuiareꝫ ab eis. Et ionas descendit ad interiora nauis: et dormiebat sopore g̃ui. Et accessit ad eũ gubernator: et dixit ei. Quid tu sopore dẽmeris? Surge inuoca deũ tuuz: si forte recogitet deus de nobis ꝙ nõ peamus. Et dixit vir ad collegam suũ. Venite ꝙ mittam⁹ sortes: ꝙ sciamus q̃re hoc maluz sit nobis. Et miserũt sortes: et cecidit sors sup ionam. Et dixeꝫ ad eum. Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis. Qð est opus tuũ que terra tua: ꝙ quo vadis vel ex q̃ ꝓ̃lo tu es? Et dixit ad eos. Hebreus ego sum: ꝙ dñm deum celi ego timeo q̃ fecit mare ꝙ aridaz. Et timuerũt viri timore magno: et dixerũt ad euz. Quid hoc fecisti? Cogũerunt eī viri q̃ a facie dñi fugeret. qz indicauerat eis ionas. Et dixeꝫ ad euz. Quid faciem⁹ tibi: ꝙ et cessabit mare a nobis? Quia mare ibat et intumescebat sup eos. Et dixit ad eos. Tollite me ꝙ mittite ī mare: ꝙ cessabit marea vobis. Scio enī ego: qm̃ ꝓp̃ me tempestas hec grandis venit super vos. Et remigabant viri vt reuertereñ ad aridam et non valebant: quia mare ibat et intumescebat sup eos. Et clamauerunt ad dominuz: ꝙ dixerunt. Quesumus dñe ne pereamus in anima viri istius: ꝙ ne des sup nos sanguinẽ innocentem: qz tu dñe sicut voluisti fecisti. Et tulerũt ionam ꝙ miseꝫ in mare: ꝙ stetit mare a feruore suo. Et timueꝫ viri timore magno dñm: et īmolauerunt hostias dño: et vouerunt vota.

Capitulum .II.

Et ꝓparauit dñs piscem grandem: vt deglutiret ionaz. Et erat ionas in ventre piscis tribꝫ diebꝫ et tribꝫ noctibꝫ. Et orauit ionas ad dñm deum suum de ventre piscis. Et dixit. Clamaui de tribulatõne mea ad dñm: ꝙ exaudiuit me. De ventre inferi clamaui: et exaudisti vocem meam. Et proiecisti me in profundaz in corde maris: et flumen circumdedit me. Omnes gurgites tui et fluctus tui sup me transierunt. Et ego dixi. Abiectus sum a conspectu oculoꝝ tuoꝝ. Veruntamẽ rursus videbo templum sanctuz tuũ. Circumdederunt me aque vsq̃ ad animaz: abissus vallauit me: pelagus operuit caput meũ. Ad extrema montium descendi: terre vectes ꝯcluserunt me in eternũ: et subleuabis de corruptõe vitã meaz dñe deus me⁹. Cũ angustiareꝫ in me anima mea dñi recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templuz sanctum tuũ. Qui custodiunt vanitates: frustra miſicordiã suã derelinquũt. Ego aũt in voce laudis īmolabo tibi quecũqz voui reddaz ꝓ salute dño. Et dixit dominus pisci: et euomuit ionam in aridam.

Capitulum .III.

Et factũ est verbum dñi ad ionam secundo dicens. Surge et vade ad niniuen ciuitatez magnã: ꝙ predica in ea predicatõz quaz ego loquor ad te. Et surrexit ionas: et abiit ī niniuen iuxta verbum dñi. Et niniue erat ciuitas magꝫ itinere diez trium. Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: et clamauit ꝙ dixit. Adhuc quadraginta dies: ꝙ niniue subuerteꝫ. Et crediderũt viri niniuite in dño: ꝙ ꝓdicauerũt ieiuniũ: et vestiti sũt saccis a maiore vsq̃ ad minorẽ. Et puenit verbum ad regem niniue. Et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentũ suũ a se et indutus est sacco et sedit in cinere: et clamauit ꝙ dixit in niniue ex ore regis et ꝑncipum eius dicens. Homines et iumenta ꝙ boues et pecora nõ gustent quicq̃ nec pascanꝫ ꝙ aquã non bibant: et opianꝫ saccis homines. et iumẽta clamẽt ad dñm in fortitudine: ꝙuertaꝫ vir a via sua mala ꝙ ab iniq̃tate que est ī manibꝫ eoꝝ. Quis scit si ꝙuertaꝫ et ignoscat deus. et reuertaꝫ a furore ire sue: et non pibimus? Et vidit deus opa eoꝝ qz conuersi sunt de via sua mala: et misertus est deus sup maliciam quã locutus fuerat vt faceret eis: et non fecit.

Capitulum .IIII.

Et afflictus est ionas afflictione magna: et iratus est et orauit ad dominũ: ꝙ dixit. Obsecro dñe: nunq̃d non hoc ẽ verbum meum cũ adhuc essem in terra mea? ꝓpter hoc ꝓoccupaui vt fugerẽ in tharsis.

Scio enī quia tu deus clemēs ⁊ miserico:s es :patiens et multe miserationis et ignoscens sup malicia. Et nūc domine tolle q̄so animam meam a me:quia melio: est mihi mo:s q̄ vita .Et dixit domī⁹. Putasne bene irascaris tu! Et egressus est ionas de ciuitate:⁊ sedit contra orientem ciuitatis. Et sibimet fecit vmbraculum ibi:⁊ sedebat subter illud in vmbra :donec videret quid accideret ciuitati. Et preparauit dñs deus ederā:et ascendit super caput ione vt esset vmbra super caput eius:⁊ ptegeret eū. Laborauerat enī .Et letatus est ionas super edera letitia magna .Et parauit deus vmē ascensu diluculi in crastinum :et percussit ederam ⁊ exaruit. Et cū ortus fuisset sol pcepit domin⁹ vento calido et vrenti:⁊ pcussit sol super caput ione:⁊ estuebat. Et petiuit anime sue vt morere .Et dixit. Melius ē mihi mori q̄ viuere. Et dixit dñs ad ionan. Putasne bene irascaris tu sup edera:Et dixit bñ irasco: ego vsq; ad mo:te Et dixit domin⁹. Tu doles super edera in q̄ non laborasti neq; fecisti vt crescere:que sub vna nocte nata est ⁊ sub vna nocte perijt:⁊ ego ñ parcā ninive ciuitati magne: in qua sūt plusq̄ centumuigintimilia hominuz.qui nesciūt quid sit inter dexterā et sinistram suam et iumenta multa.

Finit ionas pphā. Incipit micheas pphā

Verbum domī quod factuz ē ad micheam morastitem in diebus ioathan acham et ezechie regum iuda:qđ vidit super samariā ⁊ hierusalē. Audite populi omnes :et attendat terra et plenitudo eius:⁊ sit dominus deus vobis in testem :domin⁹ de templo sancto suo. Quia ecce dñs egredie de loco suo:⁊ descendet ⁊ calcabit sup excelsa terre .Et consūmen montes subt⁹ eum:⁊ valles scindentur sicut cera a facie ignis:sicut aque que decurrunt ī preceps. In scelere iacob omne istud:et in peccatis domus isrl. Quod scelus iacob:Nonne samaria :Et que excelsa iude:Nóne hierusalem:Et ponam samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea :et detrahaz in vallem lapides eius. Et fūda-

mēta eius reuelabo :et omia sculptilia ei⁹ cōcidenē. Et omnes mercedes eius igne cōburenē:et omnia ydola eius ponam ī perditionez q̄ de mercedibo meretricis cōgregate sunt:⁊ vsq; ad mercedē meretricis reuertenē. Super hoc plangam et vlulabo: vadam spoliatus ⁊ nudus. Faciā planctū velut draconū:⁊ luctum quasi strutionū. Quia desperata est plaga eius :quia venit vsq; ad iudam:tetigit po:taz populi mei: vsq; ad hierusalem . In geth nolite annūciare: lacrimis ne ploretis. In domo pulueris puluere vos aspergite:⁊ trāsite.vob habitatio pulcra:cōfusa ignominia. Nō ē egressa que habitat in exitu .Planctū domus vicine accipiet ex vobis que stetit sibimet :quia infirmata est in que habitat ī amaritudinibus .Quia descendit malum a domino in portam hierusalem :tumult⁹ quadrige stuporis habitāti lachis .Principiū peccati est filie sion:quia in te inuenta sūt scelera isrl. Propterea dabit emissarios sup hereditatē geth:domus mendacij in deceptionez regibo israhel. Adhuc heredem adducaz tibi que habitas in maresa: vsq; ad odollam veniet gloria israhel. Decaluaē ⁊ tondere sup filios delicias tuas: dilata caluiciū tuuz sicut aquila :quoniā captiui ducti sunt ex te.

Capitulum .II.

Ve q̄ cogitatis inutile :et operami malū in cubilibo vīs. In luce matutina faciūt illud:qm̄ conē dñm est manus eoz. Et cōcupierē agros ⁊ violenter tulerūt et rapuerūt domos:et caluniabanē virū ⁊ domū eius :virū ⁊ hereditatē eius. Idcirco hec dicit dñs .Ecce ego cogito sup familiā istam malū vnde ñ auferetis colla vra:⁊ nō ābulabitis supbi :qm̄ temp⁹ pessimū ē. In die illa sumē sup vos pabola:⁊ cantabiē cāticū cū suauitate dicentiū .Depopulatōne vastati sum⁹. Pars pplī mei ꝯmutata ē. Quo recedet a me:cuz reuertaē q̄ regiones nras diuidat. Propt hoc nō erit tibi mittes funiculū sortis ī cetu dñi isrl. Ne loq̄mini loquētes. Nō stillabit sup istos:nō ꝯprehēdet ꝯfusio dicit dom⁹ iacob. Nūquid abbreuiat⁹ ē spūs dñi: aut tales sūt cogitatōnes ei⁹ :Nōne verba mea bona sē cū eo recte q̄ gdiē:Et econtrario popul⁹ meus in aduersariū cōsurrexit

Desup tunicam paliũ sustulistis ꝛ eos qui
transiebant simpliciter cõuertistis ĩ bellũ.
Mulieres populi mei eiecistis ỏ domo deli-
as suas: a paruulis eas tulistis laudem
meã in perpetuum. Surgite ꝛ ite: quia ñ
habetis hic requiẽ. Propter inmũdiciam
ei⁹ corrumpet putredine pessima. Etinaꝫ
nõ essem vir habens spiritũ: et mẽdacium
poci⁹ loquerer. Stillabo tibi in vinũ et in
ebrietatem: et erit super quẽ stillat popu-
lus iste. Cõgregatione congregabo iacob
totum te: in vnũ cõducam reliquias isrl̃.
Pariter ponam illũ quasi gregem ĩ ouili:
quasi pecus in medio caulas. Tumultua-
bunt a multitudine hominũ. Ascendet eñ
pandens iter ante eos. Diuident ꝛ trãsibũt
portam: ꝛ egredient per eam. Et transibit
rex eor corã eis: et dom⁹ĩ capite eorum.

Capitulum. .III.

Et dixi. Audite principes iacob: ꝛ
duces domus israhel. Nunquid est
vestrum scire iudiciũ: qui odio ha-
betis bonũ ꝛ diligitis malum: qui violent
vellitis pelles eor desuper eis ꝛ carnẽ eor
desup ossibus eor. Qui comederũt carnes
populi mei: ꝛ pellem eor desup excoriaue-
rũt: ꝛ ossa eor cõfregerũt: ꝛ cõciderunt si-
cut in lebete ꝛ quasi carnem ĩ medio olle.
Tunc clamabũt ad dominum ꝛ non exau-
diet eos: ꝛ abscondet faciem suam ab eis ĩ
tempore illo: sicut nequiter egerũt in ad-
inuentõnibus suis. Hec dicit dominus sup
prophetas qui seducũt populum meum: q̃
mordent dentib⁹ suis ꝛ predicãt pacem. Et
si quis nõ dederit in ore eorum quippiam:
sanctificant sup eum prelium. Propterea
nox vobis pro visione erit: et tenebre vob
pro diuinatione. Et occumbet sol sup pro-
phetas: et obtenebrabitur super eos dies.
Et cõfundẽtur qui vident visiones: ꝛ cõfũ-
dentur diuini. Et operiẽt vultus suos oẽs:
quia nõ est responsum dei. Verũtamen ego
repletus sum fortitudine spiritus domini.
iudicio et virtute: vt ãnunciem iacob sce-
lus suum: et israhel peccatũ suum. Audi-
te hoc principes dom⁹ iacob ꝛ iudices do-
m⁹ isrl̃: q̃ abominamĩ iudiciũ. et oĩa recta
pertitis. Qui edificatis syon ĩ sãguinib⁹:
ꝛ ihrl̃m ĩ iniq̃tate. Principes ei⁹ĩ muneri-
bus iudicabant: ꝛ sacerdotes ei⁹ ĩ mercede
docebãt. Et prophete ei⁹ĩ pecunia diuina-
bant: ꝛ sup dñm requiescebãt dicẽtes. Nũ-
quid nõ dñs in medio nostrum: Nõ veniẽt
super nos mala. Propter hoc causa vestri
syon q̃si ager arabit: ꝛ ihrl̃m q̃si aceruus
lapidũ erit: ꝛ mõs tẽpli in excelsa siluar.

Capitulum. .IIII.

Et in nouissimo diez erit mons do-
mus domini preparatus in vertice
montiuz: ꝛ sublimis super colles.
Et fluent ad eum populi: ꝛ properabunt
gentes multe ꝛ dicent. Venite ascendamus
ad mõtem domini: ꝛ ad domum dei iacob.
Et docebit nos de vijs suis: ꝛ ibimus in se-
mitis eius. Quia de syon egredietꝫ lex: ꝛ ỏ-
bum domini ỏ hierusalẽ. Et iudicabit inꝫ
pl̃os multos: ꝛ corripiet gẽtes fortes vsq̃
in longinquum. Et cõcident gladios suos
in vomeres: ꝛ hastas suas in ligones. Non
sumet gens aduersum gentem gladium: et
nõ discent vltra belligerare. Et sedebit vir
subtus vineam suam ꝛ subtus ficum suã:
ꝛ nõ erit qui deterreat: qz os domini exerci-
tuũ locutũ est. Quia omnes pl̃i ambula-
bũt vnusq̃sq̃ in nomine dei sui: nos autez
ambulabim⁹ ĩ nomine dñi dei nostri inet̃-
num ꝛ vltra. In die illa dicit dñs congrega-
bo claudicãtem: ꝛ eam quã eieceraz colli-
gam: ꝛ quam afflixerã cõsolabor. Et ponã
claudicantez in reliquias: ꝛ eam q̃ labora-
uerat ĩ gẽtem robustam. Et regnabit dñs
super eos in monte syon: ex hoc nũc et vs-
q̃ inetternum. Et tu turris gregis nebulo-
sa filia syon vsq̃ ad te veniet: ꝛ veniet po-
testas prima regnũ filie ihrl̃m. Et nũc q̃re
merore cõtraberis: Nũquid rex nõ ẽ tibi.
aut cõsiliarius tuus perijt: quia cõprehen-
dit te dolor sicut parturientẽ: Dole ꝛ sata-
ge filia syon quasi parturiens: quia nunc
egredieris ỏ ciuitate. ꝛ habitabis in regio-
ne: ꝛ venies vsq̃ ad babilonẽ. Ibi liberabe-
ris: ibi redimet te dom⁹ de manu inimi-
cor tuorum. Et nũc cõgregate sunt super
te gentes multe: q̃ dicũt lapidetur: ꝛ aspici
at ĩ syon ocul⁹ noster. Ipsi autẽ nõ cogno-
uerunt cogitationes domini: et nõ intel-
lexerunt consilium eius: quia cõgregauit
eos quasi fenũ aree. Surge ꝛ tritura filia
syon: quia cornu tuum ponam ferreum: ꝛ
vngulas tuas ponam ereas. Et cõminues
pl̃os multos: et interficies domiõ rapinas
eor ꝛ fortitudinẽ eor dño vniuerse terre.

Capitulum .V.

Unc vastabẽis filia latronis. Obsidionẽ posuerunt sup nos in virga pcutient maxillam iudicis isrl'. Et tu bethleem effrata: puulus es in milibus iuda. Ex te mihi egredietᷣ qui sit dñator ī israhel: ⁊ egressus eius ab inicio a diebꝫ eternitatis. Propter hoc dabit eos vsq; ad tpus: in quo parturiens pariet. Reliquie fratrũ eius ꝓuertent̃ ad filios isrl'. Et stabit ⁊ pascet ī fortitudine dñi: in sublimitate nominis dñi dei sui. Et ꝓuertent̃: qz nũc magnificabitᷣ vsq; ad terminos terre. Et erit: iste pax assirius cuz venerit in terram nrãm: et qñ calcauerit in domibꝫ nr̃is. Et suscitabimus sup euz septem pastores: et octo ꝑmatres homines. Et pascẽt terrã assur in gladio: ⁊ terram nemrod in lanceis eius. Et liberabit ab assur cũ venerit in terrã nrãm: ⁊ cũ calcauerit in finibꝫ nr̃is. Et erũt reliquie iacob ī medio ꝓlorum multorum quasi ros a dño: et quasi stille sup herbam que nõ expectat virum: ⁊ nõ prestolat filios hoim . Et erũt reliquie iacob in gentibꝫ ī medio ꝓlorum multorum quasi leo in iumẽtis siluarum: et quasi catulus leonis in gregibꝫ pecorum. Qui cũ transierit et cõculcauerit et ceperit: nõ est q̃ eruat. Et exaltabitᷣ manus tua sup hostes tuos: ⁊ omnes inimici tui interibunt. Et erit in die illa dicit dñs: auferaz eqs tuos de medio tui: et disperdam quadrigas tuas. Et ꝑdaz ciuitates terre tue: et destruaz omnes munitiones tuas. Et auferã maleficia de manu tua: et diuinatões non erunt in te. Et perire faciã sculptilia tua: et statuas tuas de medio tui conteram. Et nõ adorabis vltra opera manuuz tuarum: et euellam lucos tuos de medio tui. Et conteraz ciuitates tuas: et faciam in furore et in indignatione vltionez in gentibꝫ oĩbꝫ que nõ audierũt .

Capitulum .VI.

Audite que dñs loquit̃. Surge cõtende iudicio aduersum mõtes: et audiant colles vocem tuã . Audiant montes iudicium dñi ⁊ fortia fundamenta terre: qz iudicium dñi cum populo suo: et cum isrl' dijudicabit̃. Populus me? quid feci tibi: aut quid molestus fui tibi ? Rñde mihi . Quia eduxi te de terra egipti et de domo seruientium liberaui te: et misi ante faciẽ tuaz moysen et aaron ⁊ mariã: populus meus memento queso quid cogitauerit cõtra te balach rex moab: et quid responderit ei balaam filius beor de sethim vsq; ad galgalam vt cognosceres iusticias dñi. Quid dignũ offeraz dño? Curuabo genu deo excelso. Nunq̃d offeram ei holocaustomata ⁊ vitulos anniculos? Nunq̃d placari potest dominus in milibꝫ arietũ: aut in multis milibꝫ hircorum pinguiuz? Nunq̃d dabo ꝓmogenituz meum pro scelere meo: fructũ ventris mei pro peccato aĩme mee? Indicabo tibi o homo quid sit bonũ: ⁊ q̃d dominus requirat a te. Vtiq; facere iudicium et diligere misericordiã: et solicitum ambulare cum deo tuo. Vox dñi ad ciuitatem clamat: et salus erit timentibꝫ nomen eius. Audite tribꝫ. Et qs approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij: thesauri iniquitatis: ⁊ mensura minor. ire plena. Nũquid iustificabo stateraz impiã: et saccelli ponderа dolosa? In qbꝫ diuites eius repleti sunt iniq̃tate: et habitãtes in ea loquebãtur mendaciũ: et lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cepi pcutere te ꝑditione: super peccatis tuis. Tu comedes et nõ saturaberis: et humiliatio tua ī medio tui. Et apprehendes et non saluabis: et quos saluaberis in gladiũ dabo. Tu seminabis et non metes: tu calcabis oliuam et non vngeris oleo: ⁊ mustũ ⁊ non bibes vinum . Et custodisti pcepta amri. et omne opus domus achab: et ambulasti in voluptatibꝫ eorum vt darem te in perditionẽ: et habitantes in ea in sibilum: ⁊ obprobrium populi mei portabis.

Capitulum .VII.

Ve mihi: qz factus sum sicut q̃ colligit in autumno racemos vindemie. Non est botrus ad comedendum: pcoquas ficus desiderauit aĩa mea . Perijt sanctus de terra: et rectus in hoĩbꝫ non est . Omnes in sanguine insidiant̃: vir fratrem suũ ad mortẽ venatur. Malũ manuum suarum dicunt bonũ. Princeps postulat: et iudex in reddendo est. Et magn? locutus est desiderium anime sue: et ꝓturbauerunt eaz. Qui optimus in eis est q̃si paliurus: ⁊ qui rectus q̃si spina de sepe. Dies speculatõnis tue: visitatõ tua venit. Nunc

Incipit Naum Propheta

erit vastitas eoꝝ. Nolite credere amico: et nolite cõfidere in duce. Ab ea que dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui: quia filius cõtumeliã facit patri: et filia cõsurget aduersus matrem suã: nurus aduersus socrũ suã: et inimici hominis domestici eiꝰ. Ego autẽ ad dominum aspiciam: expectabo dominũ deũ saluatorẽ meũ. Audiet me deus meus. Ne leteris inimica mea sup me quia cecidi. Cõsurgam. Cũ sedero in tenebris: dñs lux mea est. Iram domini portabo quoniaz peccaui ei: donec causã meam iudicet: et faciat iudiciũ meum. Et educet me in lucem: videbo iusticiã eius. Et aspiciet inimica mea: et operiet confusione: q̃ dicit ad me. Vbi est dñs deus tuus? Oculi mei videbũt eam. Nũc erit in pculcationem vt lutũ platearũ. Dies: vt edificent macerie tue. In die illa lõge fiet lex. In die illa et vsq; ad te veniet assur: et vsq; ad ciuitates munitas: et a ciuitatibus munitis vsq; ad flumẽ: et ad mare de mari: et ad montẽ de monte. Et terra erit in desolatõnem pter habitatores suos: et propter fructum cogitationũ eoꝝ. Pasce populũ tuum in virga tua: gregem hereditatis tue: habitãtes solos in saltu. In medio carmeli pascent basan et galaad iuxta dies ãtiquos: secũduz dies egressionis tue de terra egipti. Ostendam ei mirabilia. Videbũt gentes: et cõfundent super omni fortitudine sua. Ponent manum super os: aures eoꝝ surde erunt. Lingẽt puluerẽ sicut serpẽtes: velut reptilia terre pturbabunt de edibo suis. Dñm deũ nim nõ despexerabũt: et timebũt te. Quis deꝰ simil tui q̃ aufers iniq̃tatẽ: et trãsis peccatũ reliq̃arum hereditatis tue: Nõ imittet vltra furorem suũ: qm̃ volens misericordiam es. Reuertet et miserebit nri. Deponet iniq̃tates nras: et iciet in pfundũ maris oia pcta nra. Dabis veritatẽ iacob: miseram abrahã: q̃ iurasti patribus nris a diebus ãtiq̃s.

Explicit micheas pphã. Incipit naũ pphã.

Naus niniue. Liber visiõis naum helcheselei. Deꝰ emulator et vlciscens dñs: vlciscens dñs et habens furorẽ: vlciscens dñs in hostes suos: et irascens ipe inimicis suis. Dñs patiens et magnꝰ fortitudie: et mũdas nõ faciet innocentẽ. Dñs in tempestate et turbine vie eius: et nebule pedũ puluis eiꝰ. Increpans mare exiccas illud: et oia flumina adducens. Infirmatus e basan et carmelꝰ: et flos libani elanguit. Mõtes cõmoti sunt ab eo: et colles desolati sũt. Et cõtremuit terra a facie eius: et orbis: et omnes habitantes in eo. Ante faciẽ indignationis eius quis stabit: et quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eiꝰ effusa e vt ignis: et petre dissolute sũt ab eo. Bonus dominus et pfortans in die tribulationis: et sciens sperantes in se. Et in diluuio pterreunte cõsũmationez faciet loci eiꝰ: et inimicos eius psequent tenebre. Quid cogitatis contra dominũ? Consũmatõnem ipse faciet. Nõ cõsurget duplex tribulatõ quia sicut spine seinuicem pplectunt: sic cõuiuium eoꝝ pariter potantiũ. Cõsũment q̃si stipula ariditate plena. Ex te em exibit cogitans contra dñm maliciã: mente pertractãs puaricationẽ hec dicit dominꝰ. Si pfecti fuerint et ita plures: sic q̃z attondẽtur et transibit. Afflixi te: et nõ affligam te vltra. Et nũc cõterã virgam eius de dorso tuo: et vincula tua dirumpam. Et pcipiet sup te dñs. Nõ seminabit ex noie tuo amplius. De domo dei tui interficiã. Sculptile et pflatile ponã sepulcrum tuum: quia inhonoratus es. Ecce super montes pedes euangelizãtis: et annũctiantis pacẽ. Celebra iuda festiuitates tuas et rẽde vota tua quia non adiciet vltra vt pertranseat in te belial: vniuersus interijt. Ca. .II.

Ascẽdit q̃ dispgat corã te: q̃ custodiat obsidionem. Cõtemplare viã. Pforta lumbos: robora vtutẽ valde. Quia sicut rẽdidit dñs supbiam iacob: sic supbiã isrl. Quia vastatores dissipauerũt eos: et pagines eoꝝ corruperunt. Clipeus fortiũ eiꝰ ignitꝰ: viri exercitꝰ in coccineis. Ignee habene currꝰ in die pparatõis eiꝰ: et agitatores eiꝰ cõsopiti sũt. In itineribus pstbati sũt: q̃drige colliserũt in plateis. Aspectꝰ eoꝝ q̃si lampades: q̃si fulgura discurrẽtia. Recordabit fortiuz suoꝝ: ruent in itineribus suis. Velociter ascẽdent muros eiꝰ: et pparabit umbraculũ. Porte fluuioꝝ apte sũt: et tẽplũ ad solũ dirutũ. Et miles captiuꝰ adductꝰ e: et ancille eius minabant gementes

vt colũbe:murmurãtes ī cordibꝫ suis. Et niniue.q̃si piscina aq̃ aque eius:ipi vero fugerũt. State state:q nõ est q̃ reuertat. Diripite argentũ diripite aurũ:et ñ est finis diuiciarũ ex oibꝫ vasis desiderabilibꝫ. Dissipata q scissa q dilacerata:q cor tabescẽs q dissolutõ geniculoꝝ q defectio ī cunctis renibꝫ:q facies oim sicut nigredo olle. Vbi ẽ habitaculũ leonũ:q pascua catuloꝝ leonũ:Ad quã iuit leo vt ingrederet illuc: catulus leonis.q nõ est q̃ exterreat. Leo cepit sufficienter catulis suis:q necauit leenis suis. Et ipleuit preda speluncas suas:q cubile suuꝫ rapina. Ecce ego ad te dicit dñs exercituũ:q succendaꝫ vsq; ad fumũ q̃drigas tuas:q leũculos tuos ꝯmedet gladi?. Et exterminabo de tra pdaꝫ tuã:q ñ audiet vltr vox nunciorꝝ tuorꝝ. Capitulum.III.

Ve ciuitas sanguinũ:vniuersa mẽdacij:dilaceratõe plena. Nõ recedꝫ a te rapina. Vox flagelli.q vox impetus rote.q eq̃ fremẽtis.q q̃drige feruentis.et eq̃tis ascendẽtis:q micãtis gladij.et fulgurãtis haste.et multitudĩs interfecte.et gr̃uis ruine:nec ẽ finis cadaueꝝ. Et corruent ī corpibꝫ suis pp̃ multitudiẽꝫ fornicationũ mẽtricis speciose q gr̃te et hñtis maleficia:q̃ vendidit gẽtes ī fornicatõibꝫ suis q familias ī maleficijs suis. Ecce ego ad te dicit dñs exercituũ:q reuelabo pudẽda tua ī facie tua:q oñdaꝫ gentibꝫ nuditatẽ tuaꝫ et regnis ig̃miniam tuã. Et proiciã sup te aboĩnatões tuas:et ꝯtumelijs te afficiã:q ponã te ī exemplũ. Et erit oĩs q̃ viderit te resiliet a te:et dicet. Vastata est niniue. Quis ꝯmouebit sup te caput:Vñ q̃raz ꝯsolatrem tibi: Nunq̃d melior es alexandria pl̃oꝝ:q̃ habitat ī fluminibꝫ:Aque in circuitu ei?:cui? diuicie mare:aq̃ muri ei?. Ethiopia fortitudo ei? q egipt?:et ñ est finis. Affrica q libies fuerũt in auxilio tuo. sz q ipa in ẽnsmig̃tõe ducta ẽ in captiuitatẽ. Paruuli ei? elisi sũt in capite oim viaꝝ et sup ĩclitos eius miserũt sortẽ:q oẽs optimates ei? ꝯfixi sũt ī ꝯpedibꝫ. Et tu g̃ iebriaberis q eris despecta:q q̃res tu auxiliũ ab inimico. Oẽs munitões tue sicut ficus cũ grossis suis:si ꝯcusse fuerint cadent in os ꝯmedẽtis. Ecce pl̃s tu?:mulieres ī medio tui. Inimicis tuis ad aptõez pandent portẽ terre tue:deuorabit ignis vectes tuos.

Aquaz pp̃ter obsidionẽ hauri tibi:extrue mũitões tuas. Intr̃ in lucũ q calca:subigẽs tene latere. Vbi ꝯmedet te ignis:pibis gladio:deuorabit te vt brucus. Cõgregare g̃ vt brucus:mlt̃iplicare vt locusta. Plures fecisti negociatões tuas:q̃ stelle sint celi. Brucus expansus ẽ:q auolauit. Custodes tui q̃si locusta:et puuli tui q̃si locuste locustaꝝ:q̃ ꝯsident in sepibꝫ in die frigoris. Sol ortus ẽ q auolauerũt:et ñ est ꝯgnitus locus earꝝ vbi fuerit. Dormitauerũt pastores tui rex assur:sepelient̃ principes tui. Latitauit pl̃s tuus ī montibꝫ:q ñ est qui ꝯgreget. Nõ est obscura ꝯtritio tua:pessima ẽ plaga tua. Oĩes qui audierũt auditionẽ tuaz:ꝯpserũt manũ suã sup te. Quia sup quem non transijt malicia tua semp.

Explicit nauz pp̃a. Incipit abacuc pp̃a.

Onus qđ vidit abacuc prophet a. Vsq;quo dñe clamabo:et non exaudies:Vociferabor ad te vim paciẽs: et ñ saluabis:Quare ostẽdisti mihi iniquitatẽ et laborem:videre predam et iniusticiã contra me:Quare respicis ꝯtemptores et taces. ꝯculcante impio iustiorẽ se:Et facies hominis q̃si pisces maris:et q̃si reptilia non habentia ducẽ. Et factũ est iudiciũ:q conẽdictio potentior. Propt̃ hoc lacerata est lex:q ñ puenit vsq; ad finez iudiciũ. Quia impius pualet aduersus iustũ:pt̃ea egredit̃ iudiciuz puersum. Aspicite in gentibꝫ et videte q ãmiramini q obstupescite:quia opus factuz est in diebꝫ vestris:qđ nemo credet cũ narrabit̃. Quia ecce ego suscitabo chaldeos gentẽ amarã.q velocẽ ambulantẽ sup latitudinẽ terre:vt possideat tabernacula ñ sua. Horribilis q tribilis est: ex semetipa iudiciũ q onꝰ ei? egrediet̃ Leuiores pardis eq̃ eius: et velotiores lupis vesptinis:q diffundent̃ equites ei?. Equites nanq; ei? delonge venient̃:volabunt q̃si aquila festinans ad ꝯmedendum. Oĩes ad pdam venient̃:facies eoꝝ ventus urens. Et cogregabit quasi arenam captiuitatem.q ipse te regibꝫ triumphabit:q tyranni ridiculi eius erũt. Ipse sup oĩem munitõz ridebit:et ꝯportabit aggerem.et capiet eaz.

Tunc mutabitur ſpūs :et ptrāſibit et cor-
ruet.Hec ẽ fortitudo eiꝰ dei ſui.Nunqd nõ
tu a principio dñe deus meus ſãcte meꝰ:ꝙ
nõ moriemur:Dñe in iudiciũ poſuiſti eũ:
et fortẽ vt coꝛriperes fundaſti eũ .Mundi
ſunt oculi tui ne videas malũ :ꝙ reſpicere
ad iniquitatẽ nõ poteris.Quare nõ reſpi
cis ſup inique agẽtes:ꝙ taces deuorãte im-
pio iuſtiorez ſe:Et facies hoies q̃ſi piſces
maris:ꝙ quaſi reptile nõ hñs principem.
Totũ in hamo ſubleuauit: traxit illud in
ſagena ſua:ꝙ ꝓgregauit in rethe ſuũ.Su
per hoc letabitiꝫ ꝙ exultabit:ꝓptꝛea im-
molabit ſagene ſue:ꝙ ſacrificabo reti ſuo.
Quia in ipis incraſſata ẽ pars eiꝰ: et cibꝰ
eius electus.Propter hoc g̃ exp̃ãbit ſage-
nam ſuã:ꝙ ſemper interficere gentes non
parcet. ¶Capitulum .II.
Super cuſtodiã meã ſtabo:ꝙ figaz
gradũ ſup munitiõem.Et cõtẽplabꝛ vt videã quid dicat̃ mihi:ꝙ qd
reſpondeã ad arguentẽ me . Et reſpondit
mihi dñs.et dixit .Scribe viſũ et explana
eũ ſup tabulas:vt pcurrat qui legerit eũ.
Quia adhuc viſus pcul :ꝙ apparebit in fi-
nem ꝙ nõ mencieꝫ .Si morã fecerit expe-
cta illũ: qꝛ veniẽs veniet ꝙ non tardabit.
Ecce qui incredulus ẽ :non erit recta aĩa
eius ĩ ſemetipo .Juſtus aũt in fide ſua vi-
uet.Et qũo vinum potantẽ decepit:ſic erit
vir ſupbus et nõ decorabiꝫ. Qui dilatauit
quaſi infernus aĩam ſuã :et ipe q̃ſi mors:
et non adimpleꝫ. Et cõgregauit ad ſe oẽs
gẽtes ꝙ coaceruauit ad ſe oĩes populos.
Nũquid nõ oẽs iſti ſup eũ pabolaz ſumẽt:
et loquelam enigmatuz eius:Et diceꝫ.Ele
ei:qui multiplicat non ſua .Uſqueq̃ ꝙ ag-
grauat ꝓtra ſe dẽſum lutũ:Nũquid nõ re
pẽte ꝓſurgent qui mordeant te:Et ſuſcita
bunt̃ lacerantes te:et eris in rapinaz eis.
Quia tu ſpoliaſti gẽtes mltas. ſpoliabũt
te omnes qui reliqui fuerint ꝺ ꝓplis:ꝓpter
ſanguinem hominis iniquitatẽ terre ciui
tatis.ꝙ omniũ habitantiũ in ea.Ele q̃ cõ-
gregat auariciam malaz domui ſue:vt ſit
in excelſo nidus eius:ꝙ liberari ſe putat ꝺ
manu mali. Cogitaſti cõfuſionem domui
tue:ꝓſcidiſti populos multos:et peccauit
anima tua .Quia lapis de pariete clama-
bit et lignum quod inter iuncturas edifi-
cioꝝ eſt reſpõdebit.Ele q̃ edificat ciuitatez
in ſanguinibꝫ:ꝙ preparat vrbez in iniqui-
tate.Nunquid non hec ſunt a domino ex-
ercituũ:Laborabunt eĩ populi in multo
igni:ꝙ gentes in vacuuz ꝙ deficient.Quia
replebitur terra vt ꝓgnoſcant gloriã dñi:
quaſi aque operiẽtes mare.Ele qui potuz
dat amico ſuo.mittens fel ſuum:ꝙ inebri-
ans vt aſpiciat nuditatẽ eius. Repletus ẽ
ignominia ꝓ glia:Bibe tu q̃z:ꝙ cõſopire.
Circũdabit te calix dextere dñi:et vomitꝰ
ignominie ſup gloriam tuã.Quia iniqui-
tas libani operiet te:ꝙ vaſtitas animaliũ
deterrebit eos:de ſanguinibꝫ homiꝫ ꝙ ini-
quitate terre et ciuitatis:ꝙ oĩm hĩtantiũ
in ea .Quid prodeſt ſculptile qꝛ ſculpſit il-
lud fictoꝛ ſuus ꝓflatile et ymaginẽ falſã:
quia ſperauit in figmento fictoꝛ eius vt fa-
ceret ſimulacra muta:Ele q̃ dicit ligno ex-
pergiſcere: ſurge lapidi tacenti.Nunquid
ipe docere poterit:Ecce iſte coopertus eſt
auro ꝙ argento:ꝙ omnis ſpiritus nõ eſt in
viſceribꝫ eius.Dominus aũt in tẽplo ſanc-
to ſuo:ſileat a facie eius omnis terra.

¶Oracio abacuc ꝓphe pro ignoratõnibus.

Domine audiui auditõez tuã:
et timui.Domine opus tuũ:
in medio annoꝝ viuifica illud. In medio annorum no-
tum facies: cum iratus fue-
ris miſericordie recordaberis.Deꝰ ab au-
ſtro veniet : et ſanctus de monte pharan.
Semper.Operuit celos gloria eius:ꝙ lau
dis eius plena eſt terra.Splendor eius vt
lux erit:cornua in manibus eius .Ibi ab-
ſcondita eſt fortitudo eius:ante faciẽ eius
ibit mors.Egredietur dyabolꝰ ante pedes
eius:et ſtetit et menſus eſt terram. Aſpe-
xit et diſſoluit gentes :ꝙ ꝓtriti ſunt mon-
tes ſeculi. Incuruati ſunt colles mũdi:ab
itineribus eternitatis eius.Pro iniquita
te vidi tẽtoria ethiopie:turbabunt̃ pelles
terre madian .Nunquid in fluminibꝫ ira-
tus es dñe:aut in fluminibꝫ furor tuꝰ:vel
in mari indignatio tua:Qui aſcendes ſu-
per eqs tuos:et q̃drige tue ſaluatõ.Suſci
tãs ſuſcitabis arcũ tuũ:iuramẽta tribubꝫ q̃
locutꝰes.Semp. Fluuios ſcindes tre:vide-
rũt te ꝙ doluerũt mõtes:gurges aq̃ tranſiit.
Dedit abiſſꝰ vocẽ ſuã:altitudo manꝰ ſuas

Incipit sophonias ppheta

leuauit. Sol ⁊ luna stetẽrũt in habitaculo suo: ĩ luce sagittaꝝ tuaꝝ ibunt: ĩ splendore fulgurãtis haste tue. In fremitu ꝓcul cabis ẽraz: et ĩ furore obstupefacies gentes. Egressus es ĩ salutẽ ꝑpli tui: in salutez cũ xp̃o tuo. Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamẽtũ vsqꝫ ad collum. Sbemp. Maledixisti sceptris ei⁹: capiti bellatoꝝ eius: veniẽtibꝫ vt turbo ad dispgendũ me. Exultatõ eoꝝ: sicut eius ꝙ deuorat paupez ĩ abscõdito. Eliã feciſti ĩ mari eqs tuis: ĩ luto aq̃ꝫ multaꝝ. Audiui ⁊ ꝓturbatus ẽ uenẽ meus: a voce ꝓtremuerẽt labia mea. Ingrediat putredo in ossibꝫ meis: et subẽ me scateat. Vt reqescaz ĩ die tribulationis: vt ascendã ad ꝑplm accinctũ nr̃m. Ficus em̃ nõ florebit: et nõ erit germẽ in vineis. Mentiet opus oliue: ⁊ arua nõ afferent cibũ. Abscidet de ouili pecus: ⁊ nõ erit armentuz in p̃sepibꝫ. Ego aũt in dño gaudebo: et exultabo ĩ deo ihesu meo. Deꝰ dñs fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos q̃si ceruoꝝ. Et sup excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentem.

Explicit abacuc ppha. Incipit sophonias propheta.

Verbũ dñi qđ fct̃m ẽ ad sophoniã filiũ chusi filij godolie filij amasie filij ezechie: ĩ diebꝫ iosie filij ãmõ regis iuda. Cõgregãs congregabo oĩa a facie t̃re dicit dñs: ꝓgregãs hoĩez ⁊ pec⁹: ꝓgregãs volatilia celi ⁊ pisces maris. Et ruine ĩpioꝝ erũt: ⁊ dispdaz hoĩes a facie t̃re dicit dñs. Et extendam manũ meam sup iudaz ⁊ sup oĩes habitantes hir'm: ⁊ dispdaz de loco hoc reliq̃as baal et noĩa edituoꝝ cũ sacerdotibꝫ: ⁊ eos ꝙ adorãt sup tecta milicią celi. ⁊ adorant et iurãt in dño ⁊ iurãt in melchon: ⁊ ꝙ auertũt depost tergũ dñi: ⁊ ꝙ nõ q̃sierũt dñm: nec iuestigauerũt eũ. Sileat a facie dñi dei: qz iuxta ẽ dies dñi. Quia ꝑparauit deꝰ hostiã: sctificauit vocatos suos. Et erit: ĩ die hostie dñi visitabo sup p̃ncipes ⁊ sup filios regũ ⁊ sup oĩes ꝙ induti sũt veste pegrina. Et visitabo sup oĩez ꝙ arrogant ingredit sup limẽ in die illa: ꝙ ꝓplẽt domũ dñi dei sui: iniq̃tate ⁊ dolo. Et erit ĩ die illa dicit dñs vox clamoris a porta pisciũ ⁊ vlulatus a secũda: ⁊ ꝓtritio mag̃ a collibꝫ. Vlulate hĩatores pile. Conticuit oĩs ꝑpls chanaan: disperierũt oĩes inuoluti argẽto. Et erit: ĩ tpe illo scrutabor hir'm in lucernis ⁊ visitabo sup viros defixos in fecibꝫ suis: ꝙ dicũt in cordibꝫ suis. Nõ faciet bñ dñs: ⁊ nõ faciet male. Et erit fortitudo eoꝝ ĩ direptõz ⁊ dom⁹ eoꝝ in desertũ. Et edificabũt domos ⁊ ñ habitabũt: ⁊ plantabũt vineas ⁊ nõ bibent vinũ eaꝝ. Juxta ẽ dies dñi magn⁹: iuxta est ⁊ velox nimis. Vox diei dñi amara: tribulabit ibi fortis. Dies ire dies illa. dies tribulatiõis ⁊ angustie: dies calamitatis ⁊ miserie. dies tenebraꝝ ⁊ caliginis. dies nebule et turbinis: dies tube ⁊ clãgoris sup ciuitates munitas ⁊ sup ãgulos excelsos. Et tribulabo hoĩes: et ambulabũt vt ceci: qz dño peccauerũt. Et effũdet sanguis eoꝝ sicut bum⁹ et corpa eoꝝ sicut stercora. Vez ⁊ argentũ eoꝝ et auꝝ eoꝝ nõ poterit liberare eos: in die ire dñi. In igne zeli eius deuorabit oĩs terra: ꝙ ꝯsũmatiõz cum festinatione faciet cunctis habitantibꝫ terram.

Congregamini .Ca.II. gens nõ amabilis: priusq̃ pariat iussio q̃si puluerẽ trãseuntẽ diem: anq̃ veniat sup vos ira furoris dñi. Queritε dñm oẽs mansueti t̃re: ꝙ iudiciũ eius estis opati. Queritε iustũ queritε mãsuetũ: si qũo abscondamini ĩ die furoris dñi. Quia gaza ꝺstructa erit ⁊ ascalon ĩ desertũ. Azotũ ĩ meridie eiciẽt: ⁊ accaron erabicabit. Ve ꝙ hĩatis funiculũ maris: gẽs pditoꝝ. Verbũ dñi sup vos chanaã t̃ra philistinoꝝ: ⁊ dispdã te ita vt ñ sit ihĩator. Et erit funiculus maris reqes pastoꝝ: ⁊ caule pecoꝝ. Et erit funiculus ei⁹ ꝙ remãserit de domo iuda. Ibi pascent ĩ domibꝫ ascalõis: ad vespũ reqescẽt: qz visitauit eos dñs deꝰ eoꝝ: ⁊ auertz captiuitatẽ eoꝝ. Audiui obprobriũ moab ⁊ blasphemias filioꝝ amon ꝙ exprobrauerũt ꝑplo meo: ⁊ magnificati sũt sup t̃minos eoꝝ. Propt̃ea vivo ego dicit dñs exercituũ: deꝰ ĩsrl'. Quia moab vt sodoma erit et filij amon q̃si gomorra: siccitas spinaꝝ ⁊ acerui salis: ⁊ desertum vsqꝫ in eternũ. Reliq̃e ꝑpli mei diripiẽt illos: reliq̃ui gẽtis mee possidebũt illos. Hoc em̃ eis eueniet ꝓ superbia sua: qua blasphemauerũt et magnificati sũt sup ꝑplm dñi exercituũ.

Horribilis dñs sup eos: ⁊ attenuabit omnes deos terre. Et adorabūt eū viri ⁊ loco suo: oēs insule gētiū. Vos et vos ethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extēdet manū suam super aq̄lonem: et pdet assur. Et ponēt speciosā in solitudinē et ī inuiū: et q̄si deſtū. Et accubabūt ī medio eius greges: omnes bestie gentiū: ⁊ onocrotalus ⁊ herici⁹ ī liminib⁹ morabūt. Vox cātantis ī fenestra: coru⁹ī supliminari: qm̄ attenuabo robur eius. Hec ē ciuitas gloriosa habitās ī cōfidēcia: q̄ dicebat ī corde suo. Ego sum: ⁊ extra me nō ē alia ampli⁹. Quō facta ē ī deſtum: cubile bestie! Oēs q̄ trāsit p eam sibilabit: ⁊ mouebit manum suam.

Capitulum. .III.

Ve puocatrix et rēdempta ciuitas. columba non audiuit vocem: et n̄ suscepit disciplinam. In dño nō ē cōfisa: ad deū suū nō approp̄inquit. Principes ei⁹ ī medio eius: q̄si leones rugientes. Judices ei⁹ lupi vespe: nō relinq̄bant ī mane. Prophete ei⁹ vesani: viri infideles. Sacerdotes ei⁹ polluerūt sanctū: iniuste egerūt cont̄ legem. Dom⁹ iustus in medio eius: nō faciet iniquitatē. Mane mane iudiciū suū dabit in luce: ⁊ n̄ abscōdet. Nesciuit aūt iniqu⁹ cōfusionez. Dispdidit gētes: ⁊ dissipati sūt anguli eor̄. Deſtas feci vias eorū dū nō ē qui trāseat. Desolate sūt ciuitates eor̄: n̄ remanēte viro neq̄ vllo habitatore Dixi. Attamen timebis me. suscipis disciplinā. Et nō pibit habitaculum ei⁹: ꝓter omnia in q̄bus visitaui eā. Verūtamē diluculo surgētes corruperūt omnes cogitatōes suas. Quapropt̄ expecta me dicit dñs ī die resurrectiois mee in futur̄: q: iudiciū meū vt pgregem gētes ⁊ colligā regna. Et effūdam super eos īdignatōnem meā: omnem irā furoris mei. In igne enī zeli mei deuorabit̄ oīs terra. Quia tūc reddāt ꝓlis labiū electū: vt inuocent omēs nomen domini: et seruiant ei humero vno. Vltra flumina ethiopie. inde supplices mei: filij dispersor̄ meorum deferent munus mihi. In die illa non ꝓfundēris super cunctis adiuentōnib⁹ tuis: quib⁹ preuaricata es ī me. Quia tūc auferā ⁊ medio tui magniloq̄s supbie tue: ⁊ nō adicies exaltari amplius ī mōte sancto meo. Et derelinquā in medio tui ꝓlm pauperē et egenū: et sperabūt in noīe dñi. Reliq̄e isr̄l nō faciēt iniquitatē nec loquētur mēdaciū: et nō īuenietur in ore eor̄ lingua dolosa. Qm̄ ipi pascent̄ ⁊ accubabūt: et ñ erit q̄ exterreat. hec dicit dñs. Lauda filia syon: iubila isr̄l. Letare ⁊ exulta ī oī corde filia hier̄lm. Abstulit dñs iudiciū tuum: auertit inimicos tuos. Rex isr̄l dñs ī medio tui: non timeb⁹ malū vltr̄. In die illa dicet hier̄lm. Noli timere syon: non dissoluant̄ manus tue. Dñs de⁹ tu⁹ in medio tui fortis: ipe saluabit. Gaudebit sup te in letitia: silebit ī dilectōe tua: ⁊ exultabit sup te ī laude. Rugas q̄ a lege recesserāt ꝓgregabo q̄r ex te erāt: vt non vltr̄ habeas sup eis obprobriū. Ecce ego interficiaz oēs q̄ afflixer̄t te in tpe illo: ⁊ saluabo claudicātē: ⁊ eā q̄ eiecta fuerat ꝓgregabo. Et ponā eos in laudē et in nomē ī oī terra ꝓfusiōis eor̄: in tpe illo q̄ adducam vos: ⁊ in tpe q̄ ꝓgregabo vos. Dabo em̄ vos in nomē ⁊ ī laudez oīb⁹ pl̄is terre: cū ꝓuertero captiuitatē vr̄am coram oculis vr̄is dicit dñs.

Explicit sophonias ꝓpha. Incipit aggeus ꝓpheta.

In anno secūdo darij regis in mēse sexto ī die vna mēsis factū est verbū domini in manu aggei ꝓphete ad zorobabel filium salathiel ducē iuda: ⁊ ad ihesū filiū iosedech sacerdotē magnum dicēs. Hec ait dñs exercituū dicens. Populus iste dicit. Nondū venit tēpus domus dñi edificāde. Et factum est verbum dñi in manu aggei ꝓphete dicēs. Nūquid tēpus vob̄ est vt habitetis in domib⁹ laq̄atis: ⁊ domus ista deserta: Et nūc hec dicit dñs exercituū. Ponite corda vestra sup vias vr̄as. Semināstis multū: ⁊ intulistis parū. Comedistis: ⁊ non estis saciati. Bibistis: ⁊ nō estis inebriati. Operuistis vos: ⁊ nō estis calefacti. Et qui mercedes ꝓgregauit: misit eas in sacculū ptusū. Hec dicit dñs exercituū. Ponite corda vr̄a sup vias vestras. Ascēdite in mōtē portate ligna: et edificate domū ⁊ acceptabil̄ mihi erit: et glorificabor dicit dñs. Respexistis ad amplius: et ecce factum est minus. Et intulistis in domū: et exufflaui illud. Quam ob causam dicit dñs exercituū. Quia dom⁹ mea deſta ē: et

vos festinastis vnusq̃sq̃ i domũ suã. Pro-
pter hoc sup vos phibiti sũt celi ne darẽt
rorez: ꝛ ṫra phibita ẽ ne daret germẽ suũ.
Et vocauit siccitatẽ sup ṫraz et sup mõtes
ꝛ sup triticũ ꝛ sup vinũ ꝛ sup oleũ ꝛ quecũ-
q̃ pfert humus: ꝛ sup hoĩes ꝛ sup iumẽta:
ꝛ sup oẽz laborez manuũ. Et audiuit zoro-
babel filiꝰ salathiel et ihesus filiꝰ iosedech
sacerdos magnꝰ et omnes reliq̃ ꝑplꝰ vocẽ dei
sui ꝛ verba aggei ꝓphetæ sicut misit eũ dñs
deus eop ad eos: ꝛ timuit oĩs ꝑplus a facie
dñi. Et dixit aggeus nũcius dñi. de nũcijs
dñi. ꝑplo dicẽs. Et vobiscum dicit dñs. Et
suscitauit deus spm̃ zorobabel filij salathi-
el ducis iuda et spm̃ ihesu filij iosedech sa-
cerdotis magni ꝛ spm̃ reliq̃p de omni ꝑplo:
ꝛ ingressi sunt ꝛ faciebãt opus ĩ domo dñi
exercituũ dei sui. Capitulum. II.

In die vicesima ꝛ q̃rta mẽsis i sexto
mẽse in ãno scdo darij regis ĩ septi
mo mẽse vicesima ꝛ ꝑma mẽs: fa-
ctũ ẽ vbũ dñi ĩ mãu aggei ꝓphe dicẽs. Lo-
q̃re ad zorobabel filiũ salathiel ducem iu-
da ꝛ ad ihesuz filiũ iosedech sacerdotẽ ma-
gnũ: ꝛ ad reliq̃s ꝑplꝰ dicẽs. Quis ĩ vob est
delictus q̃ vidit domũ istã in gl̃ia sua pri-
ma: Et q̃d vos videtis hãc nunc: Nunq̃d ñ
ita est q̃si nõ sit ĩ oculis vr̃is: Et nũc ꝯfor-
tare zorobabel dicit dñs: et ꝯfortare ihesu
fili iosedech sacerdos magne: ꝛ confortare
oĩs ꝑplus ṫre dicit dñs exercituũ ꝛ facite:
qm̃ ego vobiscũ sum: dicit dñs exercituũ.
Verbũ qd pepigi vobiscũ cum egrederemi
de ṫra egipti: ꝛ spũs meꝰ erit ĩ medio vr̃m.
Nolite timere: qz hec dicit dñs exercituũ.
Adhuc vnũ modicũ est: et ego cõmouebo
celũ ꝛ terrã ꝛ mare et aridam. Et mouebo
omnes gentes: et veniet desideratus cunctis
gẽtibꝫ. Et ĩplebo domũ istã gl̃ia: dicit dñs
exercituũ. Meũ est argentũ ꝛ meũ ẽ aur:
dicit dñs exercituũ. Mag̃ erit gl̃ia domus
istiꝰ nouissime plusq̃ ꝑme: dicit dñs exer-
cituũ. Et in loco isto dabo pacẽ: dicit dñs
exercituũ. In vicesima ꝛ q̃rta noni mensꝭ ĩ
ãno scdo darij regis: fcm̃ ẽ verbũ dñi ad
aggeũ ꝓphaz dicẽs. Hec dicit dñs deꝰ exer-
cituũ. Interroga sacerdotes legez dicẽs. Si
tulerit hõ carnẽ sc̃tificatã in ora vestimẽ-
ti sui et tetigerit de sũmitate eiꝰ panẽ aut
pulmentũ aut vinũ aut oleũ ꝛ omnez cibũ:
nunq̃d sc̃tificabit: Rñdentes aũt sacerdo-

tes dixerũt. Non. Et dixit aggeus. Si te-
tigerit pollutus in aĩa ex oĩbꝫ hĩs nunq̃d
ꝯtaminabit: Et responderũt sacerdotes: ꝛ
dixerũt. Cõtaminabit. Et rñdit aggeus et
dixit. Sic ꝑplus iste ꝛ sic gens ista añ faci-
em meã dicit dñs: et sic omne opus manuũ
eop: et oĩa que obtulerũt mihi ꝯtamiata
erũt. Et nũc ponite corda vr̃a a die hac et
sup antẽq̃ ponerẽt lapis sup lapidẽ in tẽ-
plo dñi: cuz accederetis ad aceruũ viginti
modiop et fierẽt decez: ꝛ inꝛretis ad torcu-
lar vt exp̃mẽtis quinq̃ginta lagenas ꝛ fie-
bant viginti. Percussi vos vento vrentẽ: ꝛ
aurugine ꝛ gr̃dine oĩa opa manuũ vr̃arꝫ:
et nõ fuit in vobis q̃ reuerterẽt ad me di-
cit dñs. Ponite corda vr̃a ex die ista ꝛ i fu-
turop a die vicesima ꝛ q̃rta noni mensꝭ: a die
q̃ fundamẽta iacta sunt templi dñi ponite
sup cor vr̃m. Nunq̃d iam semẽ in germine
est: Et adhuc vinea ꝛ ficus ꝛ malograna-
tum ꝛ lignum oliue nõ floruit. Ex die ista
benedicã. Et factũ est verbuz dñi secundo
ad aggeum ĩ vicesima et q̃rta mensꝭ dicẽs.
Loq̃re ad zorobabel ducẽ iuda dicẽs. Ego
mouebo celũ ꝑplꝰ ẽ ṫraz: ꝛ subuertã solium
regnop: ꝛ ꝯterã fortitudinẽ regni gentiũ.
Et subuertã quadrigã ꝛ ascensorẽ eius: et
descendẽt equi et ascensores eop: vir ĩ gla-
dio frꝭ sui. In die illo dicit dñs exercituũ
assumã te zorobabel fili salathiel fue meꝰ
dicit dñs: et ponã te quasi signaculum: q
te elegi dicit dominus exercituum.

Explicit aggeus ꝓpha. Incipit zacharias
propheta.

In mense octauo in anno
secundo darij regis: factuz
est verbum dñi ad zacha-
riam filium barachie filij
addo ꝓphetam. Iratus est
dñs sup ꝑres vestros ira-
cundia. Et dices ad eos. Hec dicit domin?
exercituum. Conuertimini ad me ait do-
minus exercituũ: et conuertar ad vos di-
cit domin? exercituũ. Ne sitis sicut patres
vestri ad quos clamabant prophete prio-
res dicentes. hec dicit dominus exercituũ.
conuertimini de vijs vestris malis ꝛ cogi-
tationibꝫ vestris pessimis: ꝛ non audierũt
neqz attenderunt ad me dicit dñs. Patres
vr̃i vbi sunt ꝛ ꝓphete: Nunq̃d in sempiterñ

viuẽt! Eleruntñ ỏba mea et legittima mea
q̃ mandaui ſuis meis ꝓphetis: nunq̃d non
ꝓphenderẽt pr̃es vr̃os? Et ꝓuerſi ſũt z dixe-
rũt. Sicut cogitauit dñs exercituũ facere
nob ſm vias nr̃as z ſm adiuentões nr̃as:
fecit nob. In die viceſima z q̃rta vndecimi
menſ ſabbath ī anno ſecũdo darij: fc̃m ẽ
ỏbuz dñi ad zachariam filiũ barachie filij
addo ꝓphaz dicẽs. Eleui p noctẽ: z ecce vir
aſcendẽs ſup equũ rufum. z ipe ſtabat inr̃
mirteta q̃ erãt ī pfundo: z poſt euz eq̃ rufi
varij z albi. Et dixi. Qui ſunt iſti dñe mi:
Et dixit ad me ãgelus dñi q̃ loq̃bar̃ ī me.
Ego oñdaz tibi q̃d ſint hec. Et rñdit vir q̃
ſtabat inr̃ mirteta z dixit. Iſti ſũt q̃s mi-
ſit dñs: vt pãbulent t̃raz. Et rñderũt ãge-
lo dñi q̃ ſtabat inr̃ mirteta: z dixer̃t. Per-
ãbulauim⁹ t̃raz: z ecce oĩs t̃ra habitar̃ et
quieſcit. Et rñdit ãgelus dñi z dixit. Dñe
exercituũ vſq̃q̃ tu nõ miſereberis hirl̃m et
vbiũ iuda q̃bo iratus es? Iſte iã ſeptuage
ſimus ãnus ẽ. Et rñdit dñs angelo q̃ loq̃-
bar̃ in me ỏba bona: ỏba ꝓſolatoria. Et di
xit ad me ãgelus q̃ loq̃bar̃ ī me. Clama di
cẽs. Hec dicit dñs exercituũ. Zelatus ſuz
hirl̃m z ſyon zelo magno. Et ira mag̃ ego
iraſcor ſup gentes opulẽtas: q̃r ego iratus
ſũ paxᵗ: ipi vero adiuraueñt in malũ. Pro-
pt̃ea hec dicit dñs. Reuertar ad hirl̃m in
miſericordijs: z domus mea edificabit̃ in ea
ait dñs exercituũ: z ꝑpendiculũ extendet̃
ſup hirl̃m. Adhuc clama dicẽs. Hec dicit
dñs exercituũ. Adhuc affluent ciuitates
mee bonis: z ꝓſolabit̃ adhuc dñs ſyon: et
eliget adhuc hirl̃m. Et leuaui ocl̃os meos
z vidi: z ecce q̃tuor cornua. Et dixi ad ãge-
lũ q̃ loq̃bar̃ ī me. Quid ſũt hec: Et dixit ad
me. Hec ſũt cornua: q̃ ventilaueñt iudã et
iſrl̃ et hirl̃m. Et oñdit mihi dñs q̃tuor fa-
bros. Et dixi. Quid iſti veniũt facere: Qui
ait dicẽs. Hec ſunt cornua q̃ ventilauerũt
iudã ꝑ ſingulos viros: z nemo illoꝝ leua-
uit caput ſuũ. Et venerũt iſti t̃rere ea:
vt t̃riciant cornua gentiũ q̃ leuaueñt cor-
nua ſup t̃raz iuda: vt diſpgerẽt ea. Ca. II.

Et leuaui oculos meos et vidi: et
ecce vir z in manu eius funiculus
menſoꝝ. Et dixi. Quo tu vadis?
Et dixit ad me. Vt metiar et videã hirl̃m
q̃nta ſit latitudo ei⁹: z q̃nta longitudo ei⁹.
Et ecce angel⁹ q̃ loq̃bar̃ ī me egrediebar̃:
et alius angel⁹ egrediebar̃ ī occurſuz ei⁹:
et dixit ad eum. Curre: loquere ad puerũ
iſtũ dicens. Abſq̃ muro habitabit̃ hirl̃m
pr̃e multitudine hoĩm z iumẽtoꝝ in medio
eius. Et ego ero ei ait dñs murus ignis in
circuitu: et in gloria ero in medio eius.
O o fugite de t̃ra aq̃lonis dicit dñs: qm̃ in
q̃tuor ventis celi diſperſi vos dicit dñs. O
ſyon fuge q̃ habitas aput filiã babilonis:
quia hec dicit dñs exercituũ. Poſt gloriaz
miſit me ad gentes: que ſpoliauerũt vos.
Qui em̃ tetigerit vos: tangit pupillã ocu-
li mei. Quia ecce ego leuo manũ meã ſup
eos: et erũt prede hijs q̃ ſeruiebant ſibi: et
cognoſcetis quia dñs exercituũ miſit me.
Lauda et letare filia ſyon: q̃r ecce ego ve-
nio z habitabo ī medio tui ait dñs. Et ap-
plicabunt̃ gentes mlte ad dñm ī die illa:
et erũt mihi in ꝓpl̃m. Et habitabo ī medio
tui: z ſcies q̃r dñs exercituũ miſit me ad te
Et poſſidebit dñs iudaz z ptem ſuaz ī t̃ra
ſctificata: et eliget hirl̃m. Sileat oĩs caro
a facie dñi: quia cõſurrexit de habitaculo
ſancto ſuo.

Capitulum. III.

Et oſtendit mihi dñs ihesum ſacer
dotem magnũ ſtantẽ coraã angelo
dñi: et ſathan ſtabat a dextris vt
aduerſaret̃ ei. Et dixit dñs ad ſathan. In-
crepet dñs in te ſathan: z increpet dñs in
te qui elegit hirl̃m. Nunquid non iſte tor-
ris eſt erutus de igne? Et ihesus erat indu-
tus veſtib⁹ ſordidis: et ſtabat ante faciem
angeli. Qui reſpondit: et ait ad eos q̃ ſta-
bant coram ſe dicens. Auferte veſtimẽta
ſordida ab eo. Et dixit ad euz. Ecce abſtu-
li a te iniquitatez tuam: et indui te muta-
torijs. Et dixit. Ponite cidarim mundam
ſup caput eius. Et poſuerũt cidarim ſup
caput eius mundam: et induerunt euz ve-
ſtib⁹. Et angelus domini ſtabat: z cõteſta-
batur angelus dñi ihesum dicens. Hec di-
cit dñs exercituuz. Si in vijs meis ambu-
laueris et cuſtodiã meã cuſtodieris: tu q̃z
iudicabis domum meaz et cuſtodies atria
mea: et dabo tibi ambulantes de hijs qui
nunc hic aſſiſtunt. Audi ihesus ſacerdos
magne: tu et amici tui q̃ habitãt coraz te:
q̃r viri potẽtes ſũt. Ecce ei ego adducã ſer-
uũ meũ orientẽ: q̃r ecce lapis quẽ dedi coraã
ihesu: ſup lapidez vnũ ſeptez oculi ſũt. Et
ecce ego ſcelabo ſculpturã eius ait dñs ex-

ercituũ:ꝙ auferã iniqtatẽ tẽrre illius ĩ die
vna. In die illa dicit dñs exercituũ:voca-
bit vir amicũ suũ subt̃ vineã suã ꝙ subt̃ fi-
Et reuersus ẽ ange- cũ Ca. IIII.
lus q̃ loqbaꝫ ĩ me:ꝙ suscitauit me
quasi vir q̃ suscitaꝫ de sõno suo.
Et dixit ad me. Quid tu vides:Et dixi.
Vidi:et ecce candelabrum aureũ totum.ꝙ
lãpas eius sup caput ipius:ꝙ septẽ lucer-
ne eius sup illud:ꝙ septẽ infusoria lucer-
nis q̃ erant sup caput ei9:et due oliue sup
illud:vna a dextris lãpadis.et vna a sini-
stris ei9. Et rñdi:et aio ad angelũ qui lo-
quebaꝫ in me dicẽs. Quid sũt hec dñe mi:
Et rñdit angel9 q̃ loqbaꝫ ĩ me:ꝙ dixit ad
me. Nunq̃d nescis q̃d sũt hec:Et dixi. Non
dñe mi. Et rñdit:ꝙ ait ad me dicẽs. Hoc ẽ
verbũ dñi ad zorobabel dicẽs. Nõ in exer-
citu nec in robore:sz in spũ meo dicit dñs
exercituũ. Quis tu mons magne corã zo-
robabel ĩ planũ:Et educet lapidẽ pmariũ
ꝙ exeq̃bit grãz gre eius. Et fct̃m est verbũ
dñi ad me dicẽs. Man9 zorobabel funda-
uerũt domũ istã:ꝙ man9 eius pficiẽt eã:ꝙ
scietis qꝛ dñs exercituũ misit me ad vos.
Quis eĩ despexit dies puos:Et letabunt̃:ꝙ
videbũt lapidẽ stagneũ in mãu zorobabel.
Septẽ sunt isti oculi dñi:q̃ discurrunt in
vniersã tꝛaz. Et rñdi:ꝙ dixi ad eũ. Quid
sũt due oliue iste ad dexterã candelabri et
ad sinistrã ei9:Et rñdi scõdo et dixi ad eũ.
Quid sũt due spice oliuaꝝ q̃ sũt iuxta duo
rostra aurea:ĩ q̃bo sũt suffusoria ex auro:
Et ait ad me dicẽs. Nũq̃d nescis q̃d sẽ hec:
Et dixi. nõ dñe mi. Isti sunt duo filij olei
splendoris:q̃ assistũt dñatoꝛi vniuerse tꝛe.
Et reuersus suz:ꝙ leua- Capi. V.
ui oculos meos ꝙ vidi:ꝙ ecce volu-
mẽ volans. Et dixit ad me. Quid
tu vides:Et dixi. Ecce ego video volumẽ
volãs:lõgitudo ei9 viginti cubitoꝝ:ꝙ lati-
tudo ei9 decẽ cubitoꝝ. Et dixit ad me. Hec
ẽ maledictõ q̃ egredieꝫ sup faciez oĩs tꝛe:
qꝛ oĩs fur (sicut ibi scriptũ ẽ) iudicabiꝫ:ꝙ
oĩs iurãs ex hoc sil'r iudicabiꝫ. Educaz il-
lud dicit dñs exercituũ:et veniet ad domũ
furis ꝙ ad domũ iurãtis in noĩe meo men-
daciꝫ. et pmoꝛabiꝫ in medio dom9 eius:et
psumet eũ et ligna eius ꝙ lapides ei9. Et e-
gressus ẽ angelus q̃ loqbaꝫ in me:et dixit
ad me. Leua oculos tuos ꝙ vide. Quid est
hoc qd egrediꝫ:Et dixi. Quidnã ẽ:Et ait.
Hec ẽ amfoꝛa egrediẽs. Et dixit. Hec ẽ o-
culus eoꝝ ĩ vniersa tꝛa. Et ecce talentũ
plũbi portabaꝫ:ꝙ ecce mulier vna sedẽs in
medio amfoꝛe. Et dixit. Hec ẽ ipietas. Et
piecit eaz ĩ medio amfoꝛe:ꝙ misit massaz
plũbeaz ĩ os ei9. Et leuaui oculos meos et
vidi:ꝙ ecce mulieres egrediẽtes:et spũs in
alis eaꝝ. Et habebãt alas q̃si alas milui:ꝙ
leuaueꝛt amfoꝛã int̃ tꝛã ꝙ celũ. Et dixi ad
angelũ q̃ loquebaꝫ in me. Quo iste deferꝛ
amfoꝛã:Et dixit ad me. Ut edificeꝫ ei do-
mus ĩ tꝛa sennaar:ꝙ stabiliaꝫ ꝙ ponaꝫ ibi
sup basem suam. Capitulum. VI.
Et conuersus suz:ꝙ leuaui oc'los me-
os ꝙ vidi:ꝙ ecce q̃tuoꝛ q̃drige egre-
dientes de medio duoꝝ montiũ:ꝙ
mõtes. mõtes erei. In q̃driga pma eq̃ ru-
fi:in q̃driga secũda eq̃ nigri. in q̃driga tꝛ-
cia eq̃ albi:et in q̃driga q̃rta equi varij et
foꝛtes. Et rñdi:et dixi ad angelũ q̃ loque-
baꝫ in me. Quid sũt hec dñe mi:Et rñdit
angelus:ꝙ ait ad me. Isti sunt q̃tuoꝛ venti
celi:q̃ egrediunt̃ vt stent corã dñatoꝛe oĩs
tꝛe. In q̃ erãt equi nigri egrediebãt̃ ĩ tꝛ-
rã aq̃lonis:ꝙ albi egressi post eos:et varij
egressi sũt ad tꝛaz austri. Qui aũt erãt ro-
bustissimi exieꝛt:ꝙ querebãt ire ꝙ discurꝛe
p oñem tꝛram. Et dixit. Ite:pambulate
tꝛaz. Et pambulauerũt tꝛrã. Et vocauit
me:ꝙ locut9 ẽ ad me dicẽs. Ecce q̃ egrediũ-
tur in tꝛaz aq̃lonis:requescere fecerũt spm̃
meuz in tꝛa aquilonis. Et factũ est verbũ
dñi ad me dicẽs. Sume a trãsmigtione ab
oldai: a thobia ꝙ ab idaia et venies tu in
die illa ꝙ intrabis domũ iosie filij sophonie
q̃ venerũt de babilone ꝙ sumes aur et ar-
gentũ ꝙ facies coꝛonas et pones in capite
ihesu filij iosedech sacerdotis magni et lo-
queris ad eum dicens. Hec ait dñs exerci-
tuũ dicens. Ecce vir:oriens nomẽ ei9. Et
subter eũ orieꝫ:et edificabit templũ dño:
et ipe extruet templũ dño. Et ipe portabit
gloriã:et sedebit ꝙ dominabiꝫ sup solio suo.
Et erit sacerdos sup solio suo:ꝙ pfiliũ pa-
cis erit inter illos duos. Et coꝛone erũt hel̃
et thobie et idaie et hen filio sophonie:
memoriale ĩ templo dñi. Et q̃ pcul sũt ve-
nient ꝙ edificabũt in tẽplo dñi:ꝙ scietis qꝛ
dñs exercituuz misit me ad vos. Erit aũt
hoc:si audita audieritis vocẽ dñi dei vũ.

Capitulum .VII.

Et factū est in anno q̄rto darij regis: factū est verbū dñi ad zachariam in q̄rta mēsis noni q̄ est caslēu. Et miserūt ad domū dei sarasar et rogomelech et viri q̄ erant cū eis ad dep̄candam faciez dñi: vt dicēnt sacerdotib⁹ dom⁹ dñi exercituū et ꝓphetis loquētes. Nunq̄d flendū est mihi in q̄nto mēse: vel sc̄tificare me debeo sicut feci iā multis ānis? Et factū est verbū dñi exercituū ad me dicens. Loq̄re ad oñez ꝑplm t̄re: et ad sacerdotes dicēs. Cū ieiunaretis et plangētis in q̄nto et septimo mēse p hos septuaginta ānos: nunq̄d ieiuniū ieiunastis mihi? Et cū ꝯmedistis et bibistis: nunq̄d nō vob ꝯmedistis et vobismetipis bibistis? Nunq̄d nō hec sūt ba que locut⁹ est dñs in mānu ꝓphar ꝑor cū adhuc hirlm habitaret et eēt opulenta ipa et vbes i circuitu eius: et ad austr et in campestrib⁹ habitaret? Et factū est verbū dñi ad zachariaz dicēs. Hec ait dñs exercituū dicēs. Judiciū verū iudicate: et misericordiā et miaiones facite vnusq̄sq; cū fre suo. Et viduā et pupillū et aduenā et paup̄ nolite calūniari: et malū vir frī suo nō cogitet i corde suo. Et noluerūt attendē et auertērūt scapulā recedentes: et aures suas aggrauarūt ne audirēt: et cor suū posuerūt vt adamātē ne audirēt legē et vba q̄ misit dñs exercituū i spū suo sc̄to p manū prophetar ꝑor. Et facta est indignatio magna a dño exercituū. Et fctm ē: sicut locut⁹ est et sicut nō audirēt: sic clamabūt et non exaudiā dicit dñs exercituū. Et dispsi eos p oia regna q̄ nesciūt: et t̄ra desolata est ab eis eoq; ñ esset trāsiens et reuertēs: et posuerūt terrā desiderabilē in desertū.

Ca. VIII.

Et factū est verbum dñi exercituū ad me dicēs. Hec dicit dñs exercituuz. Zelatus sum sy̆on zelo magno: et indignatione mag zelatus sum eam. Hec dicit dñs exercituū: reuersus sum ad sy̆on: et habitabo i medio hirlm. Et vocabit hirlm ciuitas veritatis: et mons dñi exercituū mons sc̄tificatus. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc habitabūt senes et anus in platēis hirlm: et viri baculus in manu eius pre multitudine dier. Et platee ciuitatis ꝯplebunt infantib⁹: et puellis ludentib⁹ i platēis ei⁹. Hec dicit dñs exercituū. Si videbit difficile in oculis reliq̄ ꝑplī hui⁹ i diebus illis: nunq̄d difficile erit i oculis meis dicit dñs exercituū? Hec dicit dñs exercituū. Ecce ego saluabo ꝑplm meum de t̄ra orietis et de t̄ra occasus solis: et adducā eos et habitabūt in medio hirlm: et erunt mihi in ꝑplm et ego ero eis in deū in veritate et in iusticia. Hec dicit dñs exercituū. Cōfortent manus vre q̄ auditis i hijs diebus fmones istos p os ꝓphar in die q̄ fundata ē domus dñi exercituū vt tēpluz edificaret. Quiq̄dez añ dies illos merces hoim ñ erat nec merces iumēt erat: neq; itroeūti et exeūti erat pax p̄ tribulatōe: et dimisi oēs hoies vnūquenq; p̄ primū suū. Nūc at nō iuxta dies p̄tes ego faciā reliquijs ꝑplī hui⁹ dicit dñs exercituū: sz semē pacis erit. Vinea dabit fructū suuz: et t̄ra dabit germē suū. Et celi dabūt rorez suū: et possidere faciā reliquias populi hui⁹ vniuersa hec. Et erit: sicut eratis maledictio i gētib⁹ domus iuda et domus isrl: sic saluabo vos et eritis benedictō. Nolite timē. Cōfortent manus vre: qr hec dicit dñs exercituum. Sicut cogitaui vt affligerē vos cum ad iracundiā ꝓuocassent p̄res vri me dicit dñs et nō sum mistus: sic ꝯuersus cogitaui i diebus istis vt bñfaciam domui iuda et hirlm. Nolite timere. Hec sunt g̃ verba q̄ facietis. Loq̄mini veritatē vnusq̄sq; cū p̄ximo suo. Veritatem et iudiciū pacis iudicate in portis vris: et vnusq̄sq; malū cont amicū suū ne cogitetis in cordib⁹ vestris: et iuramentū mēdax ne diligatis. Omia ei hec sunt q̄ odi dicit dñs. Et fctm est verbū dñi exercituuz ad me dicēs. Hec dicit dñs exercituū. Jeiuniū q̄rti et ieiuniū quinti et ieiuniū septimi et ieiunium decimi erit domui iude i gaudiū et leticiā: et i solēnitates ꝑclaras. Veritatez tm̄ et pacē diligite. Hec dicit dñs exercituū. Usq̄q̄ veniāt ꝑplī et habitēt i ciuitatib⁹ mltis: et vadāt habitatores vn⁹ ad altū dicētes. Eamus et deprecemur faciē dñi: et q̄ramus dñm exercituū. Vadā eciā ego. Et venient ꝑplī multi et gentes robusti ad querēdū dñm exercituū i hirlm: et ad deprecandā faciez dñi. Hec dicit dñs exercituū. In diebus illis i q̄bus apprehendent decē hoies ex oīb⁹ linguis gentiū: et apprehendēt fimbriā viri iudei dicētes: ibim⁹ vobiscū. Audiuimus enī. qm̄ deus vobiscū est.

Zacha

Capitulum .IX.

Onus vbi dñi in terra adrach et damasci requiei eius: qz dñs est oculus hominis: et oim tribuum isrl'.
Emath qz in t̄minis ei⁹: et tijrus et sydon. Assumpserūt q̄pe sapiencia valde. Et edificauit tijrus munitōez suā: et coacernauit argentū quasi humum: et auz vt lutū plateaz. Et ecce dñs possidebit eam z p̄cutiet in mari fortitudinē eius: z hec igni deuorabitur. Videbit ascalon z timebit: z gaza et dolebit nimis: et accaron qm̄ confusa ē spes ei⁹. Et pibit rex de gaza: z ascalon nō habitabitur. Et sedebit seperator in azoto: et dispdam supbiam philistinoz. Et auferam sanguinē eius de ore eius et abominatōnes eius de medio dentiū eius. Et relī quet̄ eciam ip̄e deo nostro: et erit q̄si dux in iuda: et accaron q̄si ihebuseus. Et circūdabo domum meam ex hijs q̄ militāt mihi euntes et reuertentes: et nō transibit sup eos vlt̄ exactor: qz nūc vidi ī oculis meis. Exulta satis filia syon: iubila filia ihrl'm. Ecce rex tu⁹ veniet tibi iustus z saluator: ip̄e paup et ascendēs sup asinā: et sup pullū filiū asine. Et dispdam q̄drigā ex ephraim: et equū de ihrl'm: z dissipabit arc⁹ belli. Et loquet̄ pacem gentiū: et potestas ei⁹ a mari vsq; ad mare: z a fluminib; vsq; ad fines terre. Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu: in q̄ nō ē aqua. Cōuertimī ad munitōz vincti spei Hodie q̄z ānuncians duplicia reddaz tibi: qm̄ extendi mihi iudam q̄si arcuz impleui terrā ephraim. Et suscitabo filios tuos syon sup filios tuos grecia: et ponam te q̄si gladiū fortiū. Et dñs deus sup eos videbit̄ et exibit vt fulgur iaculū ei⁹. Et dñs deus in tuba canet: et vadet in turbine austri. Dominus exercituum protget eos: et deuorabunt et subiciunt lapidibus funde. Et bibentes inebriabuntur quasi a vino replebuntur vt phiale: et quasi cornua altaris. Et saluabit eos dominus deus eorum in die illa vt gregem populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. Quid enim bonum eius est. z quid pulcrū eius: nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines.

Capitulum. decimum

Petite pluuiā a domino tempore serotino: et dñs faciet niues z pluuiam ymbris: z dabit eis singlis herbam in agro. Quia simulacra locuta sunt inutile: et diuini viderūt mendaciū: et somniatores locuti sunt frustra: z vana p̄solabant̄. Idcirco abducti sūt q̄si grex: affligent̄ quia nō est pastor eis. Sup pastores iratus ē furor me⁹: et sup hircos visitabo. Quia visitauit dñs exercituū gregē suum domū iuda: et posuit eos q̄si equū gl'e sue in bello. Ex ip̄o angelus: z ex ip̄o paxill⁹. ex ip̄o arcus plij: et ex ip̄o egredie⁹ omnis exactor simul. Et erūt q̄si fortes: cōculcantes lutum viaz in plio. Et bellabūt qz dñs cū eis: et cōfundēt̄ur ascensores equoz. Et p̄fortabo domū iuda: et domū ioseph saluabo. Et p̄uertam eos quia miserebor eoz: et erūt sicut fuerūt qñ nō pieceraz eos. Ego em̄ dñs de⁹ eoz: et exaudiā eos. Et erūt q̄i fortes ephraim: et letabit̄ cor eoz q̄si a vino. Et filij eoz videbūt et letabūt̄: et exultabit cor eoz ī dño. Sibilabo eis et cōgregabo illos: quia redemi eos. Et mltiplicabo eos sicut ante fuerāt mltiplicati: et seminabo eos in pl'is. Et delōge recordabūtur mei: et viuēt cū filijs suis et reuertent̄ Et reducā eos de terra egipti: et de assirijs p̄gregabo eos. Et ad terrā galaad et libani adducam eos: et nō inuenie⁹ eis locus. Et trāsiet in maris fretu: et p̄cuciet in mari fluct⁹: et p̄fundent̄ omnia p̄funda fluminis. Et humiliabit̄ supbia assur: z sceptrū egipti recedet. Confortabo eos in dño: et in nomine ei⁹ ambulabūt dicit dñs.

Capitulum XI

Aperi libane portas tuas: et cōmedat ignis cedros tuas. Ulula abies quia cecidit cedrus: quoniam magnifici vastati sunt. Ululate quercus basan: quoniam succisus est saltus munitus. Uox vlulatus pastorum: quia vastata est magnificencia eorum. Uox rugitus leonum: quoniam vastata ē superbia iordanis. Hec dicit dominus deus meus. Pasce pecora occisionis: que qui possederant occidebant et non dolebant: et vendebant ea dicētes. Benedict⁹ dñs: diuites facti sum⁹. Et pastores eoz nō parcebāt eis: z nō parcā ego vlt̄ sup habitātes t̄raz dicit dñs

Ecce ego trādā homines. vnūquēqꝫ in manu primi sui.et in manu regis sui:et ꝓscīdent tērrā et nō eruam de manu eorū:ꝙ pascam pecꝰ occisiōis ꝓpt̄ hoc o paupes gregis. Et assūpsi mihi duas v̄gas:vnā vocaui decorē et altērā vocaui funiculū:et paui gregem. Et succidi tres pastores ī mēse uno:ꝙ ꝓtracta ē anima mea ī eis. Sed dīqđē ꝙ anima eoꝝ variauit ī me. Et dixi. Non pascam vos. Quod moritt̄ moriat̄:et qđ succidit̄ succidat̄:et reliq̄ deuorent vnusq̄sqꝫ carnem primi sui. Et tuli virgā meā que vocabatur decꝰ et abscondi eam:vt irritū facerem fedus meū quod pcussi cū omnib⁹ populis:et irritū deductum est in die illa· Et cognouerūt sic paupes gregis qui custodiunt mihi:qꝫ v̄bum domini est. Et dixi ad eos. Si bonū ē ī oc̄lis vr̄is afferte mercedē meā:ꝙsi nō. q̄escite. Et appēderūt mercedē meā:triginta argēteos. Et dixit dn̄s ad me. Proice illud ad statuariū. Decorus ꝓciū:q̄ appciatꝰ sus ab eis. Et tuli triginta argēteos:ꝙ proieci illos in domū dn̄i ad statuariū. Et ꝓscidi v̄gas meā scd̄as q̄ appellabat̄ funicꝰlus:vt dissoluerē germanitatē īt iudā ꝙ isrl̄. Et dixit dn̄s ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorez ī t̄ra q̄ derelicta nō visitabit. dispsus nō q̄ret:et ꝓtritū n̄ sanabit. et id qđ stat n̄ enutriet:et carnes pinguiū ꝓmedet:ꝙ vngulas eoꝝ dissoluet. O pastor ꝙ ydolū:dēliquēs gregē. Gladi⁹ sup brachium eiꝰ:et sup oc̄lm dextrū eius. Brachium eius ariditatē siccabit̄:et oc̄lus dexter eius tenebrescēs obscurabit̄. Capi XII·

Onus verbi dn̄i sup isrl̄. Dixit dn̄s extendēs celū ꝙ fundās t̄raz:ꝙ fingēs spirituz hom̄is in eo. Ecce ego ponam ihrl̄m super liminare crapule omnibus populis in circuitu :sed et iuda erit in obsidione contra ihrl̄m. Et erit:in die illa ponam ihrl̄m lapidem oneris cunctis populis. Omnes qui eleuabunt eā cōcisione lacerabūtur:et colligentur aduersꝰ eaz omnia regna terre. In die illa dicit dominus pcuciam omnem equuz in stupore:et ascēsorem eius in amentia. Et super domū iuda:aperiaz oculos meos:et omnē equū ꝑlorū pcutiā cecitatē. Et dicent duces iuda in corde suo. ꝓfortentur mihi hītatores ihrl̄m:in dn̄o exercituū deo eorum. In die illa ponam duces iuda sic caminū ignis ī lignis et sic facem ignis in feno:et deuorabūt ad dexterā et ad sinistrā om̄s ꝑlos in circuitu. Et habitabit̄ ihrl̄m rursus ī loco suo in ihrl̄m:et saluabit dn̄s tabnacl̄a iuda sicut in principio:vt nō magnifice glorieť dom⁹ dauid:et gloria hītantiū ihrl̄m contra iudam. In die illo pteget dominus habitatores ihrl̄m. Et erit qui offēderit ex eis in die illa q̄si dauid:et dom⁹ dauid q̄si dei:sicut angel⁹ domini in cōspectu eius. Et erit in die illa q̄ram conterere om̄s gētes que veniūt contra ihrl̄m:et effundā super domū dauid ꝙ super habitatores ihrl̄m spirituz p̄cum et gracie. Et aspiciēt ad me quē confixerūt:et plangēt euz planctu q̄si sup vnigenitū ꝙ dolebunt sup eum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magn⁹ erit planct⁹ in ihrl̄m sicut planct⁹ adrēmon:in campo magedō. Et plāget t̄ra:familie ꝙ familie seorsū. Familie dom⁹ dauid seorsū:et mulieres eoruz seorsū. Familie domus nathan seorsū:et mulieres eorū seorsum· Familie domus leui seorsuz:et mulieres eoruz seorsū. Familie semei seorsuz:et mulieꝭ eoꝝ seorsuz. Oēs familie relique:familie et familie seorsuz:et mlieres eorū seorsum. Capitulum. .XIII.

In die illa erit fons patens domui dauid ꝙ hītantibus ihrl̄m:in ablutionē peccatoris et mēstruate. Et erit in die illa dicit dn̄s exercituū dispdaz nomia ydolorū de t̄ra:et nō memorabuntur vlt̄. Et pseudo ꝓphas et spm̄ inmundū auferā de t̄ra. Et erit cū ꝓphauerit q̄spiam vlt̄:dicēt ei pater eiꝰ et mater eius q̄ genuerūt eū. Non vives qꝫ mendaciū locutꝰ es in nomine dn̄i. Et ꝓfigēt eū pater eiꝰ ꝙ mater eiꝰ genitores eiꝰ cū ꝓphauerit. Et erit: in die illa ꝓfundēt̄ ꝓphe vnusq̄sqꝫ ex visiōe sua cū ꝓphauerīt: nec opient̄ pallio saccio vt mēciāt̄. Sed dicet:nō sum ꝓpha. Homo agricula ego sū:qm̄ adā exemplū meū ab adolescēcia mea. Et dicet̄ ei. Quid sūt plage iste in medio manuū tuaruz. Et dicet. Dijs plagatus sum in domo eorū qui diligebant me. Framea suscitare sup pastorē meum:et sup virū coherētez mihi dicit dominus exercituum. pcute pastorez et dispgētur oues. Et cōuertā manum meam ad pusulos:ꝙ erī ī omni t̄ra dicit dn̄s. Partes

due in ea dispgent ⁊ deficiēt: ⁊ tercia pars relinquetur in ea. Et ducā terciam partes p ignē: ⁊ vram eos sic vritur argentū: ⁊ probabo eos sicut pbatur aurū. Ipse vocabit nomen meū: ⁊ ego exaudiam eum. Et dicā pplus meus es: et ipe dicet. dns de⁹ me⁹

Capitulum XIIII

Ece dies veniunt dicit dominus: ⁊ diuidentur spolia tua ī medio tui. Et congregabo omnes gentes ad ihrlm in preliū: et capietur ciuitas et vastabūtur dom⁹: et mulieres violabuntur. Et egredieť media pars ciuitatis in captiuitatem: et reliquū populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur dominus et pliabiť contra gentes illas: sicut pliat⁹ ē in die certaminis. Et stabūt pedes ei⁹ in die illa sup montē oliuar: q̄ ē ꝯtra hirlm ad orientē. Et scindeť mons oliuar ex media pte sui ad orientē ⁊ occidētem prupto grādi valde. Et separabiť mediū montis ad aq̄lonem: ⁊ medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem montiū eor: quōm ꝯiungeť vallis montiū vsq; ad primū. Et fugietis sic fugistis a facie terremot⁹ in diebo ozie regis iuda Et veniet dns deus me⁹: omnesq; sancti cū eo. Et erit: in die illo nō erit lux sed frigus et gelu. Et erit dies vna que nota ē dño: ñ dies neq; nor: ⁊ in tpe vespi erit lux Et erit in die illa exibūt aque viue de hierusalē. Mediū ear ad mare oriētale: ⁊ mediū ear ad mare nouissimū. In estate ⁊ in hyeme erūt: et erit domin⁹ rex sup omnez terrā. In die illa erit dns vnus: et erit nomez ei⁹ vnū. Et reuerteť omis tra usq; ad deptū: de colle rēmō ad austr hirlm. Et exaltabiť ⁊ hītabit in loco suo a porta beniamin vsq; ad locum porte poris ⁊ vsq; ad portā angelor: ⁊ tre ananehel vsq; ad torcularia regis. Et hītabūt in ea: et anathema ñ erit āpli⁹. Sed sedebit hirlm secura et hec erit plaga qua pcuciet dns omis gētes q̄ pugnaueť adversus hirlm. Tabescet caro vniuscuiusq; stātis sup pedes suos: ⁊ oculi ei⁹ ꝯtabescēt ī foramīb⁹ suis: ⁊ līgua eor cōtabescet in ore suo. In die illa erit tumltus dñi magn⁹ ī eis: ⁊ apphendet vir manū primi sui: ⁊ ꝯseret man⁹ ei⁹ sup manū primi sui. Sed et iudas pugnabit adversus hirlm. Et ꝯgregabūť diuicie oim gētiū ī circuitu aur ⁊ argētū ⁊ vestes mlte

satis Et sic erit ruina equi ⁊ muli ⁊ cameli et azini et oīm iumētor q̄ fuerīt in castris illis: sicut ruina hec. Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentib⁹ que venerunt contra hirlm: ascendent ab anno in annuz vt adorent regē dominū exercituū: et celebrēt festiuitates tabnaculorū. Et erit qui nō ascēderit de familijs terre ad hierusalē vt adorent regē dominū exercituū: ñ erit sup eos ymber. Quod etsi familia egipti ñ ascenderit ⁊ non venerit: nec sup eos erit. Sed erit ruina qua pcuciet dns omes gētes: que nō ascenderint ad celebrādaz festiuitatē tabnaculorū. Hoc erit peccatū egipti et hoc peccatuz omniū gentiū: que nō ascenderint ad celebrādam festiuitatē tabnaculor. In die illa erit quod sup frenū ē equi sanctū dño: ⁊ erūt lebetes in domo domini quasi phiale coram altari. Et erit omnis lebes in hirlm et iuda sanctificat⁹ dño exercituū. Et veniēt omnes immolātes et sument ex eis: ⁊ coquent in eis. Et nō erit mercator vltra in domo domini exercituū in die illo.

Zacharias pheta finit feliciter. Incipit liber malachie phete.

Onus vbi domini ad israbel in manu malachie prophete. Dilexi vos dicit domin⁹ Et dixistis. In q̄ dilexisti nos: Nonne frat erat esau iacob dicit dominus: Et dilexi iacob: esau autē odio habui. Et posui seir montes eius in solitudinem: et hereditatem eius in dracones deserti. Quō si dixerit ydumea destructi sumus sed reuertentes edificabimus q̄ destructa sunt: hec dicit dominus exercituuz. Isti edificabunt: ⁊ ego destruam. Et vocabuntur termini iniquitatis: et pplus cui iratus ē dominus usq; ineternum. Et oculi vestri vidēbunt: et vos dicetis. Magnificetur dominus super terminum israbel. Filius honorat patrem ⁊ seruus dominum suum timebit. Si ergo pater ego sum vbi est honor meus: etsi dominus ego sum. vbi est timor me⁹ dicit dominus exercituuz: Ad vos o sacerdotes: q̄ despicitis nomē meū. Et dixistis. In q̄ despexī⁹ nomē tuū: Offertis sup altare meū

panē pollutū. Et dicitis. In quo polluim⁹ te: In eo q̄ dicitis: mensa dñi despecta est. Si offeratis cecū ad īmolandū: nōne malū ē: Etsi offeratis clauduz et lāguidū: nōne malum ē: Offer illud duci tuo: si placuerit ei. aut si susceperit faciē tuaz dicit dñs exercituum. Et nunc deꝓcamini vultū dei vt misereat vestri: de manu autem vr̄a factuz est hoc: si q̄ modo suscipiat facies vestras dicit domin⁹ exercituū. Quis ē in vobis qui claudat ostia ⁊ incendit altare meum gratuitu: Non est mihi voluntas ī vobis dicit domin⁹ exercituū: et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu em̄ solis vsq; ad occasum magnū est nomen meum in gentibo: et in oñi loco sanctificat̄ ⁊ offert̄ nomini meo oblatō munda: q̄ magnū nomen meū in gentibo dicit dñs exercituum. Et vos polluistis illud in eo q̄ dicitis mensa domini contaminata est: et qd̄ supponit̄ ꝓtemptibile ē cuz igne q̄ illud devorat. Et dixistis. Ecce de labore: et exsuflastis illud dicit dñs exercituū. Et intulistis de rapinis claudū ⁊ lāguidū: ⁊ ītulistis mun⁹. Nunq̄d suscipiaz illud de manu vr̄a dicit dñs: Maledict⁹ dolosus q̄ habet ī grege suo masculū: ⁊ votū faciēs immolat debile dño. Quia rex magn⁹ ego dicit domin⁹ exercituū: ⁊ nomē meū horribile ī gētibo

ET nūc ad vos mādatū. Capi. II.
hoc o sacerdotes. Si nolueritis audire etsi nolueritis ponē sup cor vt detis glām nomi meo ait dñs exercituū: mittaz ī vos egestatē ⁊ maledicā bñdictiōibus vr̄is: et maledicā illis qm̄ ñ posuistis sup cor. Ecce ego piciā vob brachiū: et dispgā sup vultū vr̄m sterc⁹ solēnitatū vr̄ar̄: ⁊ assūet vos secū. Et scietis q̄ misi ad vos mādatū istud: vt esset pactū meū cū leui dicit dñs exercituū. Pactū meuz fuit cū eo vite ⁊ pacis: ⁊ dedi ei timorē ⁊ timuit me: ⁊ a facie nomis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore ei⁹ ⁊ iniq̄tas ñ est īuenta ī labijs ei⁹. In pace ⁊ in eq̄tate ambulauit mecum et multos auertit ab iniq̄tate. Labia ei⁹ sacerdotis custodiūt sciēciā: ⁊ legē req̄rēt ex ore ei⁹: q̄ angel⁹ dñi exercituū ē. Vos aūt recessistis de via: ⁊ scandalizastis plīmos ī lege Irritū fecistis pactū leui: dicit dñs exercituū. Propter quod ⁊ ego dedi vos ꝓtēptibiles et humiles omnibus populis: sicut nō seruastis vias meas: et accepistis faciem ī lege. Nunquid non pater vnus omniū nostrū: Nūq̄d nō de⁹ vnus creauit nos: Quare q̄ despicit vnusq̄sq; nr̄m frez suuz: violās pactuz patrū nostror̄: Trāsgressus est iuda ⁊ abois̄natō facta ē in isr̄l et in ihr̄lm quia cōtaminauit iudas sanctificatōnem dñi quā dilexit: et habuerūt filiā dei alieni Dispdat dñs virum qui fecerit hoc: magistrū ⁊ discipulū de tabernaculo iacob. ⁊ offerentem munus dño exercituum. Et hoc rursū fecistis. Operiebatis lacrimis altare dñi fletu ⁊ mugitu: ita vt nō respiciā vltra ad sacrificiū: nec accipiam placabile q̄d de manu vestra. Et dixistis. Quā ob causam: Quia dñs testificatus est inter te et vxorē pubertatis tue: quā tu despexisti. Et hec particeps tua: et vxor federis tui. Nōne vnus fecit: ⁊ residuū spiritus eius est: Et q̄d vn⁹ q̄rit. nisi semen dei: Custodite ergo spiritū vr̄m: et vxorē adolescencie tue noli despicere. Cū odio habueris eā dimitte: dicit dominus deus isr̄l. Operiet aūt iniq̄tas vestimētum ei⁹: dicit dñs exercituū. Custodite spiritū vr̄m: et nolite despicē. Laborare fecistis dñm ī ꝓmonibo vr̄is. Et dixistis. In quo eū fecimus laborare: In eo q̄ dicitis Omnis q̄ facit malū bon⁹ est in conspectu dñi: et tales ei placēt. Aut certe: vbi ē deus iudicij.

Capitulum III

ECce ego mittam angelū meū: et ꝑparabit viā ante faciem meam. Et statim veniet ad templū suuz dñator quē vos q̄ritis: ⁊ angel⁹ testamēti quē vos vultis. Ecce venit: dicit domin⁹ exercituū. Et quis poterit cogitare diem aduēt⁹ ei⁹: Et q̄s stabit ad vidēdū eū: Ipe ei q̄si ignis ꝓflans: et quasi herba fullonū. Et sedebit ꝓflās ⁊ emūdās argētū: et purgabit filios leui. Et colabit eos q̄si aur̄ ⁊ q̄si argentū. et erūt dño offerētes sacrificia ī iustitia. Et placebit dño sacrificiuz iuda ⁊ ihr̄lm sicut dies seculi: ⁊ sicut āni antiq̄. Et accedā ad vos ī iudicio ⁊ ero testis velox maleficis et adulteris ⁊ piuris: ⁊ q̄ calumniant̄ mercedez mercēnarij: ⁊ humiliāt viduas ⁊ pupillos ⁊ opprimunt pegrinū: nec timuerūt me dicit dominus exercituum. Ego enim dominus et non mutor: et vos filij iacob nō estis cōsūpti. A diebo em̄ patrū vr̄or̄ recessistis a legitimis meis: et custodistis. Re-

uertimi ad me ⁊ reuertar ad vos :dicit dominus exercituũ. Et dixistis in quo reuertemur: Si affiget homo deum :qꝛ vos cõfigitis me. Et dixistis. In quo ꝑfigim⁹ te: In decimis ⁊ ĩ ꝓmicijs et in penuria. Eꝛos maledicti estis:et me vos ꝑfigitis gens tota. Inferte omnem decimã in horreũ:et sit cibus in domo mea:et ꝓbate me super hoc dicit dñs. Si non aperuero vobis.katharactas celi:et effudero vobis benedictionẽ vsq; ad abundanciã .Et increpabo pro vobis deuorantem:et non corrumpet fructum terre vestre:nec erit sterilis vinea ĩ agro dicit dominus exercituũ. Et beatos vos dicent omnes gentes· Eritis enim vos terra desiderabilis dicit domin⁹ exercituuꝫ Inualuerunt sup me verba vestra dicit domin⁹. Et dixistis. Quid locuti sumus ꝓtra te: Dixistis. Uanus ẽ q̃ seruit deo. Et quid emolumentum:qꝛ custodiuim⁹ p̃cepta ei⁹ et qꝛ ambulauimus tristes coram domino exercituũ: Ergo nunc beatos dicim⁹ arrogantes. Siquidem edificati sunt facientes impietatẽs:⁊ temptaueꝛt deũ et salui facti sunt· Tunc locuti sunt timẽtes deũ. vnusquisq; cũ ꝓximo suo. Et attendit dominus et audiuit:et scriptus ẽ liber monumenti coꝛam eo timentibus dominũ et cogitãtibus nomen eius. Et erunt mihi ait dominus exercituũ in die qua ego faciam in peculiũ:et parcã ei sicut parcit vir filio suo ſuienti sibi. Et ꝓuertimini et videbitis q̃d sit inter iustũ et impiũ:⁊ inter ſuiẽtẽꝫ deo et nõ ſuientem ei. Ca IIII

Ecce enĩ dies veniet succẽsa q̃i caminus:⁊ erũt omñs supbi et omñs faciẽtes ĩpietatẽ stipula. Et iflãmabit eos dies veniẽs dicit dñs exercituũ: q̃ non dereliquet eis radicem et germen. Et oꝛieꝛ vob timẽtibꝫ nomẽ meũ sol iusticie:⁊ sanitas ĩ pẽnis ei⁹. Et egrediemĩ et salietis sicuituli de armẽto:⁊ calcabitis ĩpios cũ fuerĩt cinis sb plãta pedũ vr̃oꝝ ĩ die q̃ ego facio dicit dñs exercituũ. Memẽto legis moysi ſui mei:quã mãdaui ei ĩ oreb ad oẽz isrl̃ ꝓcepta ⁊ iudicia. Ecce ego mittã vob heliã ꝓpham:anteq̃ veniat dies magn⁹ et horribilis. Et cõuertet coꝛ patꝝ ad filios:⁊ coꝛ filioꝝ ad pr̃es eoꝝ:ne forte veniã ⁊ ꝓcuciã terrã anathemate.

Explicit malachias ꝓpheta.

Incipit libꝛ ꝓmꝰ machab

Incipit prolog⁹ beati hieronimi p̃spiteri ĩ libros machabeoꝝ

Machabeoꝝ libri duo p̃notãt plia. inter hebreoꝛum duces gẽtemq; pessarum:pugnam quoq; sabatoꝛum ⁊ nobiles machabei ducis triũphos:ex cuius nomine et libri idem sunt nuncupati. Hec q̃ historia continet eciã inclita illa gesta machabeoꝛũ fratrũ:qui sub anthiocho rege pro sacris legibꝫ dira tormenta ꝓpessi sunt. Quos mater pia dum diuersis suplicijs vrgerentur nõsolum non fleuit :sed et gaudens hortabatur ad gloriaꝫ passionis.

Explicit prologus. Incipit liber primus machabeoꝛum.

Et factum ẽ postq̃ ꝑcussit alexander philippi rex macedo qui primus regnauit in grecia egressus de terra cethim darium regem persarum et medoꝛum.constituit prelia multa:et obtinuit omnium municiones :et interfecit reges terre. Et pertransiuit vsq; ad fines terre:⁊ accepit spolia multitudinis gentium:et siluit terra in conspectu eius. Et congregauit virtutem et exercitum foꝛtem nimis:et exaltatum ẽ et eleuatum coꝛ eius:et obtinuit regiones gentium et tirannos et facti sunt illi ĩ tributuꝫ. Et post hec decidit in lectum:⁊ cognouit quia moꝛeꝛet. Et vocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti a iuuentute sua:et dimisit illis regnum suũ cũ adhuc viueret. Et regnauit alexander annis duodecim:et moꝛtuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisq; in loco suo:et imposuerũt omñes sibi diademata post moꝛtem eius ⁊ filij eoꝛum post eos annis multis:et multiplicata sũt mala in tra. Et exijt ex eis radix peccati.anthiochꝰ illustris filius antiochi regis q̃ fuerat romẽ obses:et regnauit in anno centesimo tricesimo et septimo regni grecoꝛum. In diebus illis exierunt ex israhel filij iniqui et suaserunt multis dicentes. Eamus et disponamus cuꝫ gentibus testamentum que circa nos sũt :qꝛ exquo recessim⁹ ab eis inueneꝛt nos mlta mala. Et bon⁹ vis⁹ ẽ sermo in oculis eoꝛum. Et festinauerũt aliq̃

te plo et abierūt ad regē:et dedit illis po-
testatē. vt facerēt iusticiā gētium. Et edifi
cauerūt gymnasiū in hierosolimis secūdū
leges nacōnū:et fecerūt sibi ppucia:et re-
cesserūt a testamēto sancto.et iuncti sūt na
tionib⁹:et venūdati sunt vt facerēt malū.
Et paratū ē regnum in cōspectu antiochi
et cepit regnare in terra egipti:vt regna-
ret sup duo regna. Et intrauit in egiptuz
in multitudine graui in curribꝫ et elephā
tis et equitibꝫ:et copiosa nauiū mltitudi-
ne. Et cōstituit aduersus ptolomeū regez
egipti:et veritus est ptolomeus a facie eiꝰ
et fugit.ꝙ ceciderūt vulnerati multi. Et ꝓ-
prehendit ciuitates munitas in terra egi-
pti:ꝙ accepit spolia terre egipti. Et cōuer-
tit antiochus postq̄ ꝑcussit egiptū in cen
tesimo et q̄dragesimo et tercio āno et asce
dit ad isrl:ꝙ ascendit hierosolimis in mul-
titudine graui. Et intrauit in sanctifica-
tionē cū supbia: et accepit altare aureuz
et candelabrū luminis et vniuersa eius et
mensam ꝓpositōis et libatoria et phialas ꝙ
mortariola aurea et velū ꝙ coronas et or-
namentum aureum quod in facie templi
erat ꝙ cōminuit omnia. Et accepit argen-
tum ꝙ aurum ꝙ vasa cōcupiscibilia:ꝙ acce
pit thesauros occultos q̄s inuenit:ꝙ subla
tis omnib⁹ abiit in terrā suam. Et fecit ce
dem hominū:ꝙ locutus ē ī supbia magna.
Et factus ē planctus magnus ī isrl: et in
omni loco eoꝝ. Et īgemuerūt ꝓncipes et
seniores:et iuuenes ꝙ ꝯgines īfirmati sūt
ꝙ speciositas mlierꝫ īmutata ē. Omnis ma
rit⁹ sūpsit lamētū: ꝙ q̄ sedebāt ī thoro ma-
ritali lugebāt. Et cōmota ē tra sup hītan
tes ī ea:ꝙ vniuersa dom⁹ iacob īduit cōfu
sionē:ꝙ post duos ānos diez misit rex ꝓn
cipē tributoꝝ ī ciuitates iuda:ꝙ venit hie-
rusalē cū ēba magna. Et locutus ē ad eos
ꝰba pacifica ī dolo:ꝙ crediderūt ei. Et irru
it sup ciuitatē repētē:et ꝑcussit eaz plaga
magā:ꝙ pdidit plm multū ex isrl. Et acce-
pit spolia ciuitatis:et succēdit eā igni. Et
destruxit dom⁹ eiꝰ et muros eiꝰ ī circuitu:
ꝙ captiuas duxerūt mlieres ꝙ natos:ꝙ pe
cora possederūt. Et edificauerūt ciuitatem
dauid muro magno ꝙ firmo ꝙ turribꝫ fir
mis:ꝙ facta ē illis ī arcē. Et posuerūt illic
gētē peccatricē viros īiqs:ꝙ cōualuerunt
ī ea. Et posuerūt arma ꝙ escas:ꝙ ꝯgrega-

uerūt spolia ihrlm ꝙ reposuerūt illic ꝙ fa-
cti sūt in laqū magnū. Et factū ē hoc ad ī-
sidias sāctificatōni ꝙ in dolū magnū semp
in isrl. Et effuderūt sanguinē īnocētez p cir
cuitū sanctificatōnis:et cōtaminauerunt
sāctificatōz. Et fugerūt habitatores irlm
ꝓter eos:et facta ē habitatō exterorū et
facta ē extera semini suo:et nati eiꝰ relīq̄-
runt eam. Sanctificatio eius desolata est
sicut solitudo:et dies festi eius cōuersi sūt
in luctū:sabbata eius ī obprobriuz. hono-
res eius in nihilum. Secundū gloriā eiꝰ
multiplicata est ignominia eius:et sblimi
tas eiꝰ cōuersa ē in luctū. Et scripsit rex
antiochus omni regno suo:vt: esset oīs
popul⁹ vnus. Et reliq̄runt vnusq̄sq̄ legez
suam:et consēserunt omnes gentes secun
dum ꝰbum regis antiochi. Et mlti ex isrl
consenserunt ei:et sanctificauerūt ydolis
et coinq̄nauerūt sabbatū. Et misit rex an-
tiochus libros p manus nuncioꝝ ī ihrlm
et in omnes ciuitates iude. vt sequerētur
leges gētium terre:vt phiberēt olocausta
et sacrificia et placatōnes fieri in templo
dei ꝙ phiberēt celebrari sabbatū ꝙ dies so-
lennes. Et iussit coinq̄nari sancta:ꝙ san-
ctuz plm isrl. Et iussit edificari aras et tē
pla et ydola et īmolari carnes suillas et
pecora ꝯmunia:ꝙ relinq̄re filios suos in-
circūcisos ꝙ coinq̄nari animas eoꝝ in om
nibus inmundicijs ꝙ abomīatōnib⁹:ita vt
obliuiscerent legē et īmutarēt oīes iusti-
ficatōnes dei. Et quicūq̄ non fecissent se-
cundum ꝰbum regis antiochi morerētur
Secundum omnia ꝰba hec scripsit omni
regno suo:ppositt ꝓncipes plo q̄ hec fie-
ri cogerēt. Et iusserūt ciuitatib⁹ iude sa-
crificare. Et ꝯgregati sūt mlti de populo
ad eos q̄ dereliq̄rant legē dñi:et fecerunt
mala sup terrā:et effugauerūt plm isrlī
abditis ꝙ in absconditis fugitiuorū locis.
Die q̄ntadecima mensis casleu. centesimo
et q̄dragesimoquinto anno edificauit rex
antiochus abominādum ydolū desolatōis
sup altare dei:ꝙ p vniuersas ciuitates iu-
de in circuitu edificauerūt aras:et añ ia-
nuas domoꝝ et in plateis īcendebāt thura
et sacrificabāt. Et libros legis dei conbus
serunt igni scindentes eos:et apud quem-
cumque inueniebanē libri testamenti do-
mini ꝙ quicūq; obseruabat legem dñi:fm

edictū ꝛgis trucidabāt eū . In virtute sua faciebāt hec ꝓplo isrl: qui ꝛueniebāt ī oīm mēse in ciuitatib⁹. Et q̄nta et vicesima die mēsis sacrificabāt sup aram que erat ꝓtra altare: et mulieres q̄ circūcidebāt filios suos trucidabant secundū iussuz regis antiochi. Et suspendebant pueros a ceruicib⁹ p vniuersas dom⁹ eoꝝ: et eos q̄ circūciderāt illos trucidabāt. Et multi de ꝓplo isrl diffinierūt apud se. vt ñ manducarēt immūda et elegerūt magis mori q̄ cibis coinq̄nari immundis: et noluerūt infringere legē dei sanctam: et trucidati sunt. Et facta est ira magna super ꝓplm valde.

Capitulum II

In diebus illis surrexit matathias fili ⁹iohānis filij sym̄eōis sacerdos ex filijs ioarim ab hirlm: et consedit ī monte modin. Et habebat filios q̄nq⁹ iohannan qui cognominabat gaddis. q si-meonem q̄ cognominabat thasi. et iudam qui vocabat machabeus: et eleazaruz qui cognominabatur abaron: q ionathan qui ꝯgnominabat apphus. Vidj viderunt mala que fiebāt in ꝓplo iuda et ī hirlm. Et dixit matathias. Ve mihi. Ut quid natus sū videre cōtricionē populi mei et cōtricōnem ciuitatis sancte· et sedere illic cū datur in manibus inimicorum? Sācta ī manu extraneoꝝ facta sūt: templū eius sicut homo ignobilis. Vasa glie ei⁹ captiua . abducta sunt: trucidati sunt senes ei⁹ in platēis: et iuuenes eius ceciderūt in gladio inimicorū Que gens nō hereditauit regnū ei⁹: et nō obtinuit spolia ei⁹? Oīs cōpositio ei⁹ ablata ē. Que erat libera. facta ē ācilla. Et ecce sācta nostra et pulcritudo nr̄a et claritas nostra desolata ē: et coinq̄nauerūt gētes. Quo ergo nobis adhuc viuere ? Et scidit vestimēta sua matathias et filij ei⁹ : et operuerūt se cilicijs: et planxerūt valde . Et venerūt illuc q̄ missi erāt a rege antiocho vt cogerēt eos qui cōfugerāt in ciuitatem modin immolare et accēdere thura: et a lege dei discedere. Et mlti de ꝓplo isrl ꝓsencientes accesserūt ad eos: ꝑ matathias et filij ei⁹ cōstanter steterūt. Et respōdentes q̄ iussi erāt ab antiocho dixerunt matathie. Princeps et clarissim⁹ q magn⁹ es in hac ciuitate: q ornat⁹ filijs q fratrib⁹. Ergo accede prior et fac iussū regis sicut fecerūt gētes oīes et viri iuda q qui remanserūt in hirlm: et eris tu q filij tui inter amicos regis: et amplificatus auro et argento q muneribus multis et respondit matathias: q dixit magna voce. Etsi omnes gētes regi antiocho obediunt vt discedat vnusq̄sq⁹ a seruitute legis patrū suoꝝ et consentiāt mandatis ei⁹: ego et filij mei q fratres mei obediem⁹ legi patrum nr̄oꝝ. Propici⁹ sit nob⁹ deus: nō ē nobis vtile relinq̄re legem et iusticias dei. Non audiem⁹ verba regis ātiochi: nec sacrificabim⁹ trāsgredientes legis nostre mandata: vt eam⁹ altera via. Et vt cessauit loqui ⁹ba hec : accessit quidā iudeus in omniuz oculis sacrificare ydolis sup arā ī ciuitate modin secūdum iussū regis. Et vidit matathias q doluit: et cōtremuerūt renes eius. Et accensus est furor eius secundum iudiciū legis: et insiliens trucidauit eum sup aram. Sed et viruz quē rex antiochus miserat qui cogebat immolari. occidit ī ipo tpe. q aram destruxit. q zelat⁹ ē legē sic q finees zābri filio saloni. Et exclamauit matathias voce magna in ciuitate dicēs. Oīs q̄ zelū habz legis statuēs testamētū exeat p⁹ me. Et fugit ipe et filij ei⁹ ī mōtes: q reliq̄rūt q̄cūq⁹ habebāt ī ciuitate. Tūc descēderūt mlti q̄rentes iudiciuz q iusticiā ī desertū: q sederūt ibi ipi q filij eius q mlieres eoꝝ q pecora eoꝝ: qm̄ indurauerūt sup eos mala. Et renūciatū ē viris regis q exercitui q erāt ī ihrlz ciuitate dauid qm̄ discessissēt viri q̄dā q dissipauerūt mādatū ꝛgis ī loca occulta ī ⁹ftu: q abissēt p⁹illos mlti. Et statī prexerūt ad eos: q ꝓstituerūt aduersus eos ꝓliū in die sabbatorū. Et dixerūt ad eos. Resistitis q nē adhuc? Exite: q facite secūdū verbū regis antiochi. et viuetis. Et dixerūt. Nō exibim⁹: neq⁹ faciem⁹ ⁹bum regis vt polluam⁹ die sabbatoꝝ Et cōcitauerūt aduers⁹ eos ꝓliū: q nō rūderūt illis. nec lapidē miserūt ī eos nec obtu-uerūt loca occulta dicētes. Moriamur omnes ī simplicitate nr̄a: q testes erūt sup nos celū q terra q⁹ iniuste ꝑditis nos. Et intulerūt illis bellū sabbatis: et mortui sūt ipi et vxores eoꝝ et filij eoꝝ et pecora eorū vsq⁹ ad mille animas hominū. Et cognouit matathias et amici eius: et luctum habuerūt super eos valde. Et dixit vir proximo suo. Si omnes fecerimus sicut fratres nostri

fecerũt et non pugnauerímus aduerſ⁹ gẽ-
tes p animabus noſtris ⁊ iuſtificationib⁹
noſtris:cicí⁹ diſpdent nos a tẽrra. Et cogi
tauerunt in die illa dicentes. Omis homo
quicunq; venerit ad nos ĩ bello die ſabba-
torum pugnemus aduerſus eum:et nõ mo
riemur omnes ſicut mortui ſũt fratres no
ſtri in occultis. Tunc cõgregata ẽ ad eos
ſinagoga iudeorũ fortis viribo ex iſrl':om-
nis volũtarí⁹ ĩ lege ⁊ omnes qui fugiebãt
a malis addíti ſunt ad eos:et facti ſunt il-
lis ad firmamentũ. Et collegerũt exercitũ
⁊ pcuſſerunt peccatores in ira ſua ⁊ viros
iniq̃s in indignacõne ſua:et ceteri fugerũt
ad nacões vt euaderẽt. Et circuiuit mata-
thias et amici eius et deſtruxerũt aras:et
circumciderunt pueros icircumciſos q̃tq̃t
inuenerunt ĩ finib⁹ iſrl' in fortitudine. Et
pſecuti ſunt filios ſupbie:et pſperatum ẽ
opus in manib⁹ eor. Et obtinuerunt legẽ
de manib⁹ gentium et de manib⁹ regum:et
nõ dederũt cornu peccatorí. Et appropin
quauit dies matathie moriẽdi:⁊ dixit filijs
ſuis. Nunc pfortata eſt ſupbia ⁊ caſtigatõ
et tempus euerſionis et ira indignatõnis.
Nunc ergo o filij emulatores eſtote legis:
⁊ date animas veſtras p teſtamẽto patrũ.
Et mementote operũ patrũ que fecerunt in
generationib⁹ ſuis:et accipietis gl'iaz ma-
gnam ⁊ nomen eternũ· Abrabam nõne in
tẽptacione inuentus eſt fidelis:et repu-
tatum eſt ei ad iuſticiam: Joſeph in tpe an
guſtie ſue cuſtodiuit mandatũ:et factus ẽ
dñs egipti. Finees pat noſter zelãdo zelũ
dei accepit teſtamẽtũ ſacerdotij eterni. Jhe
ſus dũ ĩpleuit ob⁹ fact⁹ ẽ dux in iſrl'. Ca-
leb dũ teſtificat ĩ eccleſia accepit heredi-
tatẽ. Dauid in ſua miſericordia cõſecut⁹ ẽ
ſedẽ regni ĩ ſecula. Helias duz zelat zelũ le-
gis:recept⁹ ẽ ĩ celũ. Ananias azarias ⁊ mi
ſabel credentes liberati ſũt de flãma. Dani
el ĩ ſua ſimplicitate liberat⁹ ẽ ò ore leonũ.
Et ita cogitate p generatõz ⁊ generatõnẽ:
q̃ omnes q̃ ſperãt ĩ eũ nõ infirmabũt. Et a
ob⁹ viri peccatoris ne timueritis:q̃ glo-
ria ei⁹ ſterc⁹ et ob⁹ ẽ. Hodie extollitur ⁊
cras nõ ĩueniet:q̃ puerſ⁹ ẽ ĩ trã ſuã:et co
gitacio ei⁹ periet. Vos ergo filij pfortamĩ
et viriliter agite in lege:q̃ cũ feceritis q̃ p-
cepta vob⁹ ſũt in lege a dño deo vr̃o:in ipa
gl'oſi eritis. Et ecce ſimon frater vr̃ ſcio q̃
vir pſilij ẽ. Ipſũ audite ſẽp:⁊ erit vob⁹ pat.
Et iudas machabe⁹ fortis viribo a iuuẽtu-
te ſua ſit vob⁹ pnceps milicie:⁊ ipe aget bel
lum ppl'i. Et adducetis ad vos omnes fa-
ctores legis:⁊ vindicate vindictã ppl'i vr̃i.
Retribuite retribuẽz gentibus:⁊ intendi-
te in pceptum legis. Et benedixit eos:⁊ ap
positus ẽ ad patres ſuos. Et defunct⁹ ẽ cẽ
teſimo et q̃drageſimoſexto ãno:et ſepult⁹
eſt a filijs ſuis ĩ ſepulcris pr̃m ſuor̃ in mo-
din:⁊ planxerũt eũ oĩs iſrl' planctu mag̃.

Et ſurrexit iudas qui vo- Ca.III.
cabat machabeus filius ei⁹ p eo:⁊
adiuuabant eũ omnes frẽs eius et
vniuerſi qui ſe piunxerãt patri eius:⁊ pre-
liabantur ppl'ium iſrl' cum leticia. Et dila-
tauit gl'iam populo ſuo:et induit ſe lori-
cam ſicut gigas et ſuccinxit ſe arma bellica
ſua ĩ prelijs:⁊ protegebat caſtra gladio ſuo.
Similis fact⁹ eſt leoni in operib⁹ ſuis:et
ſicut catulus leonis rugiens in venacõne.
Et pſecutus eſt iniquos pſcrutans eos:et
qui pturbabant ppl'm ſuũ:eos ſuccẽdit flã-
mis:⁊ repulſi ſunt inimici eius. pre timore
ei⁹. Et oẽs operij iniq̃tatis pturbati ſunt
et directa eſt ſalus ĩ manu eius. Et exacer
babat reges multos:et letificabat iacob ĩ
opibus ſuis:et in ſeculum memoria ei⁹ in
benedictione. Et pambulabat ciuitates iu
da et pdidit impios ex eis:et auertit iram
ab iſrl'. Et nominatus eſt vſque ad nouiſſi
mum terre:et congregauit pereuntes. Et
congregauit apolonius gentes:et a ſama
ria virtutem multam et magnaz ad bellã-
dum contra iſrabel. Et cognouit iudas et
exijt obuiam illi:et pcuſſit et occidit illuz
et ceciderunt vulnerati multi et reliqui fu-
gerunt:et accepit ſpolia eorum. Et gladiũ
apolonij abſtulit iudas:et erat pugnans
ĩ eo omnibus diebus. Et audiuit ſeron pn-
ceps exercitus ſirie:q̃ congregauit iudas
pgregatõz fideliũ ⁊ eccleſiã ſecũ. Et ait. Fa
ciam mihi nomẽ ⁊ glorificabor in regno:⁊
debellabo iudã ⁊ eos q̃ cũ ipo ſũt:qui ſper
nebãt verbũ regis. Et pparauit ſe:⁊ aſcen-
derũt cũ eo caſtra impior̃ fortes auxiliarij
vt facẽt vindictã ĩ filios iſrl'. Et apropin-
quauit vſq; bethoron:et exiuit iudas obuiaz
illis cũ paucis. Vt aũ viderũt exercitũ veni-
entẽ ſibi obuiaz dixerunt iude. Quõ pote-
rimus pauci pugnare cõtra multitudinez

tantã. tã fortẽ: Et nos fatigati sum⁹ ieiu-
nio hodie. Et ait iudas . Facile est cõcludi
multos in manu paucorũ: et nõ est differẽ-
tia in cõspectu dei celi liberare in mltis et
in paucis: q̃niam nõ in multitudine exer-
cit⁹ victoria belli: sed de celo fortitudo est.
Ipsi veniũt ad nos in multitudie cõtuma
ci et supbia: vt dispdant nos et uxores no-
stras et filios nr̃os: et vt spoliẽt nos. Nos
vero pugnabim⁹ ꝓ animabꝰ nr̃is et legibꝰ
nr̃is. q ipe dñs ꝓteret eos ante faciẽ nr̃az.
Vos aũt ne timueritis eos. Vt cessauit aĩ
loqui insiluit in eos subitꝰ: q contritus est
seron et exercitus eius in ꝓspectu ipius: q
ꝑsecutus ẽ eum in descensu betheron usq;
in campũ. Et ceciderũt ex eis octingẽti vi-
ri: reliqui aũt fugerunt ĩ terrã philistim.
Et cecidit timor iude ac fratrũ ei⁹ et formi
do sup omnes gẽtes in circuitu eor: q pue
nit ad regẽ nomẽ eius: q de plijs iude nar-
rabãt omnes gẽtes. Vt audiuit aũt rex an
tiochus ꝑmones istos iratus est animo: et
misit et ꝯgregauit exercitũ vniuersi regni
sui castra fortia valde. Et apperuit erariũ
suum: et dedit stipendia exercitui in annũ
et mandauit illis vt essent pati ad omnia.
Et vidit q defecit pecunia ꝺ thesauris suis
et tributa regionis modica ꝓpter dissensi-
onem et plagã quã fecit in terra: vt tolle-
ret legitima q erãt a primis diebus. Et ti-
muit ne nõ haberet et semel et bis in sũpt⁹
et donatiua q dederat ante larga manu: et
abundauerat sup reges qui ãte eũ fuerãt.
Et ꝯsternat⁹ erat animo valde: q cogitauit
ire ĩ psidẽ et accipe tributa regionũ: q con
gregare argẽtũ mltũ. Et reliquit lisiã ho-
minẽ nobilẽ de genere regali sup negocia
regia a flumine eufraten usq; ad flumẽ egi
pti: q vt nutriret ãtiochum filiũ suũ donec
rediret. Et tradidit ei mediuz exercituz et
elephãtos: q mãdauit ei ꝺ omnibꝰ q volebat
et de inhabitãtibꝰ iudea et hirlm: q vt mit
teret ad eos exercitũ ad ꝓterendã q extir-
pandã ꝺtutẽ isrl. et reliq̃as hirlm. q auffe-
rendã memoriã eor ꝺ loco: q vt ꝓstitueret
habitatores filios alienigenas ĩ omnibꝰ fi-
nibꝰ eor: q sortẽ distribueret terrã eor. Et
rex assũpsit ptez exercit⁹ residui. et exiuit
ab antiochia ciuitate regni sui anno cẽtesi
mo q q̃dragesimoseptimo: q trnsfretauit eu
fraten flumẽ: et pambulabat supiores re-
giones. Et elegit lisias ptolomeũ filiũ do-
rim et nichanorez et gorgiã viros potẽtes
ex amicis regis: q misit cũ eis q̃dragita mi
lia viror et septẽ milia eq̃tũ: vt venirẽt in
terrã iuda q dispderẽt eã secũdũ ꝺbũ regis
Et pcesserũt vt irẽt cũ vniuersa ꝺtute sua
q venerũt q applicuerũt ammaũ ĩ terra cam
pestri. Et audierũt mercatores regionũ no
mẽ eor: et acceperũt aur q argẽtũ multuz
valde et pueros. q venerũt ĩ castra vt acci-
perẽt filios isrl ĩ ꝟuos: et additi sũt ad eos
exercitus sirie et terre alienigenar. Ec vi-
dit iudas et fratres ei⁹ q̃ mltiplicata sunt
mala: et exercitus applicabat ad fines eor
et ꝓgnouerũt ꝺba regis q̃ mãdauit plo fa
cere ĩ interitũ et ꝓsumacõnem. Et dixerũt
vnusq̃sq; ad primũ suũ. Erigam⁹ dejectꝯz
ple nr̃i: et pugnem⁹ ꝓ ple nr̃o q sãctis no
stris. Et cõgregat⁹ ẽ ꝙuent⁹ vt essent pati
in plium: et vt orarẽt q peterẽt miserico-
diã q miseratõnes . Et hirlm nõ habitabat
sed erat sicut deꝺtũ. Nõ erat q̃ ingrederet q
egrederet de natis eius: et sãctũ ꝙculcaba
tur. Et filij alienigenaruz erãt in arce: ibi
erat habitacõ gẽtiũ. Et ablata ẽ voluptas
a iacob: et defecit ibi tibia q cithara. Et cõ
gregati sũt et venerũt ĩ maspha ꝓ hirlm
qr locus oratõnis erat ĩ maspha añq; ĩ isl-
rahel. Et ieiunauerũt illa die: et induerũt
se cilicijs et cinerẽ ĩposuerũt capiti suo: et
dissuerũt vestimẽta sua . Et expãderũt libros
legis de q̃bꝰ scrutabãt gentes similitudinẽ
simulacror suor: q attulerũt ornamẽta sa-
cerdotalia q ꝑmicias q decimas: et suscita-
uerũt nazareos q̃ ipleuerãt dies: et clama-
uerũt voce magna ĩ celũ dicẽtes. Quid fa-
ciem⁹ istis: q q̃ eos ducem⁹? Et sancta tua
ꝙculcata sũt q cõtamĩata sũt: q sacerdotes
tui facti sũt ĩ luctũ q ĩ humilitatẽ . Et ecce
natõnes cõuenerũt aduersum nos: vt nos
dispdant. Tu scis q̃ cogitãt ĩ nos. Quõ po
terim⁹ sustinere ante faciẽ eor : nisi tu de⁹
adiuues nos? Et tuꝺ exclamauerunt voce
magna. Et post hec constituit iudas duces
populi: tribunos q cẽturiones et pentacõ-
trachos et decuriones. Et dixit hijs q̃ edifi
cabãt dom⁹ q sponsabãt uxores et planta-
bãt vineas q formidolosis: vt redirẽt vnus
q̃sq; ĩ domũ suã secũdum legem . Et move-
rũt castra: et collocauerunt ad austr amma-
maũ. Et ait iudas. Accingimĩ q estote filij

machabeoz

potentes:ꝙ estote parati ī mane vt pugne-
tis aduersus nationes has q̄ ꝓuenerūt dis-
pdere nos ꝙ sancta nostra:quoniā melius
est nos mori ī bello:q̄ videre mala gentis
nr̄e et sanctoꝝ. Sicut aūt fuerit voluntas
in celo sic fiat. Capi. .IIII.

Assūpsit gorgias quīq̄ milia vi-
roꝝ:ꝙ mille equites electos:ꝙ mo
uerūt castra nocte vt applicarēt ad
castra iudeorum:et pcuterēt eos subito. Et
filij qui erant ex arce erant illis duces. Et
audiuit iudas:ꝙ surrexit ipe ꝙ potentes p-
cutere virtutē exercituuz regis:que erant
in ammaum. Adhuc em̄ dispsus erat exer-
citus a castris. Et venit gorgias ī castra iu
de nocte:ꝙ neminē inuenit. Et querebat in
montibo eos. qm̄ dixit:fugiūt hij a nobis.
Et cuz dies factus esset apparuit iudas in
campo cū tribus milibus virorum tantuz
qui tegumēta et gladios non habebāt. Et
viderūt castra gētium valida:et loricatos
ꝙ equitatus in circuitu eoꝝ:ꝙ hij docti ad
prelium:ꝙ ait iudas viris qui secum erant
Ne timueritis multitudinē eorum:ꝙ impe
tum eorum ne formidetis. Memētote qua-
liter salui facti sunt patres nostri in mari
rubro:cum sequeretur eos pharao cū exer
citu mlto. Et nūc clamemus ī celum et mi-
serebitur nostri dominus:ꝙ memor erit te-
stamenti patrum nostroꝝ et conteret ex-
ercitum istum ante faciē nr̄am hodie:ꝙ sci-
ent omes gentes quia est deus q̄ redimat
ꝙ liberet isrl̄. Et leuauerūt alienigene ocu
los suos:et viderūt eos venientes ex aduer
so. Et exierūt de castris in prelium:ꝙ tuba
cecinerūt hij qui fuerant cum iuda. Et cō-
gressi sūt:et cōtriti sūt gentes ꝙ fugerūt in
campū. Nouissimi aūt ceciderūt in gladio
et plecuti sūt eos vsq̄ gezeron et vsq̄ ī cā-
pos ydumee et azoti et iamme:et cecidert
ex illis vsq̄ ad tria milia viroꝝ. Et reuer-
sus ē iudas:ꝙ exercitus ei⁹ sequens eum.
Diritq̄ ad pl̄m. Nō cōcupiscatis spolia qr
bellum cōtra nos ē:et gorgias ꝙ exercitus
eius ꝑpe nos in mōtibo:ꝟ statē nunc cōtra
inimicos nostros et expugnate eos:et su-
metis postea spolia securi. Et adhuc loquē
te iuda hec:ecce apparuit pars q̄dam pspi
ciēs ꝺ mōte. Et vidit gorgias q̄ ī fugā cō-
uersi sūt sui:ꝙ succēsa sūt castra. Fum⁹ em̄
q̄ videbat ꝺclarabat qꝺ fct̄m est. Quibo illi
consp̄ctis timueerunt valde:aspiciētes sil̄
et iudam. et exercitū ī campo paratum ad
prelium:et fugerūt omnes in campo alie-
nigenarū:et iudas reuersus ē ad spolia ca
strorū. Et accepert aurū ꝙ argētū mlt̄ū ꝙ
iacinctum et purpuram marinam et opes
magnas:et cōuersi ymnū canebant et be-
nedicebāt deū in celum quoniam bon⁹ ē:
qm̄ in seculum misericordia eius. Et facta
est salus magna in isrl̄ in die illa. Quicūq̄
aūt alienigenarum euaserūt:venerūt ꝙ nū-
ciauerūt lisie vniuersa q̄ acciderāt. Quibo
ille auditis cōsternatus animo deficiebat:
q̄ ñ qualia voluit talia cōtigerunt in isrl̄:
et q̄lia mādauit rex. Et seqnti āno congrega
uit lisias viroꝝ electoꝝ seraginta milia et
eqtū q̄nq̄ milia:vt debellaret eos. Et vene
rūt ī iudeā:ꝙ castra posuerūt ī betherō:et
occurrit illis iudas cū decē milibo viris. Et
viderūt exercitū fortem:et orauit ꝙ dixit.
Benedict⁹ es saluator isrl̄ q̄ ꝓtriuisti ipetū
potētis ī manu serui tui dauid:ꝙ tradidi-
sti castra alienigenaꝝ in manu ionathe fi-
lij saul et armigeri ei⁹. Cōclude exercitum
istum in manu populi tui isrl̄:ꝙ ꝓfundant̄
in exercitu suo et equitibo. Da illis formi-
dinē:et tabefac audaciā vtutis eoꝝ:et con
moueāt̄ cōtricōne sua. Deice illos gladio
diligētiū te:et collaudēt te omes qui noue
rūt nomē tuū in ymnis. Et cōmisert pliū ꝙ
ceciderūt ꝺ exercitu lisie q̄nq̄ milia virorū
Videns aūt lisias suoꝝ fugā. et iudeoꝝ au-
daciā:ꝙ q̄ parati sunt aut viuere aut mori
fortiter:abijt antiochiam et elegit milites
vt mlt̄iplicati rursus venirēt ī iudeā. Di-
xit aūt iudas et fratres eius. Ecce cōtriti
sūt inimici nostri:ascendam⁹ nūc mūdare
sācta et renouare. Et cōgregatus ē omis
exercit⁹:et ascēderūt ī montē syon. Et vi-
derūt sanctificacōz destaz ꝙ altare pphana
tū. ꝙ portas exustas:ꝙ in atrijs vgulta na-
ta sic̄ ī saltu. vel ī mōtibo:ꝙ pastoforia di-
ruta. Et scidert vestmēta sua et planxerūt
plāctu magno·ꝙ ī posuert cinerē sup caput
suū. ꝙ ceciderūt ī faciē sup terrā:ꝙ exclama-
uerūt tub signoꝝ ꝙ clamauert ī celū. Tunc
ordinauit iudas viros vt pugnarēt aduer
sus eos q̄ erāt ī arce. donec emūdarēt scta.
Et elegit sacēdotes sñ macl̄a volūtatē hñ-
tes ī lege dei. ꝙ mūdauert scta:et tulert la
pides ꝓtāiacōis ī locū imūdū Et cogitauit

Ia aūt sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes que parauerant aromata:et inuenerunt lapidē reuolutū a monumento ⁊ ingresse ñ inuenerunt corpus domini ihesu. Et factum ē duz mēte consternate essēt de isto:ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.l. Cuz timerēt aūt et declinarent vultum in terraz: dixerunt ad illas. Quid queritis viuentē cū mortuis:Nō ē hic:sed surrexit.Recordamini qualiter locut⁹ est vobis.cū adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium hominis trad̄i in manus hominū peccatorū:⁊ crucifigi.et tercia die resurgere.m. Et recordate sūt verborū ei⁹:⁊ ꝝgresse a monumento nunciauerunt hec oīa illis vndecim:et ceteris omnibus.n.Erat aūt maria magdalene.⁊ iohāna.et maria iacobi.et cetere q̄ cū eis erāt:que dicebant ad apostolos hec.Et visa sūt ante illos sicut d̄liramentū ỏba ista:et nō crediderūt illis.Petrus aūt surgēs cucurrit ad monumētū:et ꝓcūbēs vidit linthea mina sola posita:et abijt secū mirās qd̄ factū fuerat.o .Et ecce duo ex illis ibāt ipa die in castellū qd̄ erat in spacio stadioꝝ sexaginta ab hierlm nomīe emaus:et ipi loq̄bant adinuicē de hijs oīb⁹ q̄ acciderāt.Et factū ē dū fabularent⁊ secū quererēt: et ipe ihus appropinquās ibat cuz illis.Oculi aūt illoꝝ tenebant.ne euz agnoscerēt.Et ait ad illos. Qui sunt hij sermones quos cōfertis adinuicē ambulātes:et estis tristes! Et respondēs vn⁹ cui nomen cleophas:dixit ei. Tu solus ꝑegrinus es ī hierlm et nō ꝓgnouisti q̄ facta sūt ī illa hijs diebus:Quib⁹ ille dixit. Que! Et dixerūt. De ihu nazareno q̄ fuit vir ꝓpheta:potēs in ope et sermone.coram deo ⁊ oīi popl'o.Et quō eū tradiderunt sūmi sacerdotes et ꝓncipes nri ī dāpnatōnē mortis:et crucifixerūt eū.Nos aūt sperabam⁹:qz ipse esset redēptur⁹ isrl'.Et nūc sup hec omnia tercia dies ē hodie:q̄ hec facta sunt. Sed et mulieres q̄dam ex nris terruerunt nos.q̄ ante lucē fuerunt ad monumētuz:et non inuento corpore eius.venerunt dicētes se etiā visionē angeloꝝ vidisse:qui dicunt eū viuere.Et abierūt quidā ex nris ad monumentuz:et ita inuenerūt sicut mulieres dixerūt:ipm vero ñ inuenerūt. Et ipe dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendū ī oīb⁹ q̄ locuti sūt ꝓphe.Nōne hec oportuit pati cristū:et ita intrare ī gl'iam suā:Et incipiēs a moyse et oīb⁹ ꝓphetis interpretabat illis ī oīb⁹ scripturis

ij
.l.Lu.cccxxxvij. Mt.ccclij.
Mr.ccxxxij.

ij
.m.Lu.cccxxxviij. Mt.ccclüj.
Mr.ccxxxüj.

r
.n.Lu.cccxxxix.

viij
.o.Lu.cccxl.
Mr.ccxxxüj.

Lucā

que de ipo erāt. Et appropinquauerūt castello quo ibant: ⁊ ipe se finxit lōgius ire. Et coegerunt illū dicentes. Mane nobiscū quoniā aduespascit: et inclinata ē iā dies. Et intrauit cuz illis. Et factū ē dū recūberet cuz eis accepit panē: et benedixit ac fregit: et porrigebat illis. Et apti sūt oculi eor: et ꝯgnouerūt euz: et ipse euanuit ex oculis eor. Et dixerūt adinuicē. Nōne cor nr̄m ardens erat in nobis. dū loqrēt in via: et aperiret nobis scripturas? Et surgētes eadē hora regressi sūt in hierlm: ⁊ inuenerūt ꝯgregatos undecim. et eos q̄ cū illis erāt dicentes q̄ surrexit dominus vere: et apparuit simoni. Et ipi narrabāt q̄ gesta erant in via: et quō ꝯgnouerūt eū in fractōe panis. a. Dū aūt hec loqrēt: stetit ihūs ī medio eor ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego sū: nolite timē. Coturbati vero et ꝑterriti. existimabāt se spūz videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitatōes ascendūt in corda vra? Videte manus meas et pedes: qr ego ipe sū. Palpate et videte: qr spūs carnē et ossa nō habet. sicme videtis hre. Et cum hoc dixisset: oñdit eis manꝰ ⁊ pedes. b. Adhuc aūt illis nō credētibus et mirātibus ꝓ gaudio. dixit. Habetis hic aliq̄d qd̄ manducē? At illi obtulerūt ei partē piscis assi: et fauū mellis. Et cū mādu-
ir .aLuc. cccxlj. Jo. ccxiij. ⁊. ccxvij.
ir .b.Lu. cccxlij. Jo. ccxxj.
ꝑ c.Lu. cccxliij
casset coram eis: sumens reliq̄as dedit eis. c. Et dixit ad eos. Hec sūt verba que locutꝰ sum ad vos cuz adhuc essem vobiscū: quoniā necesse est implere oīa q̄ scripta sūt in lege moysi ⁊ ꝓphetis et ī psalmis de me. Tunc aperuit illis sensū. ut intelligerēt scripturas: ⁊ dixit eis. Qm̄ sic scriptū ē. et sic oportebat xp̄m pati et resurgē a mortuis tercia die: ⁊ ꝓdicare ī nomine eiꝰ penitēciā et remissionē peccatoꝝ ī oīes gētes: incipiētibus a hierosolima. Vos aūt testes estis horuz. Et ego mittā ꝓmissū patris mei in vos: vos aūt sedete ī ciuitate. quoadusq̄ induamī ⁊tute ex alto. Eduxit aūt eos foras in bethaniam: et eleuatis manibus suis bñdixit eis. Et factū ē dū bñdiceret illꝰ recessit ab eis: ⁊ ferebatur in celū. Et ipi adorātes egressi sūt ī hierlm cū gaudio magno: ⁊ erāt sp̄ ī tēplo laudātes ⁊ benedicētes deum amen.

Explicit euāgeliū ꝑm lucā.

Incipit ꝓlogꝰ ī euāgeliū ꝑm iohez.

Hic est iohannes euangelista vnus ex discipulis domini: qui virgo a deo electus est: quem ō nuptijs volentem nubere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in euāgelio: q̄ et pre ceteris dilectus a deo dicitur: et huic matrem suam de cruce commendauit dominus. ut virginē virgo seruaret. Deniq̄ maifestās in euāgelio q̄ erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans. solus verbū carnē factū esse. nec lumē a tenebris cōprehensū fuisse testat̄: primū signū ponēs quod ī nuptijs fecit domin̄ ostentēs q̄ ipe erat: ut legētibꝰ demonstraret q̄ vbi dñs inuitatus sit deficere nuptiar vinum debeat: et veteribus immutatis. noua oīa que a cristo instituunt̄ apparent. Hoc aūt euāgeliū scripsit ī asia. posteaq̄ in pathmos insula apocalipsim scripserat: ut cui in ꝓncipio canonis ī corruptibile ꝓncipium ꝓnotat̄ in genesi: ei etiaz īcorruptibilis finis per virginem in apocalipsi redderet̄ dicente cristo ego sū alpha et o. Et hic ē iohannes: qui sciens supuenisse diem recessus sui. Conuocatis discipulis suis ī epheso. per mlta signoruz experimenta ꝓmens cristū descendens in defossum sepulture sue locum facta oratione. positus est ad patres suos: tam extraneus a dolore mortis q̄ a corruptōne carnis inuenitur alienus. Tamē post oīs euāgelium scripsit: et hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorū temporis dispositio. vel liborum ordinatio ideo a nobis per singula nō exponitur: ut sciendi desiderio collato et querentibus fructus laboris: ⁊ deo magisterij doctrina seruetur.

Finitur ꝓlogus Incipit euāgelium. secundum iohannem.

Idem

iij
Jo.j. Mt.j.Lu
xxiij.

In principio erat verbum:et verbuz erat apud deũ:et deꝰ erat verbum. Hoc erat in ꝓncipio apud deum. Omnia ꝑ ipm facta sũt:ꝙ sine ipo factũ ẽ nihil. Quod factuz est in ipso vita erat:et vita erat lux hominũ:et lux ĩ tenebris lucet: et tenebre eã nõ ꝓphenderũt.a. Fuit homo missus a deo:cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimonium vt testimoniũ phiberet ỏ lumine:vt omnes crederẽt per illũ. Nõ erat ille lux:sed vt testimoniũ phiberet de lumine.b. Erat lux vera:que illũinat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mundũ. In mundo erat:et mũdus p ipm factus ẽ:et mũdus eũ ñ ꝓgnouit.c. In propria venit et sui eũ nõ receperũt. Quotqt aũt receperũt eũ.dedit eis potestatẽ filios dei fieri: hijs qui credũt ĩ nomine eius. Qui nõ ex sanguinibꝫ neqꝫ ex volũtate carnis.neqꝫ ex volũtate viri:sed ex deo nati sũt.d. Et verbũ caro factũ est:et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius. gloriam ąsi vnigeniti a patre:plenũ gracia ꝙ veritatis.e. Johannes testimoniũ phibet de ipo.et clamat dicẽs Hic erat quẽ dixi:qui post me vẽturus ẽ.ante me factus ẽ:quia ꝓior me erat.f. Et de plenitudine eiꝰ nos omꝫ accepimus et graciã ꝑ gracia:qz lex ꝑ moysen data ẽ:gracia et veritas ꝑ ihm cristum facta est.g. Deũ nemo vidit vnq̃. Unigenitꝰ filius qui ẽ in sinu patris:ipe enarrauit.h. Et hoc est testimoniũ iohannis:quãdo miserũt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad eũ vt interrogarẽt eũ. Tu quis es? Et ꝓfessus ẽ:et ñ negauit. Et ꝓfessus est:qz nõ sũ ego cristus. Et interrogauerũt eũ. Quid ergo? Helias es tu:Et dixit. Non sum. Propheta es tu:Et respõdit. Nõ. Dixerũt ergo ei. Quis es vt responsum demus hijs qui miserunt nos? Quid dicis de teipo? Ait.i. Ego vox clamãtis in deserto dirigite viã domini: sicẽ dixit ysaias propheta.k. Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum:et dixerunt ei.

ij
.a. Jo.ij Mt.vij
Lu.vj.

iij
.b. Jo.iij. Mt.j
Lu.xxiij.

x
.c. Jo.iiij

iij
.d. Jo.v. Mt.j
Lu.xxiij.

j
e. Jo.vj. Mt xj
Mr.iiij.Lu.x:

x
.f. Jo.vij.

iij
.g. Jo.viij.
Mt.cxij.Lu.
cxix.

x
.h. Jo.ix.

j
.i. Jo.x. Mt.
viij.Mr.ij.Lu.
vij. x
.k. Jo.xj.

Quid ergo baptizas si tu non es cristus:neqꝫ helias neqꝫ ꝓpheta? l. Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua:medius aũt vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse ẽ qui p me venturus est qui ante me factus est:cuius ego non sum dignꝰ vt soluam eius corrigiam calciamenti. m. Hec in bethania facta sunt trans iordanen:vbi erat iohannes baptizans. Altera die vidit iohãnes ihesũ venientez ad se:et ait. Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit peccata mundi. n. Hic est ỏ quo dixi. Post me venit vir qui ante me factꝰ est quia ꝓior me erat: et ego nesciebam eum. Sed vt mãifestetur in israhel:ꝓterea veni ego ĩ aqua baptizans. o. Et testimonium perhibuit iohannes dicens. Quia vidi spiritum descendentez quasi colũbam de celo:ꝙ mansit sup euz. Et ego nesciebam eum:sed qui misit me baptizare ĩ aqua:ille mihi dixit. Sup quẽ videris spiritum descendentem.ꝙ manentem super eum:hic est qui baptizat ĩ spiritu sancto. Et ego vidi ꝙ testimonium perhibui:qz hic est filius dei. p. Altera die iteruz stabat iohannes:et ex discipulis eiꝰ duo. Et respiciens ihesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei. Et audierũt euz duo discipuli loquẽtem et secuti sũt ihesum. Conuersus aũt ihesus.ꝙ videns eos sequẽtes se:dicit eis. Quid queritis? Qui dixerũt ei. Rabbi(qđ dicitur interpretatũ magister)vbi habitas: Dicit eis. Venite ꝙ videte. Venerũt ꝙ viderũt vbi maneret:ꝙ apud eũ manserunt die illo. Hora aũt erat quasi decima. Erat aũt andreas frater simonis petri. vnꝰ ex duobus q audierat a iohanne:ꝙ secuti fuerant eum.q. Inuenit hic primum fratrez suũ simonẽ:ꝙ dicit ei. Inuenimꝰ messiã:qđ ẽ interpretatũ xpus. Et adduxit eũ ad ihm. Intuitus aẽ eũ ihesus dixit. Tu es simon filiꝰ iohanna:tu vocaberis cephas:quod interpretatur petrus.r. In crastinũ aẽ voluit exire ĩ galileã ꝙ inuenit philippũ. Et dicit ei ihs. Sequre me. Erat aẽ philippꝰ a bethsayda ciuitate andree ꝙ petri. Inuenit philippus nathanahel:ꝙ di-

j
.l. Jo.xij.Mt.
xj.Mr.viij.Lu.
x.

x
.m. Jo.xiij.

j
.n. Jo.xiiij.
Mt.xj.Mr.viij
Lu.x.

j
.o. Jo.xv.Mt.
xiij.Mr.v.Lu
xiij.

x
.p. Jo.xvj

j
.q. Jo.xvij.Mt
clxvj.Mr.lxx
ij.Lu.xciij.

ij
lxx.Mt

x
.r. Jo.xviij.

cit ei. Quē scripsit moyses in lege et
pphetæ: inuenimus ihm filiuz ioseph
a nazareth. Et dixit ei nathanael.
A nazareth potest aliquid boni esse.
Dicit ei philippus. Veni et vide. Vi-
dit ihesus nathanael venientē ad se:
et dicit de eo. Ecce vere israhelita: in
q̄ dolus non est. Dicit ei nathanael
Vnde me nosti: Respondit ei ihesus
et dixit ei. Priusq̄ te philippus voca-
ret cum esses sub ficu vidi te. Respō
dit ei nathanael et ait. Rabbi: tu es
filius dei: tu es rex israhel. Respon-
dit ihus: z dixit ei. Quia dixi tibi vi-
di te sub ficu credis: maiꝰ hijs vide-
bis. Et dicit ei. Amen amen dico vo
bis: videbitis celū aptum: et angl'os
dei ascendētes z descendentes supꝫ fi-
lium hominis. Ca. .II.

Et die tercia nuptie facte sūt
in chana galilee: et erat ma
ter ihu ibi. Vocatus ē aūt z
ihesus et discipuli eius ad nuptias.
Et deficiente vino: dicit mater ihesu
ad eū. Vinum nō habent. Et dicit ei
ihesus. Quid mihi et tibi est mulier:
nōdum venit hora mea. Dicit mater
eius ministris. Quēcūqꝫ dixerit vobis
facite. erant aūt ibi lapidee ydrie sex
posite secundū purificatiōnē iudeoꝝ:
capientes singule metretas binas vl'
ternas. Dicit eis ihus. Impletē ydri
as aqua. Et impleuerūt eas usqꝫ ad
sūmū. Et dicit eis ihs. Haurite nūc:
et ferte architriclino. Et tulerūt. Vt
autem gustauit architriclinus aquā
vinū factā et non sciebat unde esset:
mīstri aūt sciebant q̄ hauserāt aquā:
vocat sponsū architriclinus et dicit
ei. Omnis homo primū bonū vinum
ponit: et cū inebriati fuerint tūc id
qd deterius ē: tu aūt seruasti bonum
vinū usqadhuc. Hoc fecit inicium si-
gnoꝝ ihesus in chana galilee: et ma
nifestauit gl'iam suā: et crediderūt ī
eū discipuli eius. a. Post hoc descen-
dit capharnaum ipe et mater eius. z
fratres eiꝰ. et discipuli eius: z ibi mā
serūt ñ multis diebus. b. Et pe erat
pascha iudeoꝝ: et ascendit ihs hiero
solimā. c. et inuenit in templo vendē
tes boues z oues et colūbas. et num
mularios sedētes. Et cū fecisset quasi
flagellum de funiculis omēs eiecit de

r ij
.a. Jo. xix. Mt
xix.

j
.b. Jo. xx. Mt.
cclxxiij. Mr.
cl. Lu. cclx.

j
.c. Jo. xxj. Mt
ccxj. Mr. cxxj.
Lu. ccxxxviij.

templo: oues q̄q z boues. z nūmulariorū effudit es: z mensas subuertit. Et
hijs qui colūbas vendebant dixit. Au
ferte ista hinc: et nolite facere domū
patris mei domū negociatōis. b. Recor
dati sunt vero discipuli eiꝰ. qz scriptū
ē: zelꝰ domꝰ tue comedit me. e. Respō
derūt ergo iudei et dixerunt ei. Qđ
signū ondis nob qz hec facis! f. Re-
spōdit ihus: et dixit eis. Soluite tē-
plū hoc: z in tribus diebus excitabo
illud. Dixerūt g̃ iudei. Quadragīta
z sex ānis edificatū ē tēplū hoc. et tu
in tribo diebo excitabis illud: Ille aū
dicebat de tēplo corporis sui. Cuz g̃
resurrexisset a mortuis. recordati sūt
discipuli eiꝰ qz hoc dicebat de corpo-
re suo et crediderūt scripture: et ser-
moni quē dixit ihesus. Cuz aūt esset
hierosolimis in pascha in die festo:
mlti crediderūt ī nomīe eiꝰ videntes si-
gna eiꝰ q̄ faciebat. Ipe aū ihs nō cre
debat semetipm eis: eo qꝫ ipe nosset
omēs: z qz opꝰ ei non erat. vt q̄s testi-
moniū phiberet de homine. Ipe emī
sciebat qđ esset ī hoīe. Ca. .III.

r
.d. Jo. xxij.

iiij
.e. Jo. xxiij.
Mt. clxj. Mr.
lxxvij.

r
.f. Jo. xxiiij.

Erat aūt hō ex phariseis. ni-
codemus nomine: pnceps iu
deoꝝ. Hic veit ad ihesuz no-
cte: et dixit ei. Rabbi: scimꝰ qz a deo
venisti magister. Nemo potest enim
hec signa facē q̄ tu facis: nisi fuerit
deus cū eo. Respōdit ihesus: z dixit
ei. Amen amē dico tibi: nisi q̄s rena
tus fuerit denuo: non potest videre
regnuz dei. Dicit ad eum nicodemus
Quō potest hō nasci cū sit senex! Nūq̄
qđ potest ī ventrē matris sue itera-
tō introire et renasci! Rñdit ihesus.
Amen amē dico tibi: nisi q̄s renatꝰ
fuerit ex aq̄ et spū sācto: nō pt intro
ire ī regnū dei. Qđ natū ē ex carne
caro ē: z qđ natū ē ex spū spūs ē. Nō
mireris qz dixi tibi: oz vos nasci de-
nuo. Spūs ubi vult spirat: z vocez
eiꝰ audis: s nescis unde veniat aut q̄
vadat. Sic ē omis q̄ natus ē ex spū.
Rñdit nicodēꝰ: et dixit ei. Quō pñt
hec fieri! Rñdit ihs: z dixit ei. Tu es
mgr ī isrl' z hec ignoras; Amen amē di-
co tibi: qz qđ scimꝰ loq̄mur. z qđ vidi
mꝰ testamuz: z testiōiū nr̄m ñ accipi
tis. Si t̄rena dixi vob et ñ creditis.
quō si dixēo vob celestia credetis! Et

nemo ascendit in celum nisi q̄ descendit de celo: filiꝰ hominis q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit ꝑpentē in deserto. ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis q̄ credit in ipo nō pereat: sed habeat vitam eternā. Sic em̄ deus dilexit mundū vt filiū suū vnigenitū darz: vt oīs q̄ credit in euz nō pereat: sed habeat vitā eternaz. Non em̄ misit deꝰ filium suū in mundū vt iudicet mundū: sed vt saluetur mundus ꝑ ipm. Qui credit in eū nō iudicaf. Qui aūt nō credit iā iudicatus ē: qz nō credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc ē aūt iudiciū: quia lux venit in mundū: et dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucē. Erāt em̄ eoꝝ mala opa. Omnis em̄ q̄ male agit odit lucē: ⁊ nō venit ad lucē: vt nō arguanf opa eius. Qui autez facit veritatē venit ad lucē vt manifestenf opa eius: qz in deo sūt facta.

viij
.a. Jo.xxv.
Mt̄.vij.Lu.vj

viij
.b. Jo.xxvj.
Mt̄.xviij. Mr̄.
viij.

x
.c. Jo.xxvij.

Post hec venit ihesus ad discipulos et discipli ei⁹ in iudeā terram: et illic demorabaf cuz eis et baptizabat. a. Erat aūt ⁊ iohānes baptizās in enon iuxta salim: qz aque multe erāt illic. ⁊ veniebāt et baptizabāf. b. Nōdū em̄ missus fuerat iohānes in carcerem. c. Facta ē aūt q̄stio ex discipulis iohānis cū iudeis de purificatōe. Et venerūt ad iohānē: ⁊ dixerūt ei. Rabbi: q̄ erat tecuz trās iordanē. cui tu testimoniū phibuisti: ecce hic baptizat: et oīes veniūt ad eū. Respōdit iohānes et dixit. Nō potest hō accipe q̄cq̄: nisi fuerit ei datū de celo. d. Ipsi vos mihi testimoniū phibetis q̄ dixerim. nō sū ego xp̄us: ſ qz missus suz ante illū. e. Qui habet spōsam sponsus ē: amicꝰ aūt spōsi q̄ stat et audit eū. gaudio gaudet ꝓpt̄ vocē spōsi. In hoc g̃ gaudiuz meū ipletuz ē. Illum oportet crescere: me aūt minui. Qui desursū venit sup oīes est. Qui ē de terra de tra ē ⁊ de tra loqf: q̄ de celo venit sup oīs ē. Et quod vidit ⁊ audiuit hoc testaf: et testimoniū eiꝰ nemo accipit. Qui aūt accepit eiꝰ testimoniū signauit: qz deꝰ verax ē. Quez em̄ misit deꝰ. verba dei loquit̄. Nō em̄ ad mēsurā dat deꝰ spiritū. f. Pat̄ diligit filiū: ⁊ oīa dedit in manu eiꝰ. g.

iij
.f. Jo.xxx. Mt̄
xxj. Lu.xxix.

x
g. Jo.xxxj.

Qui credit in filiū habz vitaz eternā: q̄ aūt incredulꝰ ē filio. n̄ videbit vitā eternā: ſ ira dei manz sup eū. Ca. .IIII.

Vt g̃ cognouit ihūs qz audierūt pharisei q̄ ihs plures discipulos facit ⁊ baptizat q̄ iohānes: quāq̄ ihūs n̄ baptizaret ſ discipli ei⁹. h. Reliqt iudeā ⁊ abijt iterū in galileā. i. Oportebat aūt eū trnsire p samariā. Venit g̃ in ciuitatē samarie q̄ dicit sychar: iuxta pdiū qd dedit iacob ioseph filio suo. Erat aūt ibi fons iacob. Ihs aūt fatigatꝰ ex itinē. sedebat sic sup fontē. Hora aūt erat q̄si sexta Venit mlier de samaria haurire aquā dicit ei ihūs. Da mihi bibē. Discipli em̄ ei⁹ abierāt in ciuitatē vt cibos emerent. Dicit g̃ mlier illa samaritana. Quō tu iudeꝰ cū sis bibē a me possis: q̄ sū mlier samaritana? Nō em̄ coutunf iudei samaritanis. Respondit ihūs et dixit ei. Si scires donū dei. et qs ē q̄ dicit tibi da mihi bibere: tu forsitā petisses ab eo: ⁊ dedisſz tibi aquaz viuā. Dicit ei mlier. Dne: neq̄ in q̄ haurias habes: ⁊ puteꝰ altꝰ ē. Unde g̃ habes aquā viuā? Nūqd tu maior es patre nr̄o iacob q̄ dedit nob puteuz: et ipe ex eo bibit. ⁊ filij eius. et pecora eiꝰ? Respondit ihs: et dixit ei. Oīs q̄ bibit ex aqua hac siciet iterū. Qui aūt biberit ex aq̄ quā ego dabo ei. nō siciet iefnū: ſ aq̄ quā ego dabo ei. fiet in eo fons aque saliētis in vitā eternā. dicit ad eū mlier. Dne da mihi hāc aquā: vt nō sitiā neq̄ veniā huc haurire. Dicit ei ihūs. Vade voca virū tuū: ⁊ veni huc. Respondit mlier et dixit. Nō habeo virū. Dicit ei ihūs. Bñ dixisti: qz nō habeo virū. Quīq̄ enī viros habuisti: et nūc quē habes n̄ ē tuꝰ vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mlier. Dne: video qz pphā es tu. Patres nr̄i in mōte hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis qz hierosolimis ē locus vbi adorare oportet. Dicit ei ihesus. Mlier crede mihi: qz veniet hora qñ neq̄ in mōte hoc neq̄ in hierosolimis adorabitis patrem. Vos adoratis qd nescitis: nos adoramꝰ qd scimꝰ: qz salꝰ ex iudeis est. Sed venit hora ⁊ nūc ē: qñ veri adoratores adorabūt patrem in spū ⁊ veritate. Nam ⁊ pr̄es q̄rit: q̄ adorēt eū. Spūs ē deus:

vij
.b. Jo.xxxij.
Mt̄.xix.
x
.i. Jo.xxxiij.

ꝛ eos q̄ adorāt eū ī ſpū ꝛ veritate oz adorare. Dicit ei mlier. Scio qꝛ meſ ſias vēit: q̄ dicit xp̄us cū ḡ venerit: ille nob ānūciabit omīa. Dicit ei ihe ſus. Ego ſuz: q̄ loq̄r tecū. Et ꝓtinuo veneꝛt diſcipli ei⁹: ꝛ mirabāt qꝛ cuz mliere loq̄bat. Nemo tñ dixit: quid q̄ris aut q̄d loq̄ris cū ea. Reliquit ḡ ydriā ſuā mlier: ꝛ abijt ī ciuitatē: et dicit illis hoīb. Eleite et videte hoiez q̄ dixit mihi omīa q̄cunq; feci. Nūq̄d ipe ē xp̄us? Exieꝛt de ciuitate: et vēie bāt ad eū. Interea rogabāt eū diſci pli dicētes. Rabbi māducа. Ille aūt dixit eis. Ego cibū habeo māducare quē vos neſcitis. Dicebāt ḡ diſcipli adinuicē. Nūq̄d aliq̄s attulit ei mā ducare? Dicit eis ihs. Meꝰ cibꝰ ē. vt faciaz volūtatem eiꝰ qui miſit me: vt pficiā opꝰ eius. Nōne vos dicitis qꝝ adhuc q̄tuoꝛ mēſes ſūt ꝛ meſſis vēit? Ecce dico vob: leuate oc̄los vr̄os et videte regiōes: qꝛ albe ſūt iā ad meſſē Et q̄ metit mercedē accipit et cōgre gat fructū ī vitā eāā: vt q̄ ſeminat ſil gaudeat ꝛ q̄ metit. In hoc eī ē v̄bū vez: qꝛ aliꝰ ē q̄ ſemīat: ꝛ aliꝰ ē q̄ me tit. Ego miſi vos metē: qō vos ñ la boraſtis. Alij laboraueꝛt: et vos ī la boꝛes eoꝝ ītroiſtis. Ex ciuitate aūt illa mlti credideꝛt ī eū ſamaritanoꝝ ꝓpt̄ v̄bū mlieꝛis teſtimoniuz phibētis: qꝛ dixit mihi omīa q̄cuq; feci. Cū veniſſēt ḡ ad illū ſamaritani: rogaueꝛ rūt eū vt ibi maneꝛet. Et manſit ibi duos dies. Et mltoplēs credideꝛt ꝓpt̄ ꝰmonē eiꝰ. Et mlieri dicebāt: qꝛ iaz ñ ꝓpt̄ tuā loq̄lā credim⁹. Ipi em̄ au diuim⁹ ꝛ ſcim⁹: qꝛ hic ē vere ſaluatoꝛ mūdi. a. Poſt duos aūt dies exijt in de: ꝛ abijt ī galileā. b. Ipe em̄ ihus teſtimoniū phibuit: qꝛ ꝓpha in patria ſua honoꝛē ñ habet. c. Cū ḡ veniſſet ī galileā accepeꝛt eū galilei: cū omīa vidiſſēt q̄ fecerat hieroſolimis in die feſto. Et ipi eī venerāt ad diē feſtuz. Venit ergo itērū ī chana galilee: vbi fecit aquā vinū. d. Et erat q̄dā regu lus cuiꝰ filiꝰ īfirmabat capharnauz. Hic cū audiſſet qꝛ ihs aduēiret a iu dea ī galileā abijt ad eum: ꝛ rogabat eū. vt deſcēdēt ꝛ ſanaret filiū eiꝰ. Jn cipiebat eī moꝛi. Dixit ḡ ihs ad euz.

vij
a. Jo. xxxviij. Mt. xix.
j
b. Jo. xxxv. Mt. xxij. Mr. lj Lu. xxj.
r
c. Jo. xxxvj.
ij
d. Jo. xxxvij. Mt. lxiij. Lu. lxv.

Niſi ſigna ꝛ ꝓdigia viderītis nō cre ditis. Dicit ad eū regulꝰ. Dñe: deſcē de puſq̄ moriat filius meꝰ. Dicit ei ihs. Vade: filiꝰ tuꝰ viuit. Credidit hō ꝰmoni quē dixit ei ihs: ꝛ ibat. Jā aūt eo deſcēdēte ſui occurreꝛt ei: ꝛ nūci aueꝛt dicētes: qꝛ filiꝰ eiꝰ viueret. In ꝛrogabat ḡ horā ab eis ī q̄ meliꝰ ha buerit. Et dixerūt ei: qꝛ heri hora ſe ptima reliq̄t eū febris. Cognuit ḡ pa ter qꝛ illa hora erat ī q̄ dixit ei ihs fi liꝰ tuꝰ viuit: ꝛ credidit ipe: ꝛ domꝰ eiꝰ tota. Hoc iterꝝ ſcdm ſignū fecit ihs: cū veniſſet a iudea ī galileā. Ca. V.

i
Jo. xxxviij. Mt. lxx. Mr. x. r. Lu. xxxvij.

Post hec erat dies feſtꝰ iudeo rū: ꝛ aſcēdit ihus hieroſoli mā. Eſt aūt hieroſolimis ꝓba tica piſcina q̄ ꝓgnaī hebraice beth ſaida: q̄nq; porticꝰ habens. In hijs iacebat mltitudo magꝝ lāguētiū ce coꝝ ꝛ claudoꝝ aridoꝝ expectātiū aq̄ motū. Angl⁹ aūt dñi deſcēdebat ſcdm tps ī piſcinā: ꝛ mouebaī aqua. Et q̄ ꝑmꝰ deſcēdiſſet ī piſcinā pꝰ motū aq̄ ſanꝰ fiebat a q̄cūq; detinebaī īfirmi tate. Erat aūt q̄dā hō ibi triginta et octo ānos habēs ī infirmitate ſua. Hūc cū vidiſſet ihs iacētē: ꝛ ꝓgnouiſſet qꝛ iā mltuz tps haberet dicit ei. Vis ſanus fieri? Rñdit ei lāguidꝰ. Dñe: hominē nō habeo vt cū turbata fue rit aqua mittat me ī piſcinā. Dū ve nio em̄ ego: aliꝰ añ me deſcēdit. Di cit ei ihs. Surge: tolle grabatū tuū ꝛ ābula. Et ſtatī ſanꝰ factꝰ ē hō ille: ꝛ ſuſtulit grabatū ſuum ꝛ ambulabat. Erat aūt ſabbatū ī die illo. Dicebāt ḡ iudei illi q̄ ſanatꝰ fuerat. Sabbatū ē: nō licet tibi tollē grabatuz tuū. e. Rñdit eis. Qui me ſanū fecit ille mi hi dixit: tolle grabatuz tuū ꝛ ābula. Interrogauerūt ḡ eum. Quis ē ille hō: q̄ dixit tibi tolle grabatū tuuz et ābula? Is aūt q̄ ſanꝰ fuerat effectus neſciebat q̄s eſſet. Ihs em̄ declinauit a ꝛba ꝓſtituta ī loco. Postea inuēit eū ihus ī tēplo: ꝛ dixit illi. Ecce ſanꝰ factꝰ es: iā noli peccare. ne deteriꝰ tibi aliq̄d contīgat. Abijt ille homo: et nūciauit iudeis qꝛ ihus eſſet: q̄ fe cit eū ſanū. Propter ea pſeq̄banī iudei ihm: qꝛ hec faciebat ī ſabbato. Ihus aūt rñdit eis. Pr̄ meꝰ vſq̄modo opaī

r
e. Jo. xxxix.

et ego operor. Propter ea ergo magis
qrebāt eū iudei interficere: quia nō
soluz soluebat sabbatū: sed et patrez
suum dicebat deū eqlez se faciēs deo.
Respondit itaqz ihesus: et dixit eis.
Amen amē dico vobis: ñ potest filiꝰ
a se facere quicqꝫ: nisi qd viderit pfez
facientē. Quecūqz eñ fecerit ille: hec
et filius similiter facit. Pater eñ di-
ligit filium. ⁊ oñia demonstrat ei. q
ipe facit: ⁊ maiora hijs ꝺmōstrabit
ei opera vt vos miremī. Sicut eī pa
ter suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊
filius quos vult viuificat. Neqz enīz
pater iudicat quēqꝫ: sed omne iudici
um dedit filio: vt oñes honorificent
filiuz sicut honorificāt patrē. a. Qui
non honorificat filium: nō honorifi-
cat patrem qui misit illum. b. Amen
amen dico vob: quia q ꝺbum meum
audit ⁊ credit ei qui misit me: habet
vitam eternam. Et in iudiciū nō ve-
nit: sed trāsiet a morte in vitā. Amē
amen dico vobis: quia venit hora et
nunc ē quādo mortui audient vocez
filij dei: ⁊ qui audierint viuēt. Sicut
eñ pater habet vitam in semetipo:
sic dedit et filio vitā habere in semet-
ipo. Et potestatē dedit ei et iudiciuz
facere: qz filius hoīs est. Nolite mi
rari hoc: quia venit hora in q omnes
q in monumētis sūt audient vocem
filij dei: et pcedent qui bona fecerūt
in resurrectōz vite: q vero mala ege
rūt in resurrectōnēz iudicij. Nō pos-
sū ego a meipo facere quicqꝫ. Sicut
audio iudico: et iudiciū meum iustū
est. c. quia nō quero voluntatē meā.
sed voluntatem eius qui misit me pa
tris. d. Si ego testimoniū perhibeo
ꝺ me testimonium meū nō est verū.
Alius est q testimoniuz perhibet de
me: et scio quia verum est testimoni
um eius qꝺ perhibet de me. Vos mi-
sistis ad iohannem: et testimoniū p-
hibuit veritati. Ego aūt nō ab homi
ne testimoniuz accipio: sed hec dico:
vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ar
dens et lucēs. Vos aūt voluistis ad
horam exultare in luce eius. Ego aī
habeo testimonium maius iohāne.
Opa eñ q dedit mihi pater vt pficiā

i
.a. Jo.xl. Mī.
xcviij. Mar.xc
vj. Lu.cxvj.

x
.b. Jo.xlj.

j
.c. Jo.xlij. Mī
ccxcv. Mī.clx
xvj. Lu.cclxxx
ij.

x
.d. Jo.xliij.

ea: ipsa opera que ego facio testimo
nium perhibēt de me: quia pater mi-
sit me. Et qui misit me pater ipe te-
stimonium perhibuit de me. e. Neqz
vocem eius vnqꝫ audistis: neqz speciē
eius vidistis. f. Et verbum eius non
habetis in vobis manēs: quia quem
misit ille huic vos nō creditis. Scru
tamini scripturas: quia vos putatis
in ipsis habere vitam eternam. Et il
le sūt que testimoniū perhibēt ꝺ me:
et nō vultis venire ad me vt vitā ha
beatis. Claritatē ab hominibus non
accipio: sed ognoui vos: qz dilectōnē
dei nō habetis in vobis. Ego veni in
nomine patris mei: et nō accepistis
me. Si alius venerit in nomine suo.
illuz accipietis. Quomodo vos pote
stis credere q gloriam abinuicem ac
cipitis: et gloriaz q a solo deo est nō
queritis: Nolite putare quia ego ac-
cusaturus sim vos apud patrez. Est
q vos accusat: moyses ī quo vos spe
ratis. Si eī crederetis moysi: crede-
retis forsitan et mihi. De me eñ ille
scripsit. Si aūt illius litteris nō cre-
ditis: quō meis verbis creditis.

iij
.e. Jo.xliiij.
Mī.cxij.
Lu.cxix.

x
.f. Jo.xlv.

Capitulum. .VI.

Post hec abijt ihesus trās ma-
re galilee: quod ē tyberiadis
Et sequebatur eum multitu
do magna: quia videbant signa que
faciebat sup hijs qui infirmabāt. g.
Subijt ergo in montez ihesus: et ibi
sedebat cū discipulis suis. h. Erat au
tē proximum pascha: dies festus iu-
deorum. i. Cum subleuasset oculos
ihesus. et vidisset qz multitudo mag-
na venit ad eum: dicit ad philippuz.
Unde ememus panes vt manducent
hij: Hoc aūt dicebat temptans eum.
Ipse enīz sciebat quid esset factur⁹.
Respondit ei philippus. Ducentoruz
denariorum panes ñ sufficiunt eis:
vt vnusquisqz modicum quid accipi-
at. dicit ei vnus ex discipulis ei⁹ an-
dreas frater simonis petri. Est puer
vnus hic: qui habet quinqz panes or
deaceos et duos pisces. Sed hec qd
sunt inter tantos? Dicit ergo ihesus

j
Jo.xlvj. Mī.x
xiij. Mī.xxxj.
Lu.xlv. et xxj
et.xxxviij.

iij
.g. Jo.xlvij.
Mī.cxlvj.
Lu.xcij.

j
.h. Jo.xlviij.
Mī.cclxxxij
Mī.clvj. Lu.
cclx.

j
.i. Jo.xlix. Mī
cxlvij. Mī.lx
iij. Lu.xciij.

Facitæ hoīes discūbere. Erat aī fenū multū ī loco. Discubuerūt g̃ viri. numero q̃si q̃nq; milia. Accepit g̃ ihūs panes: ⁊ cū gracias egisset distribuit discūbentib⁹. Similiter ⁊ ex piscibus quātū volebāt. Ut aūt impleti sūt: dixit discipl'is suis. Colligitæ q̃ supauerūt fragmēta ne pereāt. Collegerūt g̃ ⁊ impleuerūt duodecī cophinos fragmentor̄ ex q̃nq; panib⁹ ordeaceis et duob⁹ piscib⁹: que supfuerūt hijs qui māducauerāt. a. Illi g̃ hoīes cum vidissēt qđ fecerat signū dicebāt. Quia ħ est vere ꝓpheta: qui venturus est in mundū. Ihūs g̃ cū ꝯgnouisset q̃ venturi essent vt raperent eū et facerent eum regem: fugit itēr̄ in montē ipse solus. b. Et autē sero factū est: descenderunt discipuli eius ad mare. Et cū ascendissent nauim: venerunt trans mare in capharnaū. Et tenebre iam factæ erant: ⁊ non venerat ad eos ihs Mare aūt vēto magno flantē exurgebat. Cum remigassent g̃ quasi stadia vigintiq̃nq; aut triginta: vidēt ihūm ambulantē supra mare. ⁊ ꝓximū nauī fieri: ⁊ timuerūt. Ille aūt dicit eis Ego sum: nolitæ timere. Voluerūt g̃ accipere eum in nauim: ⁊ statim nauis fuit ad terrā quā ibant. c. Altera die turba que stabat trans mare. vidit quia nauicula alia ñ erat ibi nisi una: ⁊ q̃ non introisset cū discipulis suis ihūs in nauim: sed soli discipuli eius abissent. Alie vero supuenerunt naues a tyberiade iuxta locū vbi māducauerāt panē: gracias agētes deo. Cū g̃ vidisset turba quia ihūs nō essẽ ibi neq; discipuli eius ascenderunt in nauiculas: ⁊ venerūt capharnaū querentes ihm. Et cū inuenissent eū trās mare: dixerūt ei. Rabbi. quando huc venisti? Rñdit eis ihs: ⁊ dixit. Amen amen dico vobis: q̃ritis me non quia vidistis signa. sz quia māducastis ex panib⁹: et saturati estis. Operamī nō cibū qui perit: sz q̃ ꝑmanet ī vitā eī nā: quē filius hom̄is dabit vob. Hūc em̄ pater signauit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciemus: vt operemur opa dei? Respondit ihūs: ⁊ dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eum quē misit ille. d. Dixerūt g̃ ei. Qđ ergo tu facis signū: vt videam⁹ ⁊ credamus tibi? Quid operaris. e. Patres nr̄i māducauerūt māna in deserto: sic scriptū est: Panē de celo dedit eis māducare. Dixit ergo eis ihūs. Amen amen dico vobis: non moyses dedit vob panē de celo: sed pater meus dat vobis panē de celo verum. Panis eī verus est qui de celo descendit: et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eū Domine semper da nobis panē hūc. f. Dixit aūt eis ihūs. Ego sū panis vitæ. Qui venit ad me nō esuriet: et qui credit in me nō siciet vnq̃. Sed dixi vobis: q̃ ⁊ vidistis me: ⁊ nō credidistis. g. Oñe qđ dat mihi pater ad me veniet: ⁊ eū q̃ venit ad me ñ eiciā foras. h. q̃ descendi de celo nō vt faciā volūtatē meā sz volūtatē eius qui misit me. i. Hec est em̄ voluntas ei⁹ q̃ misit me p̄is: vt oñe qđ dedit mihi nō pdā ex eo: sed resuscitē illud ī nouissimo die. Hec est em̄ volūtas p̄is mei q̃ misit me: vt oñis q̃ videt filiū ⁊ credit ī eū habeat vitā eternā: ⁊ ego r̄suscitabo eū ī nouissimo die. k. Murmurabāt g̃ iudei de illo. quia dixisset ego sū panis viuus: q̃ de celo descēdi Et dicebāt. Nōne ħ ē fili⁹ ioseph cui⁹ nos nouimus patrē et matrē? Quomodo ergo dicit ħ. q̃ de celo descendi. l. Respondit ergo ihūs: ⁊ dixit eis. Nolitæ murmurare ītinuicem. Nemo potest venire ad me: nisi pater q̃ misit me traxerit eū: ⁊ ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum ī ꝓphetis. Erunt omnes docibiles dei. Oñis q̃ audiuit a patre ⁊ didicit venit ad me. m. Non q̃ patrē vidit q̃squā: nisi is q̃ ē a deo: ħ vidit patrē. n. Amen amen dico vobis: q̃ credit in me habet vitā eternā. o. Ego sum panis vitæ. p. Patres vestri māducauerūt māna ī deserto: ⁊ mortui sūt. Hic est panis de celo descendēs: vt si quis ex ipo manducauerit nō moriaī. q. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum Et panis quē ego dabo caro mea est: ꝓ mundi vita. r. Litigabant ergo iudei adinuicem dicētes. Quomodo potest ħ nob carnem suam dare ad manducandū:

.a. Jo.l.

.b. Jo.lj. Mt. cl. Mr.lxvij.

.c. Jo.lij.

.d. Jo.liij. Mt lxj. Mr.lxxvij

.e. Jo.liiij.

.f. Jo.lv. Mat cclxxxiiij. Mr. clxv. Lu. cclxvj. .g. Jo.lvj. .h. Jo lvij Mt ccxcv. Mr. clxxvj. Lu. cclxxxij. .i. Jo.lviij.

.k. Jo.lix. Mt cxlj. Mr.l. Lu xix.

.l. Joh.lx.

.m. Jo.lxj Mt cxij. Lu. cxix. .n. Jo.lxij. .o. Jo.lxiij Mt cclxxxiiij. Mr. clxv. Lu. cclxvj. .p. Jo.lxiiij. .q. Jo.lxv Mt cclxxxiiij. Mr. clxv Lu cclxvj .r. Jo.lxvj.

Dixit ḡ eis ihs. Amen amē dico vo-
bis: nisi māducaueritis carnem filij
hoīs ⁊ biberitis eiꝰ sanguinē: nō ha-
bebitis vitam in vob. Qui māducat
meā carnē ⁊ bibit meū sāguinē. habz
vitā eternā. ⁊ ego resuscitabo eū in
nouissimo die. a. Caro eī mea vere ē
cib: ⁊ sāguis meus vere ē potus. b.
Qui māducat meā carnē ⁊ bibit me-
um sāguinē: in me manet. ⁊ ego in il
lo Sicut misit me viuēs pater ⁊ ego
viuo ꝓpter patrē: ⁊ qui māducat me
et ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis
qui de celo descendit. Nō sicut mādu
cauerūt patres vestri māna: ⁊ mor-
tui sūt. Qui manducat hūc panem:
viuet ineternū. Hec dixit in sy̓nago
ga docēs. in capharnaū. Multi ḡ au
dientes ex discipl'is eiꝰ. Dixerūt du-
rus est h̄ sermo. Et quis potest eū au
dire: Sciens aūt ihs apud semetipm
qz murmurarēt de hoc discipuli eius.
dixit eis. Hoc vos scandalizat. c. Si
ḡ videritis filiū hoīs ascēdentem vbi
erat prius. d. Spiritus ē q̄ viuificat
caro nō ꝓdest q̄cq̄. e. Verba que ego
locutus sum vob: spūs ⁊ vita sūt. Sz
sūt q̄dā ex vob q̄ nō credūt. f. Scie-
bat enim ab inicio ihs qui essent cre-
dentes: ⁊ quis traditurꝰ esset eū. g. Et
dicebat. Propterea dixi vob: qz ne-
mo potest venire ad me: nisi fuerit ei
datū a patre meo. Ex hoc multi disci
pulorꝫ eiꝰ abierūt retro: ⁊ iam nō cū
illo ambulabāt. Dixit ḡ ihs ad duo-
decim. Nunq̄d ⁊ vos vultis abire. h.
Rn̄dit ḡ ei sy̓mō petrus. Dn̄e: ad quē
ibimus: Verba vite eterne habes. Et
nos credimus ⁊ cognouimꝰ: qz tu es
xp̄c filiꝰ dei. i. Respondit ei ihs. Non-
ne ego vos duodecim elegī: et ex vob
vnus dy̓abolꝰ est: Dicebat aūt de iu-
da sy̓monis Scariothis. Hic ei erat
traditurꝰ eū cū esset vnꝰ ex duodecī.

i
.a. Joh. lxvij.
Mt̄. cclxxxiij.
Mr̄. clxv. Lu.
cclxvj. r
.b. Joh. lxviij.

j
c. Jo. lxix. Mt̄
ccc x. Mar. c-
xcj Lu. ccxcvij
iiij
.d. Jo. lxx. Mt̄
ccxcvij. Mt̄. cl-
xxviij. r
.e. Jo. lxxj.
iiij
.f. Jo lxxij Mt̄
cclxxix. Mar.
clxj. r
.g. Jo. lxxiij.
j
.h. Jo. lxxiiij.
Mt̄. clxvj. Mr̄
lxxxij. Lu. xc-
iiij. r
.i. Jo. lxxv.

Capitulū. VII.

Post hec autez ambulabat ihs
in galileam. Non enim vole-
bat in iudeā ambulare: qz q̄-
rebāt eū iudei interficere. Erat autē
in proximo dies festus iudeoꝝ sceno
phegia. Dixerunt autem ad eū frēs
eius. Transi hinc in iudeam: vt et di-
scipuli tui videāt opera tua q̄ facis.

Nemo quippe ī occulto q̄d facit: ⁊ que
rit ipe in palā esse. Si hec facis ma-
nifesta teip̄m mūdo. Neqz em̄ fratres
eius credebāt ī eum. Dicit ḡ eis ihs.
Tēpus meū nōdū aduenit: tēpus aī
vr̄m semp ē paratū. Nō potest mūdꝰ
odisse vos. Me autē odit: qz ego testi
moniū phibeo de illo: qz opa eiꝰ ma-
la sūt. Vos ascēdite ad diē festū hūc.
Ego nō ascendā ad diē festū istū: qz
meū tp̄us nōdū impletū est. Hec cuz
dixisset: ipe mansit in galilea. Vt aūt
ascenderūt frēs eiꝰ. tūc et ipe ascēdit
ad diē festū non manifeste: sed q̄si in
occulto. Judei ḡ querebāt eum ī die
festo: ⁊ dicebant. Vbi est ille: Et mur
mur multus de eo erat ī turba. Qui-
dam eī dicebāt qz bonꝰ ē: alij dicebāt
nō: sz seducit turbas. Nemo tñ palaz
loq̄batr̄ ꝺ illo: ꝓpter metū iudeoꝝ. Jā
autē die festo mediāte: ascendit ihs
in templū ⁊ docebat. Et mirabantur
iudei dicentes. Quō h̄ lr̄as scit cū nō
didicerit: Rn̄dit eis ihs: ⁊ dixit. Mea
doctrina nō est mea: sed eius qui mi-
sit me. Si quis voluerit voluntatem
eius facere: cognoscet de doctrina.
vtrum ex deo sit: an ego a meipo lo-
quar. Qui a semetipo loquit̄ gloriaz
ꝓpriā querit. Qui aūt querit gloriaz
eius qui misit eū. h̄ verax est: ⁊ iniu-
sticia in illo non est. Nonne moy̓ses
dedit vobis legem: Et nemo ex vobis
facit legem. Quid me queritis interfi-
cere: Rn̄dit turba et dixit. Demo-
niū habes. Quis te querit interficē:
Rn̄dit ihs: ⁊ dixit eis. Vnū opꝰ feci:
⁊ omnes miramini. Propterea moy̓-
ses dedit vob circūcisionē: non qz ex
moy̓se ē: sz ex p̄rib. Et in sabbato cir
cūcidit̄is homine. Si circūcisionem
accipit hō in sabbato vt nō soluatur
lex moy̓si: mihi indignamī qz totum
hoīez sanū feci in sabbato. Nolite iu-
dicare scd̄m faciē: sz iustū iudiciū iu
dicate. Dicebant ḡ q̄dā ex hierosoli-
mis. Nōne h̄ ē quē q̄rūt interficē: Ecce
palā loquit̄: ⁊ nihil ei dicūt. Nūq̄d ve
re cognouerūt p̄ncipes qz h̄ est xp̄c:
Sed hunc scimus vnde sit. xp̄c autez
cū venerit: nemo scit vnde sit. k. Cla-
mabat ḡ ihs in templo docens et di-
cens. Et me scitis. ⁊ vnde sim scitis: ⁊

iij
.k. Joh. lxxx.
Mt̄. cxij. Luc
cxix.

a meipo nõ veni: ſed ẽ verus q̃ miſit me quẽ vos neſcitis. Ego ſcio eũ: ꝛſi dixero q̃ neſcio eũ: ero ſimilis vobis mẽdax. Et ego ſcio eũ: q̃ ab ipo ſũ ꝛ ipe me miſit. a. Querebãt g̃ eũ appẽ dere: ꝛ nemo miſit ĩ illũ manꝰ: q̃ nõ dũ venerat hora eiꝰ. b. De turba aũt multi crediderũt ĩ eum. Et dicebãt. Xp̃c cũ venerit: nũq̃d plura ſigna faciet q̃ que h̃ facit? Audierũt phariſei turbã murmurãtẽ de illo hec. c. ꝛ miſerunt p̃ncipes ꝛ phariſei miſtros vt apꝛehẽderẽt ih̃m. d. Dixit g̃ eis ih̃us Adhuc modicũ tẽpus vobiſcũ ſum: ꝛ vado ad eũ qui me miſit. e. Queretis me ꝛ nõ inuenietis: ꝛ vbi ſũ ego vos non potẽſtis venire. Dixerũt g̃ iudei ad ſemetipos. Quo h̃ iturus eſt. quia non inueniemus eum? Nunq̃d in diſperſionẽ gentiũ iturus eſt. et docturus gẽtes? Quis eſt h̃ ſmo quẽ dixit. q̃retis me ꝛ nõ inuenietis: ꝛ vbi ſum ego vos non potẽſtis venire? In nouiſſimo aũtẽ die magno feſtiuitatis ſtabat ih̃us: ꝛ clamabat dicẽs. Si q̃s ſitit: veniat ad me et bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc aũtẽ dixit de ſpiritu: quem acceꝑturi erant credentes in eũ. Nondũ em̃ erat ſpiritus datus: quia ih̃s nõdũ erat glorificatus. f. Ex illa g̃ turba cum audiſſent hos ſermones eius dicebant. Hic eſt vere ꝓpheta. Alij dicebant. Hic eſt xp̃c. g. Quidã aũtẽ dicebant. Nũquid a galilea venit xp̃c. Nonne ſcriptura dicit: quia ex ſemie dauid. ꝛ de bethleem caſtello vbi erat dauid venit xp̃c. h. Diſſenſio itaq̃ facta eſt in turba ꝓter eum. i. Quidam autem ex ipſis volebant appẽhendere eum: ſed nemo miſit ſuper eũ manus .k. Venerunt ergo miniſtri ad pontifices ꝛ phariſeos: ꝛ dixerunt eis illi. Quare nõ adduxiſtis eum? Reſpõderunt miniſtri. Nunq̃ ſic locutus eſt homo: ſicut h̃ homo. Reſpõderunt g̃ eis phariſei. Nũquid ꝛ vos ſeducti eſtis? Nũquid ex p̃ncipibꝰ aliq̃s credidit in eũ: aut ex phariſeis? Sz turba hec que nõ nouit legẽ: maledicti ſunt Dixit nyc̃odemus ad eos (ille qui venit ad eum nocte: qui vnus erat ex ipſis) Nunquid lex noſtra iudicat hominem: niſi prius audierit ab ipſo et cognouerit quid faciat? Reſpondẽrũt et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus es? Scrutare ſcripturas et vide: quia a galilea propheta non ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſquiſq̃ in domuz ſuam.

Capitulũ. VIII.

Ieſus autẽ pꝛexit in montez oliueti: et diluculo itẽrum venit in tẽplũ et omnis populus venit ad eum: et ſedens docebat eos. Adducunt ergo ſcribe ꝛ phariſei mulierem dꝛehẽſam in adulterio et ſtatuerunt eam in medio: ꝛ dixerũt ei. Magiſter: hec mulier modo dꝛehẽſa eſt in adulterio. In lege autez moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu g̃ quid dicis? Hoc autẽ dicebant tẽptãtes eum: vt poſſent accuſare eum. Ih̃us autẽ inclinãs ſe deorſum: digito ſcribebat ĩ terra. Cũ ergo perſeuerarent inꝛogantes: erexit ſe ꝛ dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidez mittat. Et itẽrum ſe inclinans ſcribebat in terram. Audientes autẽ hec vnus poſt vnũ exibant incipientes a ſenioribꝰ: ꝛ remanſit ſolus ih̃us: ꝛ mulier in medio ſtans. Erigens autẽ ſe ih̃us dixit ei. Mulier: vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condẽnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit autem ih̃us Nec ego te condẽnabo. Vade: ꝛ iã amplius noli peccare. Itẽrum ergo locutus eſt eis ih̃us dicens. Ego ſũ lux mundi. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei phariſei. Tu de teipſo teſtimoniũ perhibes: teſtimonium tuum nõ eſt verum. Reſpondit ih̃us: et dixit eis. Etſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo. verum eſt teſtimonium meũ: quia ſcio vnde veni et q̃ vado. Vos aũt neſcitis vnde venio aut quo vado. Vos autem ſecundum carnez iudicatis: ego nõ iudico quẽquã. Etſi iudico ego. iudiciũ meũ verum eſt: quia ſolus non ſum. ſed et ego et qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt: quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego

ūj
.a. Jo. lxxxvij
Mt̄.cxij.Luce
cxix. j
.b. Jo lxxxvūj
Mt̄.ccxx.Mt̄.
cxxix.et.cxxij.
Lu.ccxxxix.et
ccxlij.et.cclxj.
x
.c. Jo.lxxxix.

sum qui testimoniū phibeo ō meipo:
ꝛ testimoniū phibet ō me q̄ misit me
pater. Dicebāt g̃ ei. Ubi est pater tu
us.a. Rñdit ihs. Neq̄ me scitis:neq̄
patrē meū. Si me sciretis:forsitan ꝛ
patrē meū sciretis.b. Hec ūba locut⁹
ē ihs in gazophilacō:docēs in tēplo.
Et nemo apphēdit eū:qꝛ necdū vene
rat hora ei⁹.c. Dixit g̃ itērū eis ihs.
Ego vado:ꝛ q̄retis me:ꝛ in pcō vr̄o
moriemini. Quo ego vado.vos ñ po
testis venire. Dicebāt g̃ iudei. Nūq̄d
intficiet semetipm:qꝛ dicit q̄ ego va
do vos ñ potestis venire: Et dicebat
eis. Vos de deorsū estis ego de supnis
sū. Vos de mūdo hoc estis.ego nō sum
de hoc mundo. Dixi g̃ vob: qꝛ morie
mini in peccatis vr̄is. Si em̄ nō cre
diderit⁹ qꝛ ego sū:moriem̄i ī peccato
vr̄o. Dicebāt g̃ ei. Tu quis es: Dicit
eis ihs. Principiū:q̄ ꝛ loquor vobis.
Multa habeo ō vobis loq̄ ꝛ iudicaē:
sed qui me misit verax ē :ꝛ ego q̄ au
diui ab eo hec loquor ī mūdo. Et nō
ꝓgnouerūt:qꝛ patrē ei⁹ dicebat deū.
Dixit g̃ eis ihs. Cū exaltaueritis fili
um hoīs tūc cognoscetis qꝛ ego sum:
ꝛ a meipo facio nihil:sꝫ sic̄ docuit me
pater hec loquor. Et q̄ me misit mecū
est:ꝛ nō reliqt me solū: qꝛ ego q̄ pla
cita sunt ei facio semp. Hec illo loq̄n
te:multi crediderūt in eū. Dicebat g̃
ihs ad eos.q̄ credidērūt ei iudeos. Si
vos manseritis in ꝑmone meo. vere
discipuli mei eritis:ꝛ cognoscetis ve
ritatē:ꝛ veritas liberabit vos. Rñde
rūt g̃ ei iudei. Semen abrahe sumus
ꝛ nemini ꝓuium⁹ vnq̄. Quō tu dicis
liberi eritis: Rñdit eis ihs. Amē amē
dico vobis:quia om̄is q̄ facit pecca
tum seruus est peccati. Seruus aūt
non manet in domo inetern̄uz:filius
manet inetern̄u. Si g̃ vos filius libe
rauerit:vere liberi eritis. Scio quia
filij abrahe estis: sed queritis me in
terficere:quia sermo meus nō capit
in vobis. Ego qd̄ vidi apud patrē lo
quor:et q̄ vidistis apud patrē vestrū
facitis. Respondert̄ ꝛ dixerūt ei. Pa
ter noster abrahaz est. Dicit eis ihs.
Si filij abrahe estis:opa abrahe faci
te. Nūc aūt queritis me interficē:ho
minē qui veritatem vobis locut⁹ sū:
quā audiui a deo. Hoc abrahā nō fe
cit. Vos facitis opa patris vr̄i. Dixe
runt itaq̄ ei. Nos ex fornicacōe non
sumus nati. Unū patrē habem⁹ deū.
Dixit g̃ eis ihs. Si deus pater vester
esset. Diligeretis vtiq̄ me. Ego eī ex
deo ꝓcessi ꝛ veni. Neq̄ eī a meipo ve
ni:sed ille me misit. Quare loquelam
meā nō cognoscitis: Quia non pote
stis audire sermonē meū. Vos ex pa
tre dy̆abolo estis: et desideria patris
vr̄i vultis facere. Ille homicida erat
ab inicio:ꝛ in veritate non stetit:qꝛ
nō est veritas in eo. Cum loquit̄ mē
datiū.ex ꝓprijs loquit̄:quia mendax
est ꝛ pater eius. Ego autem quia ve
ritatem dico:nō creditis mihi. Quis
ex vobis arguet me ō peccato: Si ve
ritatem dico: quare vos nō creditis
mihi: Qui ē ex deo : verba dei audit.
Propterea vos non auditis:quia ex
deo non estis. Rñderunt g̃ iudei:ꝛ di
xerūt ei. Nōne benedicim⁹ nos.quia
samaritan⁹ es tu.ꝛ demoniū habes:
Rñdit ihs. Ego demonium non ha
beo:sed honorifico patrem meum:ꝛ
vos inhonorastis me. Ego autē non
quero gloriam meā. Est qui querat
ꝛ iudicet. Amen amen dico vobis: si
quis ꝑmonē meū ꝓuauerit mortē nō
vidēbit inetern̄uz. Dixerunt g̃ iudei.
Nunc ꝓgnouimus quia demoniū ha
bes. Abraham mortu⁹ est ꝛ ꝓphēte:et
tu dicis si quis ꝑmonē meū seruaue
rit non gustabit mortez inetern̄um:
Nunq̄d tu maior es patre nostro a
braham q̄ mortu⁹ est: Et ꝓphēte mor
tui sunt. Quem teipsuz facis: Rñdit
ihs. Si ego glorifico meipm. gloria
mea nihil est. Est pater me⁹ q̄ glorifi
cat me:quē vos dicitis qꝛ de⁹ noster ē
ꝛ nō ꝓgnouistis eū. Ego aūt noui eū.
Etsi dixero qꝛ nō scio eū:ero silis vo
bis mēdax. Sꝫ scio eū:ꝛ ꝑmonē eius
ꝓuo. Abrahā pr̄ vr̄ exultauit vt vide
ret diē meū:ꝛ vidit:ꝛ gauisus ē. Dix
erūt g̃ iudei ad eū. Quinq̄ginta ānos
nōdū habes:et abrahā vidisti: Dixit
eis ihs. Amen amen dico vob: antē
q̄ abrahā fieret ego sū. Tulerūt g̃ la
pides vt iacerēt in eū. Ihs aūt absco
dit se:et exiuit de tēplo.

Capitulū. .IX.

Johem

Et pretæriens ihs vidit hominẽ cecũ a natiuitate: ⁊ interrogauerũt eũ discipuli eius. Rabbi. quis peccauit. ꝟ aũt parẽtes eiꝰ: vt cecus nasceret? Respõdit ihs neq; ꝟ peccauit neq; parẽtes eius: sz vt manifestentur opera dei ī illo. Me oportet operari opera eius qui misit me: donec dies est. Veniet nox: quãdo nemo potest operari. Quãdiu sum in mundo. lux sum mundi. Hoc cũ dixisset expuit in terrã. ⁊ fecit lutũ ex sputo: et liniuit lutum sup oculos eius: ⁊ dixit ei. Vade laua in natatoria sŷloe: qđ interpretat̃ missus. Abiit ergo ⁊ lauit: ⁊ venit videns. Itaq; vicini ⁊ qui viderant eũ prius (quia mendicus erat) dicebant. Nõne ꝟ est qui sedebat ⁊ mendicabat? Alij dicebant quia ꝟ est: alij autẽ nequaq̃: sed similis est eius. Ille vero dicebat: qz ego sum. Dicebãt ergo ei. Quomodo apti sunt tibi oculi? Respõdit. Ille homo qui dicitur ihus lutum fecit: et vnxit oculos meos: ⁊ dixit mihi. Vade ad natatoria sŷloe: ⁊ laua. Et abij ⁊ laui. ⁊ video. Et dixerũt ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad phariseos qui cecus fuerat. Erat aũt sabbatum quando lutum fecit ihus: ⁊ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eũ phariſei quomodo vidisset. ille autẽ dixit eis. Lutũ mihi posuit sup oculos: ⁊ laui ⁊ video. Dicebãt ḡ ex phariseis qdã. Nõ est ꝟ hõ a deo q̃ sabbatũ custodit. Alij aũt dicebant. Quõ potest homo peccator hec signa facere? Et cisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iteruz. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit: quia ꝓpheta est Non crediderunt ḡ iudei de illo quia cecus fuisset ⁊ vidisset: donec vocauerũt parentes eius qui viderat: ⁊ interrogauerũt eos dicentes. Hic est filiꝰ vester: quẽ vos dicitis quia cecus natus ẽ? Quomodo ḡ nũc videt? Respõderunt eis parẽtes eius: et dixerunt. Scimus quia ꝟ est filius noster: ⁊ qz cecus natus est. Quomodo autẽ nũc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate. Etatẽ habet: ipe de se loq̃t Hec dixerunt parẽtes eius qm̃ timebant iudeos. Iam eñ ꝓspirauerãt iudei: vt si quis eũ confiteret̃ esse xp̃m extra sŷnagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt. quia etatem habet: ipm interrogate. Vocauerũt ergo rursũ hominẽ qui fuerat cecus. ⁊ dixerũt ei. Da gloriaz deo. Nos scimus quia ꝟ homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio: vnũ scio: quia cecus cum essem. modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam: ⁊ audistis. Quid iterum vultis audire? Nũquid ⁊ vos vultis discipuli eiꝰ fieri? Maledixerunt ergo ei: ⁊ dixerunt Tu discipul? illius sis: nos aũt moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo: ⁊ dixit eis. In hoc eñ mirabile ẽ quia vos nescitis vnde sit: et aperuit meos oculos. Scimus aũt qz peccatores deus ñ audit: sed si quis dei cultor est ⁊ voluntatẽ eius facit: hũc exaudit. A seculo non est auditũ: quia quis aperuit oculos ceci nati. Nisi esset ꝟ a deo: ñ poterat facere quicq̃ Responderunt: ⁊ dixerunt ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos? Et eicerunt eũ foras. Audiuit ihesus quia eiecerũt eum foras: ⁊ cũ inuesset eũ dixit ei. Tu credis in filiũ dei? Rñdit ille ⁊ dixit. Quis es dñe vt credam in eum? Et dixit ei ihus. Et vidisti eum: ⁊ q̃ loquit̃ tecũ ipe ẽ. At ille ait. Credo dñe. Et ꝓcidens adorauit eum. Et dixit ei ihus. In iudiciũ ego in hunc mundũ veni: vt qui non vidẽt videant: ⁊ q̃ vidẽt ceci fiant. Et audierunt quidã ex phariseis q̃ cum ipo erãt: ⁊ dixerũt ei. Nunq̃d ⁊ nos ceci sumus? Dixit eis ihus. Si ceci esse tis nõ haberetis peccatũ. Nunc vero dicitis quia videmus: peccatum vr̃m manet.

Capitulũ. .X.

Amen amen dico vob̃: qui nõ ītrat ꝓ hostiũ ī ouile ouiũ sz ascendit aliũde: ille fur ẽ ⁊ latro. Qui aũ intrat ꝓ hostiũ. pastor ẽ ouiũ Huic hostiari? apit ⁊ oues vocẽ

Stultas autē questiones.q genealogias q contentiones q pugnas legis deuita. Sūt enim inutiles et vane. Hereticum hominē post vnam et secundam correptionem dē-uita:sciens quia subuersus est qui eiusmodi est:et delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero ad te arteman aut thithicum :festina ad me venire nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum et appollo solicite premitte: vt nihil illis desit. Discant autem nostris bonis operibus preesse ad vsus necessarios:vt nō sint infructuosi. Salutant te q̄ mecū sunt omes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gracia dei cū omnib vobis amē.

Explicit epistola ad thitum. Incipit argumentum in epistolam ad philemonem.

Philemoni familiares literas facit. pro onesimo seruo eius:scribēs ei ab vrbe roma ꝺ carcere per supra-
C. scriptum onesimum.

Explicit argumentum. Incipit epistola ad philemonem.

G. Paulus vinctus cristi ihesu q thimotheus frr :philemoni dilecto adiutori nr̄o. et appie sorori carissime q arcippo cōmilitoni nostro: q ecclesie que in domo tua est. Gracia vobis q pax a deo patre nostro: et domino ihesu christo. Gracias ago deo meo semper memoriaz tui faciens in orationibus meis audiens caritatem tuam q fidem quaz habes in domino ihesu q ī omnes sanctos :vt cōmunicatio fidei tue euidens fiat in agnitione omnis operis boni in christo ihesu. Gaudium enim magnum habui et consolationem in caritate tua: quia viscera sanctorum requieuerunt p te frater. Propter quod multam fiduciā habens in christo ihesu imperandi tibi quod ad rem pertinet:propter caritatem magis obsecro cum sis talis vt paulus senex nūc autem et vinctus ihesu christi :obsecro te pro meo filio quez genui in vinculis onesimo qui tibi aliquando inutilis fuit:nunc autem q mihi q tibi vtilis:quem remisi tibi. Tu autez illum vt mea viscera suscipe. Quem volueram mecum detinere:vt p te mihi ministraret ī vinculis euangelij. Sine consilio autem tuo nihil volui facere: vti ne velut ex necessitate bonum tuuz esset:sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te.vt eternum illū reciperes :iam non vt seruum sed pro seruo carissimum fratrem :maxime mihi. Quanto autem magis tibi:et in carne et ī domino? Si g̃ habes me socium:suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet:hoc mihi imputa. Ego paulus scripsi mea manu. Ego reddam:vt nō dicam tibi q̄ et teipsuz mihi debes. Ita frater ego te fruar in domīo:refice viscera mea ī xp̄o Confidens ꝺ obediēcia tua scripsi tibi:sciens quoniam et super id quod dico facies. Simul autem q para mihi hospicium :nā spero per orationes vestras me donare vobis. Salutat te epafras concaptiuus me? in cristo ihesu:marcus aristarchus demas et lucas adiutores mei. Gracia domini nr̄i ihesu cristi cum spiritu vestro amen.

Finit epistola ad philemonem. Incipit argumentum in epistolam ad hebreos.

In primis dicendum ē cur apostolus paulus in hac epla scribendo non seruauerit morem suum:vt vel vocabulum nomīs sui vel ordinis describeret dignitatem. Hec causa est.q̄ ad eos scribēs qui ex circūcisione crediderant q̃si gentium apostolus et nō hebreorū :sciens q̄ eorum superbiam.suamq̄ humilitatē ipse demonstrās:meritum officij sui noluit aferre. Nam simili modo ecia iohānes apostolus propter humilitatē in epistola sua. nomen suum eadem ratione non pretulit. Hanc ergo epistolam fertur apostolus ad hebreos cōscriptam hebraica līgua misisse:cuius sensuz et ordinem retinens lucas euangelista post excessum apostoli pauli greco sermone composuit

Explicit argumentuz. Incipit epistola ad hebreos. Capitulum. .I.

Incipit epla ad

Multiphariē mltisq; modis olim deus loquens patribꝫ ī prophetis: nouissime diebus istis locutus ē nobis ī filio quem cōstituit hēredē vniuersoꝝ: p quem fecit et secula. Qui cū sit splendor glorie. ⁊ figura substancie eius. portansq; omnia verbo ꝺ tutis sue purgationem peccatoꝝ faciēs: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis tāto melior angelis effectus: quāto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui em̄ dixit aliquādo angeloꝝ filius me⁹ es tu ego hodie genui te: Et rursum. Ego ero illi in patrem: ⁊ ipse erit mihi in filium. Et cū itēꝝ introducit primogenitū in orbē terre dicit. Et adorent eū omnes angeli dei. Et ad angelos q̄dem dicit. Qui facit angelos suos spiritus: ⁊ ministros suos flāmā ignis Ad filium aūt. Thronus tuus de⁹ ī seculū seculi: virga eq̄tatis virga regni tui. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatem: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo exultacōnis p̄ participibꝫ tuis. Et tu ī principio dñe terrā fundasti: ⁊ opa manuū tuaꝝ sūt celi. Ipsi peribūt tu aūt permanebis: ⁊ oēs vt vestimentū veterascent. Et velut amictū mutabis eos ⁊ mutabunt̄: tu aūt idem ipe es: ⁊ anni tui non deficient. Ad quē aūt angeloꝝ dixit aliquando sede a dexteris meis: q̄ adusq; ponam inimicos tuos scabellū pedum tuoꝝ: Nōne omnes sunt amministratorij spiritus: in ministerium missi propt̄ eos qui hereditatem capiunt salutis:

Capitulum .II.

Propterea habundantius oportet obseruare nos ea que audiuimus: ne forte pereffluamus. Si em̄ qui per angelos dictus ē sermo factus ē firm⁹ ⁊ omnis preuaricatio ⁊ inobediencia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem: Que cum inicium accepisset enarrari per dñm: ab eis qui audierunt in nos confirmata ē: contestante deo signis ⁊ portentis ⁊ varijs virtutibus ⁊ spiritus sancti distributionibꝫ secundū suam volūtatē. Nō em̄ angelis subiecit deus orbē terre futuꝝ: de quo loquimur. Testat⁹ est aūt in quodaz loco quis dicens. Quid ē homo q̄ memor es eius: aut filius hoīs q̄m̄ visitas eum? Minuisti eū paulomin⁹ ab angelis: gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ ꝓstituisti eum sup opa manuū tuaꝝ. Omnia subiecisti sub pedibꝫ ei⁹. In eo em̄ q̄ oīa ei subiecit: nihil dimisit nō subiectū ei. Nūc aūt necdū videm⁹ oīa subiecta ei. Eū aū q̄ modico q̄ angeli minoratus ē videm⁹ ihesum, ꝓpter passionē mortis gloria ⁊ honore coronatū: vt gracia dei p oīb⁹ gustaret mortem. Decebat em̄ eum ꝓpter quē oīa et p quē oīa: q̄ multos filios in gl'az adducerat: auctorē salutis eoꝝ p passionem cōsūmari. Qui em̄ sāctificat ⁊ q̄ sanctificant̄: ex vno omēs. Propter quā causā nō ꝓfūditur fres eos vocare dicēs. Nūciabo nomen tuū frib⁹ meis: ī medio ecclesie laudabo te Et itēꝝ. Ego ero fidēs in eū. Et itēꝝ. Ecce ego ⁊ pueri mei: q̄s dedit mihi deus. Quia q̄ pueri ꝓmunicauerūt carni ⁊ sanguini: ⁊ ipe similiter participauit eisdem: vt p mortem destrueret eū q̄ habebat mortis imperiū id ē dy̆abolum: ⁊ liberaret eos q̄ timore mortis p totā vitam obnoxij erāt f̄uituti. Nusq̄ em̄ angelos apprehēdit: sz semē abrahe apprehēdit. Unde debuit p omia fribus simulari: vt misericors fieret ⁊ fidelis pōtifex ad deū: vt repropiciaret delicta ꝑpli. In eo em̄ in q̄ passus ē ipse ⁊ tēptatus: potens ē ⁊ eis qui temptant̄ auxiliari.

Capitulum .III.

Unde fratres sancti vocacōnis celestis participes. cōsiderate apostolū ⁊ pontificē ꝓfessionis nr̄e ihm: qui fidelis ē ei qui fecit illum: sicut moy̆ses in omni domo eius. Amplioris em̄ glorie iste pre moy̆se dignus ē habitus: quāto ā pliorem honorem habet dom̄⁹ qui fabricauit illam. Omnis nāq; domus fabricat̄ ab aliquo. Qui aūt omnia creauit. deus ē. Et moy̆ses quidē fidelis erat in tota domo eius tanq̄ famulus in testimonium eoꝝ q̄ dicenda erant: xp̄c vero tanq̄ filius in domo sua. Que domus sumus nos: si fiduciā ⁊ gloriam spei vsq; ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spūssanctus hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secūdum diem tēptationis ī deserto. Ubi temptauerunt me pres vr̄i: probauerūt ⁊ viderunt opa mea q̄draginta annis. Propter qō infens⁹ fui generacōni huic: et

dixi semp errãt corde. Ipsi aũt nõ cognoueŕt vias meas :quibꝫ iurauí in ira mea si introibũt in requiẽ meam. Videte frẽs: ne forte sit ĩ aliquo vr̃m cor malũ ĩcredulitatis discedendi a deo viuo. Sed adhortamĩ vosmetipos per singulos dies donec hodie cognominaŕ vt nõ obdureŕ quis ex vobis fallacia peccati. Participes em̃ xp̃i effecti sum⁹: si tn̄ inicium substãcie ei⁹ vsqꝫ ad fin ẽ firmũ retineam⁹ :dũ dicit hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vr̃a quẽadmodũ in illa exacerbatõne. Quidaz eĩn audientes exacerbaueŕt: sz nõ vniuersi qui pfecti sũt ab egipto p moysen. Quibus aũt infẽsus ẽ q̃draginta annis :nõne ill' qui peccaueŕt :quoꝝ cadauera prostrata sũt in deserto: Quibꝫ aũt iurauit nõ ĩtroire ĩ requiẽ ip̃i⁹: nisi illis q̃ ĩcreduli fueŕt: Et videm⁹ quia nõ potueŕt introire in requiẽ ip̃i⁹ ꝓpter ĩcredulitatẽ.

Ca. .IIII.

Timeam⁹ g̃: ne forte relicta pollicitatõne introeũdi ĩ requiẽ ei⁹ . existimeŕ aliquis ex vob̃ deesse. Etenī ⁊ nobis nũciatum ẽ quẽadmodũ ⁊ illis: sed nõ pfuit illis sermo auditus nõ admixtus fidei ex bijs q̃ audieŕũt. Ingrediemur em̃ ĩ requiẽ q̃ credidim⁹: q̃zadmodũ dixit. Sicut iurauí ĩ ira mea: si introibũt ĩ requiez meam. Et quidez opibꝫ ab institutõe mũdi pfectis: dixit em̃ quodã loco ó die septima sic. Et requieuit deus die septima ab omĩbus opibꝫ suis. Et in isto rursũ. Si introibũt in requiẽ meã . Qm̃ g̃ superest ĩtroire quosdã in illã: ⁊ bij quibꝫ prioribꝫ ānũciatum ẽ nõ introieŕt ꝓpter ĩcredulitatẽ: itez terminat diẽ quẽdã hodie in dauid dicendo. post tm̃ tẽporis sicut suprabc̃m ẽ: hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vr̃a . Nam si eis ihus requiez prestitisset: nũq̃ de alia loqueretur post. hac die. Itaqꝫ relinquiŕ sabbatism⁹ ꝓpło dei . Qui em̃ ingressus ẽ in requiem ei⁹: etiaz ipe requieuit ab opibus suis sicut ⁊ a suis deus. Festinemus g̃ ingredi in requiez illam: vt ne in idip̃m quis ĩcidat incredulitatis exẽplum . Viuus est em̃ sermo dei et efficax et penetrabilior oĩ gladio ancipiti: ⁊ ptingẽs vsqꝫ ad diuisionẽ anime ac spũs . cõpaguz q̃ ac medullaꝝ: ⁊ discretor cogitatõnum ⁊ ĩtentionũ cordis. Et nõ ẽ vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius : omĩa aũt nuda ⁊ aperta sũt oculis euis: ad quẽ nobis sermo. Habẽtes ergo pontificẽ magnum qui penetrauit celos ihm filium dei: teneamus spei nr̃e cõfessionẽ . Nõ em̃ habemus pontificem qui nõ possit cõpati infirmitatibꝫ nr̃is: temptatũ aũt p omnia p similitudĩe absq̃ peccato. Adeamus g̃ cum fiducia ad thronũ gracie eius: vt misericordiam ꝓseqũmur. ⁊ grãz iueniam⁹ ĩ auxilio oportuno

Capitulum. .V.

Omnis namqꝫ pontifex ex hominb⁹ assumptus p hominꝫ constituiŕ ĩ bijs q̃ sũt ad deũ: vt offerat dona et sacrificia p peccatis . Qui cõdolere possit bijs qui ignorãt ⁊ errant :qm̃ ⁊ ipse circũdatus est infirmitate: ⁊ ꝓterea debet quẽadmodũ pro ꝓplo. ita ⁊ etiam p semetipso offerre p peccatis . Nec q̃sq̃ sumit sibi honorem: sed q̃ vocaŕ a deo tanq̃ aaron. Sic et xp̃c nõ semetip̃m clarificauit vt põtifex fieret: sed qui locutus ẽ ad eũ . Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Quẽadmodũ ⁊ ĩ alio loco dicit . Tu es sacerdos inetern̄um: scd̄m ordinem melchisedech . Qui in diebꝫ carnis sue preces supplicationesqꝫ ad eum qui possit illũ saluũ facere a morte. cũ clamore valido ⁊ lacrimis: offerẽs: exauditus ẽ p sua reuerencia. Et quidẽ cũ esset filius dei didicit ex bijs q̃ passus ẽ obediencia: et cõsũmatus factus ẽ omĩbꝫ obtẽperantibus sibi causa salutis eŕne: appellat⁹ a deo pontifex iurta ordinem melchisedech . De quo nobis grandis ŕmo et interpretabilis ad dicẽdũ :qm̃ imbecilles estis facti ad audiendũ. Etenim cũ deberetis mgri esse propter temp⁹: rursũ indigetis vt vos doceamini q̃ sint elementa exordij ŕmonũ dei: et facti estis quibꝫ lacte opus sit nõ solido cibo. Omnis em̃ q̃ lactis ẽ particeps: expers est ŕmonis iusticie . Paruul⁹ em̃ ẽ. Perfectoꝝ aũt ẽ solidus cibus :eoꝝ qui pro ipa cõsuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni ac mali.

Ca. .VI.

Quapropter intermittẽtes inchoationis xp̃i sermonez ad pfectionez eius feramur :nõ rursum iacentes fundamentũ penitencie ab operibus mortuis. ⁊ fidei ad deũ. baptismatum doctrine. impositionis q̃ manuum . ac resurrectionis mortuoꝝ: ⁊ iudicij eterni. Et hec faciemus: siq̃dem pmiserit de⁹. Impossibile enī

est eos q̄ semel sc̄t illumiati. gustauerūt etiā donū celeste. ⁊ participes facti sūt spūssancti: gustauerūt nihilomin⁹ bonū dei vbuz. virtutesqz sc̄li vēturi. ⁊ plapsi sūt: rursus renouari ad penitēciā: rursū crucifigētes sibimetipīs filiū dei: ⁊ ostētui habētes. Terra em̄ sepe venientē sup se bibēs ymbrē et germinās herbā oportunā illis a qbo colitur accipit bñdictionē a deo: pferēs autez spinas ac tribulos reproba ē et maledicto prima: cui⁹ psūmatio ī cōbustionē. Cōfidim⁹ aūt de vobis dilectissimi meliora ⁊ viciniora saluti (tāetsi ita loq̄mur) nō em̄ ī iustus ē de⁹ vt obliuiscat operis vr̄i ⁊ dilectionis quā ostēdistis ī noīe ipi⁹: q̄ mīstrastis sc̄tis ⁊ mīstratis. Cupim⁹ aūt vnūquēqz vr̄m eādē ostētare solicitudiez ad expletōnē spei vsqz ī finē vt nō segnes efficiamini: vez imitatores eoz q̄ fide ⁊ paciēcia hereditabūt pmissiōes. Abrahe nāqz pmittēs de⁹. qm̄ neminē habuit p quē iuraret maior ē: iurauit p semetipm dicēs. nisi bñdicēs bñdicam tibi et multiplicās multiplicabo te: ⁊ sic longanimit ferēs adeptus ē repromissionē. Homies em̄ p maiorē sui iurant: ⁊ omīs ctrouersie eoz finis ad cfirmatōnē. ē iuramētū. In q̄ habūdāti⁹ volēs de⁹ ostē dere pollicitatōis heredibz īmobilitatē csilij sui. intposuit iusiurādū: vt p duas res ī mobiles quib⁹ impossibile ē mentiri deuz. fortissimū solatiū habeam⁹ qui cfugimus ad tenēdaz ppositā spem: quā sicut anchoram habem⁹ aīe tutā ac firmā ⁊ incedentē vsqz ad interiora velaminis: vbi pcursor p nobis introiit ihs scdm ordinem melchisedech. pontifex factus ineternum.

Capitulum .VII.

Hic em̄ melchisedech rex salē sacerdos dei sūmi qui obuiauit abrahe regresso a cede regū: et bñdixit ei: cui ⁊ decimas omniū diuisit abrahaz: primum qdem q̄ interpretat rex iusticie: deide aūt ⁊ rex salem qd̄ ē rex pacis: sine pre. sine mre. sine genealogia· neqz inicium diez neqz finez vite habēs: assimilatus aūt filio dei manet sacerdos ī perpetuū. Intuemini aūt quāt⁹ sit hic: cui ⁊ decimas dedit de pcipuis abrahā patriarcha. Et quidē de filijs leui sacerdotiū accipientes. mandatū habent decimas sumere a populo secundū legem id ē a frībus suis: quāq̄ ⁊ ipsi exierīt de lumbis abrahe. cui⁹ aūt generatō nō annumerat in eis. decimas sumpsit ab abraham: ⁊ hūc q̄ habebat repromissiones bñdixit. Sine vlla aūt ctradictione qd̄ min⁹ est a meliore benedicit. Et hic quidez decimas morietes hoies accipiūt: ibi aūt cōtestat quia viuit. Et vt ita dictū sit p abraham: ⁊ leui: q̄ decimas accepit decimat⁹ ē. Adhuc em̄ in lūbis pr̄is erat: qn̄ obuiauit ei melchisedech. Si g̃ psūmatio p sacerdotium leuiticum erat: ppl⁹ em̄ sub ipso legē accepit: quid adhuc necessariū fuit secūdū ordinez melchisedech aliū surgere sacerdotem ⁊ nō secūdū ordinē aaron dici: Trāslato em̄ sacerdotio: necesse ē vt ⁊ legis trāslatio fiat. In quo em̄ hec dicunt de alia tribu ē: de qua nullus altario pst̄o fuit. Manifestū em̄ est q̄ ex iuda ortus sit dn̄s nr̄: in qua tribu nihil de sacerdotib⁹ locutus ē moyses. Et amplius adhuc manifestū est. si secūduz similitudinē melchisedech exurgat alius sacerdos q̄ nō scdm legem mādati carnalis factus ē: sed scdm virtutē vite insolubilis. Contestat enī: quoniā tu es sacerdos ineternū scdm ordinē melchisedech. Reprobatio quidez fit p̄cedentis mandati pter infirmitatē ei⁹ ⁊ inutilitatē. Nihil enī ad perfectum adduxit lex. Introductō vero melioris spei p quā primam⁹ ad deū: et quātū ē. nō sine iureiurādo. Alij quidē sine iureiurādo sacerdotes facti sūt: hic aūt cū iureiurādo p eū q̄ dixit ad illū. Iurauit dn̄⁹ ⁊ nō penitebit eū: tu es sacerdos ineternū. Intantū melioris testamēti sponsor factus ē ihs. Et alij quidē plures facti sūt sacerdotes idcirco q̄ morte prohibent permanē: hic aūt eo q̄ maneat ī eternū sempiternū habet sacerdotiū. Unde ⁊ saluare in perpetuū potest accedēs p semetipsū ad deū: semp viuēs ad intpellandū p nobis. Talis enī decebat vt nobis esset pontifex: sāctus. innocens. impollutus. segregatus a peccatoribus ⁊ excelsior cel' fact⁹. Qui nō habet necessitatē quotidie quēadmoduz sacerdotes prius p suis delictis hostias offerre: deide p populo. Hoc enī fecit semel seipsū offerēdo. Lex enī hoies constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo aūt iurisiurandi qui post legem est. filium ineternuz perfectum.

Capitulum .VIII.

Hebr̃os

Capitulũ aũt sup ea q̃ dicunt. Talem habem⁹ pontificẽ: q̃ cõsedit in dextera sedis magnitudis ĩ celis sãctoꝝ minister. ⁊ tabernaculi veri: qd̃ fixit de⁹ ⁊ nõ homo. Omis enĩ pontifex ad offerendũ munera ⁊ hostias ꝓstituit. Vñ necesse ẽ et hũc habere aliq̃d qd̃ offerat. Si g̃ esset sup terrã: nec esset sacerdos cũ essẽt q̃ offerrent secũdũ legẽ munera q̃ exemplari ⁊ vmbre deseruiũt celestium: sicut responsũ ẽ moysi cũ ꝓsumaret tabernaculũ. Vide inq̃t omia facito scd̃m exẽplar: qd̃ tibi ostensũ ẽ ĩ mõte. Nũc aũt melio⁹ sortitus ẽ misteriũ q̃nto ⁊ melioris testamẽti mediator ẽ: qd̃ ĩ melioribꝫ repromissionibꝫ sãctitũ ẽ. Naz si illud pri⁹ culpa vacasset: nõ vtiq; scdi locus inq̃ reret. Vituperãs eĩ eos dicit. Ecce dies veniẽt dicit dñs: ⁊ ꝓsũmabo sup domũ isrl̃ et sup domũ iuda testamentũ nouũ: nõ scd̃m testamentũ quod feci pribꝫ eoꝝ ĩ die q̃ apprehendi manuz eoꝝ vt educerẽ illos de tra egipti: quoniaz ipi nõ pmanserũt ĩ testamẽto meo: ⁊ ego neglexi eos dicit domin⁹. Quia hoc ẽ testamentũ qd̃ disponã domui isrl̃ p⁹ dies illos dicit dñs. dabo leges meas ĩ mẽte eoꝝ ⁊ ĩ corde eoꝝ supscribã eas: ⁊ ero eis ĩ deũ: ⁊ ipi erũt mihi ĩ pl̃m. Et ñ docebit vnusq̃sq; proximũ suũ ⁊ vnusq̃sq; fratrem suũ dicẽs ognosce dñm: qm̃ oẽs sciẽt me a minore vsq; ad maiorẽ: qr̃ propici⁹ ero iniq̃tatibꝫ eoꝝ. ⁊ peccatoꝝ eoꝝ iaz nõ memorabor. Dicẽdo aũt nouũ: veterauit prius. Quod aũt antiq̃tur ⁊ senescit: prope ĩteritum est.

Capitulum .IX.

Habuit q̃dem ⁊ prius iustificatões culture: ⁊ sanctũ seculare. Tabnaculũ enĩ factũ est primũ. in q̃ erãt candelabra ⁊ mensa ⁊ proposicio panũ qd̃ dicit sancta: p⁹velamentũ aũt. scd̃m tabnaculum qd̃ dicit sancta sanctoꝝ aureũ habẽs thuribulum ⁊ archam testamenti circũtecta ex omĩ parte auro: in q̃ vrna aurea habens mãna. ⁊ virga aaron q̃ frondauerat. ⁊ tabule testamenti: superq; eã cherubin gle obumbrantia propiciatoriũ: de quibꝫ non est modo dicendũ p singula. His vero ita cõpositis. ĩ priori q̃dem tabnaculo semp ĩtroibãt sacerdotes sacrificioꝝ officia ꝓsũmantes: in secũdo aũt semel in anno solus pontifex nõ sine sanguine quez offerret p sua ⁊ populi ignorantia: hoc significante spũ sancto. nõdum ꝓpalatam esse sanctoꝝ viaz adhuc priore tabernaculo habente statũ. Que parabola ẽ tpis instantis: iuxta quã munera ⁊ hostie offeruntr̃ q̃ nõ possũt iuxta ꝓsciencia pfectum facẽ seruientẽ: solũmodo in cibis ⁊ potibꝫ ⁊ ĩ variis baptismatibꝫ ⁊ iustificijs carnis: vsq; ad tẽpus correctõnis impositis. Cristus aũt assistens põtifex futuroꝝ bonoꝝ pamplius ⁊ pfectius tabernaculũ nõ manufactũ id ẽ nõ huius creatõnis: neq; p sanguinez hircoꝝ aut vituloꝝ sed p ꝓprium sanguinem ĩtroiuit semel ĩ sancta: eterna redemptõe ĩuenta. Si eñ sãguis hircoꝝ ⁊ thauroꝝ ⁊ cinis vitule aspersus inq̃natos sãctificat ad emũdatõnem carnis: q̃ntomagis sanguis xp̃i q̃ p spm̃ sanctũ semetipsũ obtulit immaculatũ deo emũdauit ꝓscienciam nr̃az ab opibus mortuis ad seruiendũ deo viuenti. Et ideo noui testamenti mediator ẽ: vt morte intercedente in redemptõem eaꝝ p̃uaricatõnũ. q̃ erant sub priori testamento: repromissionem accipiãt q̃ vocati sũt eterne hereditatis. Vbi enĩ testamẽtũ: mors necesse ẽ intercedat testatoris. Testamẽtũ ei ĩ mortuis ꝓfirmatũ ẽ. Alioquin nõdũ valet: dũ viuit q̃ testatus ẽ. Vñ nec primuz q̃dem sine sanguine dedicatũ ẽ. Lecto ei oĩ mãdato legis a moyse vniuerso pl̃o: accipiens sãguinẽ vituloꝝ ⁊ hircoꝝ cũ aqua ⁊ lana coccinea ⁊ ysopo: ipm̃ q̃z librũ ⁊ oẽm populũ aspsit dicens. Hic sanguis testamẽti: qd̃ mandauit ad vos deus. Etiã tabernaculũ ⁊ omia vasa misterij sanguine similit̃ aspersit. Et oĩa pene ĩ sanguĩe scd̃m legẽ mũdantr̃: ⁊ sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem celestium hijs mundari: ipsa autem celestia melioribus hostijs q̃ istis. Non enim in manufacta sancta ihs introijt exemplaria verox: sz ĩ ipm̃ celũ: vt appareat nũc vultui dei p nobis. Neq; vt sepe offerat semetipsũ: quẽadmodum pontifex intrat in sancta p̃ singulos annos in sanguine alieno. Alioquĩ oportebat eum frequenter pati ab origiẽ mundi. Nunc autem semel in cõsumatioẽ seculoꝝ. ad destitutionem peccati p hostiã suam apparuit. Et quemadmoduz statutũ ẽ hoĩbꝫ semel mori. post hoc autem iudicium: sic et xp̃c semel oblatus est ad multorũ exhauriẽda peccata: secũdo sine peccato

apparebit omnib⁹ expectantib⁹ se in salutē per fidem.

¶ Capitulū. .X.

Umbrā ei habēs lex futuro⁹ bonorū nō ipam ymaginē rerū :p singulos annos eisdē ipsis hostijs q̄s offerūt idesinēter:nūq̄ potest accedētes perfectos facere .Alioquin cessassent offerri: ideo q̄ nullā haberēt vltra cōsciencia peccati cultores semel mūdati. Sz in ipis cōmemoratō peccatorū p singulos ānos fit. Inpossibile enī est sāguine thauro⁹ et hircor auferri peccata. Ideo ingrediēs mundum dicit.Hostiā et oblatōnē noluisti:corpus aūt aptasti mihi.Holocaustomata et p peccato nō tibi placuerūt .Tūc dixi .Ecce venio .In capite libri scriptū est de me:vt faciā de⁹ voluntatē tuā .Superi⁹ dicēs q̄ hostias et oblatōnes et holocaustomata et p peccato noluisti .nec placita sūt tibi q̄ scdz legē offerunt .tūc dixi ecce venio .vt faciā deus voluntatē tuā:auferat pmū vt sequēs statuat.In q̄ voluntate sanctificati sum⁹: p oblatōnem corpis xpi ihu semel .Qis q̄dē sacerdos psto ē quotidie mīstrans:et easdez sepe offerēs hostias q̄ nō possūt auferre peccata .Hic aūt vnā p peccatis offerēs hostiā in sēpiternū sedet in dextera dei: decetero expectās donec ponant inimici ei⁹ scabellū pedū ei⁹.Una enī oblatōe psūmauit in sempiternuz sanctificatos.Cōtestat aūt nos et spūssāctus .Postq̄ ei dixit.Hoc aūt testamētū qd testabor ad illos p⁹ dies illos dicit dns dando leges meas ī cordib⁹ eo⁹ et in mētib⁹ eo⁹ superscribam eas:et peccato⁹ et iniq̄tatū eo⁹ iam nō recordabor ampli⁹ .Ubi aūt ho⁹ remissio:iā nō ē oblatio p peccato.Habētes itaq̄ frēs fiducia ī introitu sācto⁹ ī sāguine xpi quā inicauit nobis vitā nouā et viuentez .p velamē id ē carnem suā:et sacerdotē magnū sup domū dei:accedamus cū vero corde in plenitudīe fidei aspersi corda a psciencia mala: et abluti corpus aqua mūda :teneam⁹ spei nfe cōfessionem īdeclinabilem.Fidelis enī ē q̄ repromisit.Et psideremus inuicē in puocatōnez caritatis et bonop ope⁹ :nō deserentes collationē nfaz(sicut cōsuetudis ē)q̄busdaz sz psolantes:et tantomagis q̄nto videritis approp̄inquantē diez.Uolūtarie enim peccantib⁹ nobis post acceptam noticiam veritatis iaz nō relinquit p peccatis hostia:terribilis aūt quedā expectatio iudicij et ignis emulatō:q̄ cōsumptura ē aduersarios.Irritā q̄s faciēs legē moysi sine vlla miseratione duob⁹ vel trib⁹ testib⁹ morit⁹ :quātomagis putatis deteriora mereri supplicia q̄ filiū dei cōculcauerit.et sāguinē testamenti pollutū duxerit .in quo sanctificatus ē.et spiritui gre cōtumeliam fecerit:Scimus eīn q̄ dixit.Mihi vindictā: ego retribuā.Et iter⁹.Quia iudicabit dns pplm suū.Horrendū est incidere in manus dei viuentis.Rememoramī autē pristinos dies in q̄b⁹ illuminati magnum certamen sustinuistis passionū :et in altero quidē opprobrijs et tribulatōnib⁹ spectaculū facti: ī altero aūt socij taliter q̄uersātiuz effecti. Nā et vinctis cōpassi estis:et rapinā bonop vro⁹ cū gaudio suscepistis :cognoscentes vos habere meliorem et manentē substāciam.Nolite itaq̄ amittē p̄fidenciā vram:q̄ magnā habet remuneratōnē .Paciēcia ei vobis necessaria ē :vt volūtatem dei faciētes reportetis pmissionē.Adhuc em̄ modicū aliquātulūq̄ q̄ venturus ē veniet et nō tardabit:iustus aūt me⁹ ex fide viuit .Qd si subtraxerit se:nō placebit aie mee .Nos aūt nō sim⁹ subtractionis filij ī perditioēz sed fidei in acquisitionem anime.

¶ Capitulum. .XI.

Est aūt fides sperādaz substancia rum argumentū nō apparentium. In hac em̄ testimoniū p̄secuti sūt senes.Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei:vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierēt. Fide plurimā hostiā abel quā caȳn obtulit deo:p quā testimoniū cōsecutus est esse iustus:testimoniuz p̄hibente muneribus ei⁹ deo:et p illā defunctus.adhuc loquit̄.Fide.enoch trāslatus ē ne videret mortē:et nō iueniebat̄:q̄ trāstulit illū dns.Añ trāslationē testimoniū habuit placuisse deo.Sine fide aūt īpossibile ē placere deo .Credē ei oportet accedētem ad deū q̄ ē:et inq̄rentib⁹ se remunerato⁹ sit .Fide.noe responso accepto de hijs que adhuc nō videbant̄ .metuēs aptauit archā ī salutez domus sue :p quā dānauit mūduz :et iustīcie q̄ p fidem ē heres ē institutus.Fide.q̄ vocat̄ abraham obediuit ī locū exire quē acceptuzus erat ī hereditatez:et exijt nesciens quo iret.Fide

Rubos

demorat⁹ē ī ēra ꝓmissioīs tanꝝ ī alie-
na: ī casulis habitādo cū ysaac ⁊ iacob co-
heredibo ꝓmissioīs eiusdē. Expectabat
ei fūdamenta habentē ciuitatē: c⁹ artifex ⁊
conditor dē⁹. Fide. ⁊ ipa sara sterilis virtu
tē in ꝯceptione seminis accepit. etiaz ꝑter
tēpus etatis: qm̄ fidelē credibit esse eum q̄
ꝓmiserat. Propt̄ qd̄ ⁊ ab vno orti sūt:
⁊ hoc emortuo tanꝝ sidera celi ī multitu-
dīem: ⁊ sicut arena q̄ ē ad oram maris in-
numerabil'. Juxta fidez defūcti sūt oēs isti
nō acceptis repromissioīb: sz alonge eas
aspiciētes ⁊ salutātes: et ꝓfitentes qz pere
grini ⁊ hospites sūt sup terrā. Qui em̄ hoc
dicūt: significāt se patriā iquirē. Etsi q̄dez
ipsi⁹ meminissēt ō q̄ exierūt: habebāt vtiq;
temp⁹ reuertēdi. Nūc aūt meliorē appetūt:
id ē celestem. Jdeo nō cōfūdit̄ deus. vocari
deus eoz. Parauit em̄ illis ciuitatē. Fide.
obtulit abrahā ysaac cū tēptaret̄: ⁊ vnige
nitū offerebat in q̄ susceperat repromissio
nes ad quē dctm ē. qz in ysaac vocabit̄ tibi
semē: arbitrās qz ⁊ a mortuis suscitare po-
tēs ē deus. Unde eū ⁊ ī parabolam accepit.
Fide. ⁊ de futuris benedixit ysaac iacob et
esau. Fide. iacob moriēs sīglos filioz io-
seph bñdixit: ⁊ adorauit fastigiū virge ei⁹
Fide. ioseph moriēs de ꝓfectioē isrl̄ memo
rat⁹ē: ⁊ de ossibo suis mādauit. Fide. moy-
ses natus occultat⁹ē mensibo tribo a parē-
tibus suis eo q̄ vidissent elegantē infantē:
⁊ nō timuerūt regis edictū. Fide. moyses
grādis factus negauit se esse filiū filie pha
raonis: magis eligēs affligi cū ꝓplo dei: q̄
tēporalis peccati habere iocūditatē: maio
res diuitias existimās thesauro egiptioz
imperiū xp̄i. Aspiciebat em̄ ī remunerato-
nē. Fide. reliq̄t egiptū: nō verit⁹ animosi-
tatē regis. Jnuisibilē em̄ tanꝝ vidēs susti-
nuit. Fide. celebrauit pascha ⁊ sāguis effu
sionē: ne q̄ vastabat p̄mitiua tāgeret eos.
Fide. trāsierūt mare rubz tanꝝ p aridam
terrā: qd̄ experti egiptij douorati sūt. Fide.
muri hiericho corruerūt circuitu diez se-
ptem. Fide. raab meretrix nō perijt cū in-
credulis: excipiens exploratores cū pace.
Et q̄d adhuc dicā: Deficiet em̄ me tp̄us e-
narrantē. de gedeon. barach. samson. iepte
dauid. samuhel. ⁊ alijs ꝓphetis: q̄ p fidē vi-
cerūt regna. opati sūt iusticiaz: adepti sūt
repromissiones. Obturauerūt ora leonuz:
extinxerūt impetū ignis. Effugarūt aciez
gladij: ꝓualuerūt de ifirmitate: fortes facti
sūt in bello. Castra verterūt exterox: acce-
perūt mulieres de resurrectōe mortuos su-
os. Alij aūt distenti sūt nō suscipiētes re-
dēptionē: vt meliorē ī uenirēt resurrectio-
nē. Alij vero ludibria ⁊ verbera experti ī-
sup ⁊ vincula ⁊ carceres: lapidati sūt secti
sūt tēptati sūt: ī occisioē gladij mortui sūt.
Circuierūt ī melotis ī pellibo caprinis: egē-
tes. angustiati. afflicti. q̄bo dignus nō erat
mūd⁹: ī solicitudinibo errātes. ī montibo. ⁊
speluncis ⁊ ī cauernis terre. Et hij oēs te-
stimonio fidei ꝓbati ñ acceperūt repromi-
ssionē: deo ꝓ nob melio⁹ aliq̄d ꝓuidēte: vt ñ
sine nobis cōsumarent̄.

Ca. .XII.

Deoq; et nos tantā habentes im-
positā nubē testiū: deponētes omē
pondus et circūstans nos peccatū
p̄ paciēciaz curram⁹ ad ꝓpositū nob certa
men. aspicientes in auctorem fidei. ⁊ cōsū-
matorem ihesū: qui proposito sibi gaudio
sustinuit crucē. confusione cōtempta atq;
in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim
eum qui talem sustinuit a peccatoribo ad-
uersum semetipsum conf̄dictionem: vt ne
fatigemini animis vestris deficientes. Nō-
dum em̄ vsq; ad sanguinem restitistis ad-
uersus peccatū repugnantes: ⁊ obliti estis
consolationis que vobis tanꝝ filijs loqui
tur dicens. Fili mi noli negligere disципli-
nam domini: neq; fatigeris dum ab eo ar-
gueris. Quē em̄ diligit dñs castigat: flagel
lat aūt omnē filiū quē recipit. Jn disципli-
na pseuerate. Tanꝝ filijs vob offert se de⁹
Quis em̄ filius quez nō corripit pater: Oz
si extra disciplinā estis. cui⁹ participes fa-
cti sūt omēs: ergo adulteri ⁊ nō filij estis.
Deinde pres q̄tem carnis nre eruditores
habuimus: ⁊ reuerebamur eos. Nū multo
magis obtemperabim⁹ p̄ri spirituū ⁊ viue-
mus: Et illi q̄dē ī tpe paucoz diez secūdū
volūtatē suā erudiebāt nos: hic aūt ad id
qd̄ vtile ē ī recipiendo sanctificatōem ei⁹.
Omis aūt disciplina ī p̄nti q̄tem videt̄ nō
esse gaudij: sz meroris: postea aūt fructū
pacatissimū exercitatis per eam reddet iu-
sticie. Propter quod remissas manus ⁊ so
luta genua erigite: et gressus rectos faci-
te pedibus vr̄is. vt nō claudicans quis er-
ret: magis aūt sanet̄. Pacē sequimini cum

omnibꝫ et ſanctimoniã: ſine qua nemo vi-
debit dñm. Cõtemplãtes ne qs ꝺ ſit gr̃e dei:
ne q̃ radix amaritudinis ſurſuz germinãs
impediat: et per illã inquinẽtur multi. Ne
quis fornicatoꝛ aut prophan⁹ vt eſau: qui
propt̃ vnã eſcã vẽꝺidit ꝓmatiua ſua. Sci-
otꝛ em̃ : qm̃ et poſtea cupiens hereditare
bñdictõem reprobatus ẽ. Non em̃ inuenit
penitẽtie locũ: quanq̃ cũ lacrimis inquiſiſ
ſet eam. Non em̃ acceſſiſtis ad tractabilẽ ⁊
acceſſibilẽ ignẽ et turbinẽ. et caliginem et
pcellã et tube ſonũ et vocẽ verboꝝ: quã q̃
audierũt excuſauerũt ſe ne eis fieret ꝺbũ.
Nõ em̃ portabãt qꝺ ꝺicebaṫ: etſi beſtia tẽ
tigerit montẽz lapiꝺabiṫ. Et ita terribile
erat qꝺ videbaṫ. Moyſes ꝺixit. Exterꝛitus
ſũ ⁊ tremebũ⁹. Soꝛ acceſſiſtis ad ſyõ mõ-
tẽ et ciuitatẽ dei viuẽtis hirl'm celeſtem. et
multoꝝ miliũ angeloꝝ freq̃ntiã. ⁊ eccleſiã
ꝓmitiuoꝝ qui ꝓſcripti ſũt ĩ celis: ⁊ iuꝺicez
oĩm dẽũ et ſpũs iuſtoꝝ pfectoꝝ. ⁊ teſtamẽ-
ti noui mediatorẽ ihm: ⁊ ſãguinis aſperſi
onẽ. melius loquentẽ q̃ abel. Videte ne re-
cuſetis loquentẽ. Si em̃ illi nõ effugerunt
recuſãtes eũ q̃ ſup terrã loquebaṫ. multo-
magis nos q̃ ꝺ celis loq̃ntẽ nob auertim⁹:
cui⁹ vox mouit terrã tũc: nũc aṫ reprom̃it-
tit ꝺicens. adhuc ſemel: ⁊ ego mouebo nõ
ſolũ terrã ſz et celũ. Qꝺ aũt adhuc ſemel ꝺi
cit: ꝺeclarat mobiliũ trãſlatõem tanq̃ fa-
ctoꝝ: vt maneãt ea que ſũt ĩmobilia. Itaq; z
regnũ ĩmobile ſuſcipiẽtes habem⁹ grãm: p
quã ꝺuiamus placẽtes ꝺeo cũ metu ⁊ reue-
rẽcia. Etenĩ ꝺe⁹ nr̃ ignis ꝓſumẽs eſt.

Capitulum. .XIII.

Caritas fraternitatis maneat ĩ vo-
bis: ⁊ hoſpitalitatẽ nolite obliui-
ſci. Per hãc eĩ placuer̃t quiꝺã an-
gel' hoſpitio r̃ceptis. Memẽtote vinctoꝝ tã-
q̃ ſimul vincti: et laborãtiũ tanq̃ et ipi in
corpore morãtes. Honorabile cõnubium ĩ
omnibꝫ: ⁊ thorus ĩmaculat⁹. Fornicatoꝛes
em̃ ⁊ aduleros iuꝺicabit ꝺe⁹. Sint mores
ſine auaricia: ꝓtenti pñtibꝫ. Ipe em̃ ꝺixit.
Nõ te ꝺeſerã neq; ꝺerelĩquã: ita vt cõfidenṫ
ꝺicamus. Dñs mihi aꝺiutoꝛ ẽ: nõ timebo
qꝺ faciat mihi hõ. Memẽtote prepoſitoꝛũ
vr̃oꝝ q̃ vobis locuti ſũt ꝺbũ ꝺei: quoꝝ in-
tuentes exitũ ꝓuerſationis imitamĩ fiḋ.
Ihs xp̃c heri ⁊ hodie: ipe ⁊ ĩ ſecla. Doctri-
nis variis ⁊ pegrinis nolite abduci. Opti-
mum ẽ em̃ grã ſtabilire coꝛ: non eſcis q̃ nõ
pfuerũt ambulãtibꝫ in eis. Habem⁹ altaṙ
ꝺe q̃ edere nõ habent potẽſtatẽ q̃ taberna-
culo ꝺeſeruiũt. Quoꝝ em̃ aĩaliũ ĩferr̃ ſan-
guis p peccato ĩ ſancta p pontificẽ: horũ
corpora cremanṫ extr̃ caſtra. Propt̃ quod
⁊ ihs vt ſanctificaret p ſuũ ſanguinẽ pplm
extra portã paſſus ẽ. Exeam⁹ igit̃ ad eũ ex
tra caſtra: improperiũ ei⁹ portãtes. Nõ ei
habemus hic manentẽ ciuitatẽ: ſz futuraz
inq̃rimus. Per ipm q̃ offeram⁹ hoſtiã lau-
ꝺis ſp ꝺeo: id ẽ fructũ labioꝝ cõfitẽtiuz noi
eius. Beneficiẽcie aũt ⁊ cmunionis nolite
obliuiſci. Talibꝫ em̃ hoſtijs pmereṫ ꝺeus.
Obedite prepoſitis vr̃is: et ſubiacete eis.
Ipi em̃ puigilãt q̃ſi ratõnem p aĩabꝫ vr̃is
reꝺdituri: vt cũ gauꝺio hoc faciãt: et non
gemẽtes. Hoc em̃ nõ expedit vobis. Orate
p nobis. Cõfidim⁹ em̃ qꝛ bonã cſcienciaz
habem⁹: ĩ omnibꝫ bñ volentes cõuerſari.
Ampli⁹ aũt ꝺeprecoꝛ vos hoc facere: q̃ ce-
lerius reſtituar vobis. Deus aũt pacis q̃
eduxit ꝺe mortuis paſtorem magnũ ouiũ
in ſanguine teſtamenti eterni ꝺominũ no-
ſtrũ ihsũ x̃pm. aptet vos ĩ oi bono vt fa-
ciatis eius volũtatem: faciẽs in vobis qꝺ
placeat corã ſe p ihsũ x̃pm: cui ẽ gl'a in ſe-
cula ſeculoꝝ amẽ. Rogo aũt vos fratres:
vt ſufferatis verbuz ſolatij. Etem̃ ppaucis
ſcripſi vobis. Cognoſcite fratrez vr̃m thi-
motheũ ꝺimiſſũ: cũ q̃ ſi celeri⁹ venerit vi-
ꝺebo vos. Salutate oẽs ppoſitos vr̃os ⁊ oẽs
ſãctos. Salutãt vos ꝺ ytalia fr̃es. Gr̃a cũ
omnibꝫ vobis amen.

Explicit epl'a ad hebreos. Incipit pfatio
beati hieronimi preſbiteri in libꝝ actuuz
apoſtoloꝝ.

Canit pſalmiſta: ambulabũt
ꝺ virtutibꝫ in virtutes. Poſt
apoſtoli pauli epiſtolas ꝺu-
ꝺũ vno obꝫ volumine trãſla
tas. ꝺomnion ⁊ rogaciane ca
riſſimi. actus apoſtolorũ cpellitis vt trãſ-
ferã ĩ latinũ: quẽ libꝝ nulli ꝺubiũ ẽ a luca
anthioceno artẽ medico. q̃ poſtea ſeruiẽs
paulo apl'o x̃pi factus ẽ diſcipulus fuiſſe
editũ. Ceruices premit impoſita ſepi⁹ one-
ris magnitudo: quia ſtudia inuidoꝝ repre-
henſione digna putant ea que ſcribimus.
Illoꝝ nunq̃ odio et detractione. iuuante
chriſto meum ſilebit eloquiuz. Lucas igit̃

Incipit liber actuum apl̄oz

anthiocensis. natione syrus. cuius laus in euāgelio canit. apud antiochiā medicine artis egregius. et apostolorum xp̄i discipul⁹ fuit: postea vsq; ad cōfessionem paulum secutus apostolum. sine crimine in virginitate permanens. deo maluit seruire. Qui octoginta et quatuor annos etatis agens in bithinia obijt plenus spiritusancto: quo instigante in achaie partibus euangeliuz scribens. grecis fidelibus incarnationem domini fideli narratione ostendit: eundemq; ex stirpe dauid descendisse monstrauit. Cui non immerito scribendorum actuum apostolorum potestas ī ministerio datur: vt deo in deum pleno. et filio perditioīs extincto. oratioē ab apostolis facta. sorte dominice electionis numerus compleret: sicq; paulum consumationem apostolicis actibus daret. q̄diu contra stimulum calcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus et requirētibus deum breui volui ostendere ꝑmone: q̄ plurius aliqd fastidiētibꝰ p didisse: sciens q̄ operantem agricolā oportet de suis fructibus edere. Quem ita diuina subsecuta est gracia: vt nonsolum coporibus sed etiam animabus. eius proficeret medicina.

Explicit prefatio apostolorum. Incipit liber actuum apostolorum. Capitulum .I.

PRimum quidem sermonez feci de omnib o theophile que cepit ihesus facē et docere: vsq; in diem qua precipiens apostolis per spm̄ sanctum quos elegit assūptus est. Quibus et prebuit seipsum viuū post passionez suam in multis argumētis. per dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei. Et cōuescens precepit eis ab hierosolimis ne discederēt. sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit per os meum: quia iohannes q̄dem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritusancto non post multos hos dies. Igitur qui cōuenerant interrogabāt eum dicentes. Domine: si in tēpore hoc restitues regnum israhel: Dixit autē eis. Nō est vestrum nosse tempora vel momenta q̄ pater posuit ī sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritussancti in vos: et eritis mihi testes in hierusalem et in omi iudea et samaria. et vsq; ad vltimū terre. Et cū hoc dixisset: videntibꝰ illis eleuatus ē: et nubes suscepit euz ab oculis eop̄. Cumq; intuerent in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos ī vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum: Hic ihesus qui assūptus ē a vobis in celum: sic veniet q̄zadmodū vidistis eum euntez in celū. Tūc reuersi sunt hierosolimaz a monte qui vocat oliueti qui ē iuxta hierusalem: sabbati habens iter. Et cum introissent in cenaculum. ascenderunt vbi manebat petrus et iohannes et iacobus et andreas philippus et thomas bartholomeus et matheus iacobi alphei et symon zelotes et iudas iacobi. Hij omnes erant pseuerantes vnanimit ī oratione cum mulieribꝰ et maria matre ihu: et fratribus ei⁹. In diebꝰ illis exurgēs petr⁹ ī medio fratr̄ dixit. Erat aūt turba hoīm simul fere centumuiginti. Viri frēs: oportet implere scripturam quam predixit spiritussanctus per os dauid de iuda qui fuit dux eop̄ qui cōprehenderūt ihm qui cōnumeratus erat ī nobis: et sortitus est sortem misterij hui⁹. Et hic quidem possedit agrū de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medi⁹: et diffusa sunt omnia viscera eius. et notum factum ē omnibus habitantibus hierusalem: ita vt appellaret ager ille lingua eop̄ acheldemach. hoc est ager sanguinis. Scriptum est em̄ ī libro psalmorum. Fiat conmoratio eorum deserta: et non sit qui habitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex hijs viris qui nobiscum sūt congregati in omni tempoe quo intrauit et exiuit inter nos dom̄in⁹ ihs incipiēs a baptismate iohannis. vsq; ī diez qua assūptus ē a nobis: testem resurrectōnis eius nobiscum fieri vnū ex istis. Et statuerūt duos: ioseph q̄ vocat barsabas. q̄ ꝯgnominat⁹ ē iustus: et mathiā. Et orātes dixerūt. Tu dñe q̄ corda nosti oīm: ostende quē elegeris ex hijs duobꝰ vnū accipere locū ministerij hui⁹ et ap̄latus: de q̄ preuaricat⁹ ē iudas vt abiret ī locū suū. Et dederūt sortes eis. Et cecidit sors sup mathiā: et ānumeratus est cum vndecim apostolis.

Capitulum .II.

Et dū ꝓplerent dies penthecostes: erāt oēs pariť in eodē loco. Et factus ē repente de celo sonus. tanq̄ aduenientis spūs vehemētis: et repleuit totā domū vbi erant sedentes. Et apparuerūt illis dispertite lingue tanq̄ ignis: seditq̄ supra singulos eor̄. Et repleti sūt oēs spūsancto et ceperūt loq̄ varijs linguis ꝓut spūssanctus dabat eloq̄ ill'. Erāt aūt ī ihrl'm habitētes iudei viri religiosi: ex oī natōe q̄ sub celo ē. Facta ať hac voce ꝓuenit mlťitudo et mēte ꝓfusa ē: qm̄ audiebat vnusq̄sq̄ lingua sua illos loq̄ntes. Stupebāt aūt oēs: et mirabanť dicētes. Nōne ecce oēs isti qui loquunť galilei sūt: Et qūo nos audiuim? vnusq̄sq̄ līguam nr̄az ī q̄ nati sum?. Parthi et medi et elamite. et q̄ hītant mesopotamiā. iudeā. et capadociā. ponthū. et asỹam. frigiā. et pamphiliaz. egiptū et ptes libie. q̄ ē circa cỹrenen. et aduene romani: iudei q̄z et ꝓselliti cretes et arabes: audiuim? eos loquētes nr̄is līguis magnalia dei. Stupebāt aūt oēs: et mirabanť adinuicē dicētes. Quidnaz vult hoc esse: Alij aūt irridentes dicebāt: q̄z musto pleni sūt isti. Stās autē petr? cū vndecim leuauit vocē suā: et locutus ē eis. Viri iudei et q̄ hītatis ihrl'm vniuersi hoc vob notū sit: et auribꝫ ꝓcipite ṽba mea. Nō em̄ sicut vos estimatis hij ebrij sūt: cū sit hora diei tercia. Sz hoc ē qđ dictū ē ꝑ ꝓphām iohel. Et erit in nouissimis diebꝫ dicit dñs effūdaz de spū meo sup oēz carnem. Et ꝓphetabūt filij vr̄i et filie vr̄e: et iuuenes vr̄i visiones videbunt: et seniores vr̄i somnia sōniabūt. Et q̄dē sup ſuos meos et ācillas meas ī diebꝫ ill' effūdā de spū meo. et ꝓphabūt: et dabo ꝓdigia ī celo sursū et signa ī ťra deorsū: sāguinē et ignem et vapor̄ fumi. Sol ꝓuertet̄ ī tenebras et luna ī sāguinē: añq̄ veīat dies dñi magn? et manifest?. Et oīs q̄cunq̄ inuocauerit nomen dñi salu? erit. Viri israelitē. audite verba hec. Ihm nazarenū vir ap̄probatū a deo ī vob ṽtutibꝫ et prodigijs et signis q̄ fecit de? ꝑ illū ī medio vr̄i sicut vos scitis: hūc definito cōsilio et ꝓsciēcia dei traditū ꝑ manus iniquor̄. affigentes ītremistis. Quē deus suscitauit solutis doloribꝫ iferni: iuxta qđ impossibile erat teneri illuz ab eo. Dauid enim dicit in eum. Prouidebā dominum ī conspectu meo semp̄: qm̄ a dexteris ē mihi ne cōmouear. Propter hoc letatuz est cor meum et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animā meaz in iferno: nec dabis sanctum tuuz videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocūditate cum facie tua. Viri fratres: liceat audēter dicere ad vos de patriarcha dauid quoniā defunctus est. et sepultus ē: et sepulcrū eius est apud nos vsq̄ in hodiernum diem. Propheta igiť cum esset et sciret quia iureiurādo iurasset illi de? de fructu lumbi eius sedere super sedem ei?: prouidens locutus est de resurrectione x̄pi: q̄z neq̄ derelictus est ī inferno: neq̄ caro eius vidit corruptionem. Hunc ihesum resuscitauit deus: cuius omnes nos testes sum?. Dextera igitur dei exaltatus. et promissione spiritussancti accepta a patre: effudit hoc donū quod vos videtis et auditis. Non enim dauid ascendit in celum. Dicit autē ipse. Dixit dominus domiō meo sede a dexteris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuor̄. Certissimi sciat ergo oīs domus isrl': q̄z et dñm eū et x̄pm fecerit deus hūc ihm quem vos crucifixistis. Hijs aūt auditis cōpuncti sūt corde: et dixerūt ad petr̄ et ad reliq̄s apl'os. Quid faciem? viri fratres? Petrus aūt ad illos: penitēciā ī̄q̄t agite. et baptizet̄ vnusq̄sq̄ vr̄m ī noīe ihu cristi ī remissionē peccator̄ vestror̄: et accipietis donū spūssancti. Vobis em̄ ē repromissio et filijs vr̄is: et oīb q̄ longe sūt q̄scūq̄ aduocauerit dñs de? nr̄. Alijs eciaz verbis plurimis testificatus ē: et exhortabať eos dicēs. Saluami a gentratōne ista prava. Qui g̃ receperūt ꝓmonez eius baptizati sūt: et apposite sūt ī die illa aīe circiter tria milia. Erāt aūt ꝑseverantes ī doctrina apostolor̄: et ꝯmunicatōe fractōis panis. et oratōnib. Fiebat aūt oī aie timor. Multa q̄z prodigia et signa ꝑ apl'os ī ihrl'm fiebāt: et metus erat magnus ī vniuersis. Omnes eciam qui credebāt erant pariter: et habebant omnia cōmunia. Possessiones et substācias vendebant: et diuidebāt illa omnib ꝓut cuiq̄ op? erat. Quotidie q̄z pdurantes vnanimiter ī templo et frangētes circa domos panem. sumebāt cibum cum exultatōe et simplicitate cordis: collaudātes deuz et habentes graciā ad omnem plebez. Dñs

autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum.

Capitulum .III.

Petrus aũt et iohãnes ascendebãt ĩ tẽplum :ad horã orationis nonã. Et quidã vir q erat claud⁹ ex vtero mris sue baiulabaf :quẽ ponebãt quotidie ad portã tẽpli q dicif speciosa :vt peteret elemosinã ab itroeuntibo ĩ templũ . Is cũ vidisset petrũ ⁊ iohãnez.incipiẽtes introire ĩ tẽpluz:rogabat vt elemosinã accipet. Intuẽs aũt ĩ eũ petr⁹ cũ iohãne dixit.Respice ĩ nos. At ille intẽdebat in eos:sperãs se aliquid acceptuꝝ ab eis. Petr⁹ aũ dixit. Argentũ ⁊ auꝝ ñ ẽ mihi:qd aũ habeo hoc tibi do . In noĩe ihũ xpi nazareni surge et ãbula. Et apprehẽsa manu ei⁹ dextera alleuauit eũ:⁊ ptinus ꝯsolidate sũt base ei⁹ ⁊ plãte. Et exiliẽs stetit ⁊ ambulabat:⁊ intrauit cũ illis ĩ tẽplũ:ambulãs ⁊ exiliẽs ⁊ laudãs deũ. Et vidit ois ꝑplus eũ ãbulantẽ:et laudantẽ deũ . Cognoscebãt aũt illũ:q ipe erat q ad elemosinã sedebat ad speciosam portã tẽpli. Et ĩpleti sũt stupore.⁊ extasi: ĩ eo q cõtigerat illi .Cũ viderũt aũt petrũ ⁊ iohãnẽ cucurrit ois ꝑplus ad eos ad porticũ q apellaf salomonis stupẽtes. Videns aũt petrus:respõdit ad populũ. Viri isrl̃ite q̃d miramĩ ĩ hoc. aut nos q̃d intuemĩ: q̃si ñra virtute aut pfate fecerim⁹ hũc ãbulare:De⁹ abrahã ⁊ de⁹ ysaac ⁊ de⁹ iacob.de⁹ pm nroꝝ glorificauit filiũ suũ ihm :quez vos q̃dẽ tradidistis ⁊ negastis añ faciẽ pylati iudicãte illo dimitti. Vos aũ sctm ⁊ iustũ negastis :⁊ petistis virꝝ homicidã donari vob:auctorẽ vero vite interfecistis . Quez de⁹ suscitauit a mortuis:cui⁹ nos testes sumus:⁊ ĩ fide nois ei⁹ hũc quẽ vos videtis ⁊ nostis ꝯfirmauit nomẽ ei⁹ :⁊ fides q̃ p eum dedit integrã sanitatẽ istã ĩ ꝯspectu oĩm vrm . Et nũc fres scio q̃ p ignorãciã fecistis:sicut ⁊ prĩcipes vri . Deus aũ q̃ pnũciauit p os oĩm ꝑphetarꝝ pati xpm suũ:sic impleuit. Penitemĩ igit̃ ⁊ conuertimĩ vt deleãtur pcta vra :vt cũ venerint tpa refrigerij a ꝯspectu dñi ⁊ miserit eũ q̃ predicat⁹ ẽ vobis ihesũ xpm:quẽ oportet quidẽ celũ recipere vsq in tpa restitutionis oĩm q̃ locut⁹ ẽ deus p os sanctorꝝ suorꝝ a seculo ꝑphetarꝝ Moyses quidem dixit. Quoniã ꝑpheta⁊ suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris:tanq̃ meipsũ audietis iuxta omnia quecunq locutus fuerit vobis. Erat autẽ omnis anima que non audierit prophetam illum exterminabif de plebe. Et omnes prophete a samuhel et deinceps qui locuti sũt anũciauerũt dies istos . Vos estis filij prophetarꝝ et testamenti :qd̃ disposuit deus ad patres nros dicẽs ad abraham .Et in semine tuo benedicentur omnes familie terre . Vobis primuz deus suscitas filium suum misit eũ benedicentem vobis: vt conuertat se vnusq̃sq a nequicia sua.

Capitulum .IIII.

Loquẽtibo aũt illis ad populũ. supuenerũt sacerdotes ⁊ mgr̃atus tẽpli ⁊ saducei.dolẽtes q docerẽt populũ ⁊ anunciarẽt ĩ ihesũ resurrectionẽ ex mortuis.⁊ iecerũt in eos man⁹ :⁊ posuerũt eos ĩ custodia vsq ĩ crastinũ . Erat aũt iã vespera . Multi aũ eorꝝ qui audierãt verbũ crediderũt.et factus ẽ numerus eorꝝ quiq milia . Factum ẽ autẽ ĩ crastinũ vt cõgregarent̃ principes eorꝝ ⁊ seniores ⁊ scribe ĩ hierusalem:⁊ annas princeps sacerdotuz. ⁊ caÿphas.iohãnes.⁊ allexãder. et quotq̃t erãt de gen̄e sacerdotali. Et statuẽtes eos ĩ medio ĩterogabãt . In q̃ vtute aut ĩ q̃ noĩe fecistis hoc vos ? Tũc replet⁹ spũsãcto petrus.dixit ad eos. Principes ꝑpli et seniores:si nos hodie iudicamur ĩ bñfacto hois ifirmi in q̃ iste salu⁹ factus ẽ :notũ sit oĩbo vobis et oi plebi isrl̃ qr in noĩe dñi nri ihũ xpi nazareni quẽ vos crucifixistis quẽ de⁹ suscitauit a mortuis.ĩ hoc iste astat coraz vobis san⁹. Hic ẽ lapis q reprobat⁹ ẽ a vobis edificãtibo q̃ factus ẽ ĩ caput anguli:⁊ nõ ẽ ĩ alio aliq̃ sal⁹, Nec em̃ aliud nomẽ est sub celo datũ hoĩbo : ĩ q̃ oportet nos saluos fieri . Videntes aũ petri ꝯstanciã ⁊ iohãnis:ꝯperto q homies essent sine litteris et ydiote ãmirabanf̃:et cognoscebãt eos qm̃ cũ ihesu fuerãt .Noiez q̃z videntes stantẽ cũ eis q̃ curatus fuerat :nihil poterãt cõtradicere. Jussert̃ aũ eos foras ext̃ cõciliuz secedere:⁊ ꝯferebãt adiuicẽ dicẽtes .Quid faciem⁹ hoĩbo istis:Qm̃ qdez notũ signũ factũ ẽ p eos oĩbo habitãtibo hierl̃m. Manifestũ ẽ:⁊ nõ possum⁹ negare. Sed ne amplio diuulget̃ in ꝑplm :cõminemur eis ne vltra loquãt̃ in nomĩe hoc vlli hominũ . Et vocãtes eos:denũciauert̃:ne omnio loqrent̃

neq; docerent ī noīe ihū .Petr⁹ vero ꝛ io-
hānes respondentes dixer̄t ad eos .Si iu-
stū ē ī ꝓspectu dei vos poti⁹ audire q̄ deū.
iudicate .Nō em̄ possumus q̄ vidim⁹ ꝛ au-
diuimus nō loqui .At illi ꝓminātes dimi-
serūt eos: nō inueniētes qūo punirent eos
ꝓter ꝓp̄lm: quia oīs clarificabāt id quod
factū erat in eo qđ acciderat. Annoꝝ enim
erat ampli⁹ q̄draginta homo :ī quo factū
fuerat signū istud sanitatis. Dimissi autē
ven̄r̄t ad suos: ꝛ annūciauerūt eis quāta
ad eos p̄rīcipes sacerdotū ꝛ seniores dixis-
sent. Qui cū audissent: vnanimit̄ leuauer̄t
vocem ad deū ꝛ dixerūt .Dñe tu qui fecisti
celū ꝛ terrā mare ꝛ oīa q̄ in eis sunt: qui
spūsancto p os p̄ris nostri dauid pueri tui
dixisti .q̄re fremuer̄t gētes ꝛ ꝓp̄li meditati
sūt inania :astituerūt reges terre ꝛ p̄rīci-
pes cōuenerūt ī vnū :aduersus dñm ꝛ ad-
uersus xp̄m eius ꝓuenerūt em̄ vere ī ciui-
tate ista aduersus sanctū puerū tuū ihesuꝫ
quē vnxisti herodes ꝛ ponci⁹ pylatus cum
gentibꝫ ꝛ ꝓp̄lis isrl̄: facere q̄ man⁹ tua ꝛ cō-
siliū tuū decreuer̄t fieri. Et nūc dñe r̄spice
in minas eoꝝ: ꝛ da famulis tuis cū oī fiducia
loqui verbū tuū in eo q̄ manū tuā exten-
das ad sanitates ꝛ signa ꝛ ꝓdigia fieri per
nomen sancti filij tui ihū .Et cuꝫ orassent
motus ē locus ī q̄ erāt cōgregati: ꝛ repleti
sūt omnes spūsancto: et loquebant̄ v̄bum
dei cū fiducia . Multitudīs aūt credentiuꝫ
erat cor vnū et anima vna :nec q̄sq̄ eoꝝ q̄
possidebat aliq̄d suū esse dicebat: sꝫ erāt illī
omnia cōmunia. Et virtute magna reddeb-
bāt apl̄i testimoniū resurrectioīs ihū xp̄i
dñi nostri: et grā magna erat ī omnibꝫ illī.
Neq; em̄ quisq̄ egens erat int̄ illos .Quot
q̄t em̄ possessores agroꝝ aut domoꝝ erāt:
vendentes afferebant p̄cia eoꝝ q̄ vēdebāt:
ꝛ ponebāt añ pedes apl̄oꝝ. Diuidebat̄ aūt
singul̄ put cuiq; opus erat. Joseph autē q̄
cognominatus ē barsabas ab apl̄is .qđ ē
int̄pretatū fili⁹ cōsolacionis. leuites cypri⁹
genē cū haberet agrū vēdidit eū: ꝛ attulit
p̄ciū ꝛ posuit añ pedes apl̄oꝝ.

Ca. .V.

Vir aūt quidā noīe ananias cū sa-
phira vxore sua vendidit agrum: ꝛ
fraudauit d̄ p̄cio agri ꝓscia vxore
sua: ꝛ afferēs partē quādā. ad pedes apo-
stoloꝝ posuit. Dixit aūt petr⁹ ad ananiam
Anania cur temptauit satbanas cor tuuꝫ
mētiri te spūisancto: et fraudare de precio
agri? Nōne manēs tibi manebat: ꝛ venun-
datuꝫ in tua erat potestate? Quare posui-
sti ī corde tuo hanc rem? Nō es mentitus
hoīb⁹ sꝫ deo .Audiēs aūt ananias hec v̄ba:
cecidit ꝛ expirauit .Et fact⁹ est timor ma-
gnus sup oīes qui audierūt .Surgentes
aūt iuuenes amouerūt eū: ꝛ efferētes sepi-
lierūt .Factū ē aūt quasi horaꝝ triū spa-
ciū: ꝛ vxor ipi⁹ nesciens qđ fctm̄ fuerat in-
troiuit. Rñdit aūt ei petrus .Dic mihi mu-
lier si tāti agruꝫ vendidistis. At illa dixit
Ecia tanti .Petrus aūt ad eā. Quid vtiq;
ꝓuenit vobis t̄ptare spiritū domini? Ecce
pedes eoꝝ qui sepilier̄t virū tuum ad osti-
um: ꝛ efferent te. Confestim cecidit añ pe-
des eius: ꝛ expirauit. Intrantes aūt iuue-
nes inuenerunt illam mortuā: ꝛ extulerūt
ꝛ sepilierūt ad virum suum. Et factus est
timor magnus ī vniuersa ecclesia: et ī oēs
qui audierūt hec .Per manus aūt apl̄orū
fiebant signa ꝛ ꝓdigia multa in plebe. Et
erant vnanimiter omnes in porticu salo-
monis. Ceteroꝝ aūt nemo audebat se ꝓiūge-
re illis: sꝫ magnificabat eos ꝓp̄lus .Magis
autem augebat̄ credentiū multitudo ī dñō
viroꝝ ac mulierū: ita vt in plateas eicerēt
infirmos ꝛ ponerent ī lectulis ac grabatis
vt venientē petro saltē vmbra illi⁹ obum-
braret quēq; illoꝝ et liberarent̄ ab infir-
mitate. Cōcurrebat aūt ꝛ mlt̄itudo vicinaꝝ
ciuitatū ihrl̄m. afferentes egros ꝛ vexatos
a spiritibꝫ immūdis: q̄ curabant̄ oēs. Ex-
urgens autē p̄rīceps sacerdotū et omnes q̄
cum illo erāt q̄ ē hereſis saduceorū repleti
sunt zelo: ꝛ iniecerūt manus ī apl̄os: ꝛ po-
suerūt eos ī custodia publica. Angel⁹ aūt
dñi p noctē aperiēs ianuas carceris ꝛ edu-
cēs eos dixit. Ite: ꝛ stātes loquimi ī t̄plo
plebi oīa verba vite hui⁹ .Qui cū audissēt
int̄uer̄t diluculo ī t̄plū: ꝛ docebāt. Adue-
niens aūt p̄rīceps sacerdotū et q̄ cū eo erāt
ꝓuocauer̄t ꝓciliū .ꝛ oēs senioēs filioꝝ isrl̄
ꝛ miser̄t ad carcerē vt adducerent̄. Cuꝫ aūt
venissēt mīstri ꝛ apto carcere ñ iuenissent
illos: reuersi nūciauerūt dicētes .Carcerē
q̄dē ī̄uenim⁹ clausū cū oī diligēcia: ꝛ custo-
des stātes añ ianuas: aperientes aūt neminē
intus ī̄uenim⁹ .Et aūt audier̄t hos ꝛmones
magistrat⁹ t̄pli ꝛ p̄rīcipes sacerdotū: am-
bigebāt de illo q̄nam fieret. Adueniēs aūt

q; ecce viri q̃s posuistis ī carcere; sūt ī tẽ-
plo stātes: ⁊ docentes pl̃m. Tūc abijt ma-
gistrat⁹ cū mīstris: et adduxit illos sine vi.
Timebāt em̃ pl̃m ne lapidarent̃ . Et cum
adduxissent illos: statuerūt ī cōcilio. Et ī-
terrogauit eos prīceps sacerdotū dicens.
Precipiẽdo p̄cipim⁹ vob̄ ne doceretis ī isto
noīe : ⁊ ecce replestis hirl̃m doctrina vr̃a:
⁊ vultis īducẽ sup nos sāguinẽ hoīs isti⁹.
Rñdens aūt petrus ⁊ apli dixer̃t. Obedire
oportet deo magisq̃ hoībo. Deꝰ pr̃m nr̃oꝝ
suscitauit ihm̃: quẽ vos īteremistis suspẽ-
dentes ī ligno . Hūc principẽ deus ⁊ salua-
torẽ exaltauit dextera sua ad dandā peni-
tẽciā isrl̃ ⁊ remissionẽ pc̃oꝝ: ⁊ nos sum⁹
testes hoꝝ v̄boꝝ: ⁊ spūssāct⁹ quẽ dedit deꝰ
oīb⁹ obedientib⁹ sibi. Hec cū audissẽt disse-
cabant̃: ⁊ cogitabāt īterficẽ illos. Surgēs
aūt q̄dam ī p̄cilio phariseus noīe gamali-
hel legisdoctor honorabilis vniuerse plebi:
iussit foras ab breue hoīes fieri. Dixitq; ad
illos . Viri israhelitæ attẽdite vob̄ sup hoī-
bus istis: q̄d acturi sitis . Añ hos em̃ dies
extitit theodas dicẽs se esse aliquẽ : cui cō-
sensit numerus virorꝝ circit̃ q̄dringētorꝝ: q̄
occis⁹ est ⁊ oēs q̄ credebāt ei dissipati sūt: ⁊
redacti ad nihilū. Host hunc extitit iudas
galilel⁹ ī diebꝫ pfessionis: ⁊ auertit pl̃m p⁹
se. Et oēs q̄tq̄t p̄sensert ei dispersi sūt: ⁊ ipe
perijt. Et nunc itaq; dico vob̄: discedite ab
hoībus istis. et sinite illos. Qm̃ si ẽ ex hoī-
bus p̄siliū hoc aut opus. dissoluet̃: si vero
ex deo ẽ ñ poteritis dissoluẽ: ne forte ⁊ deo
repugnaẽ videamī . Cōsenser̃t aūt illi: ⁊ p̄-
uocātes apl̃os cesis denūciauerunt eis ne
āplius loq̄rent̃ ī noīe ihu: ⁊ dimiser̃t eos.
Et illi q̄dem ibāt gaudẽtes a p̄spectu cōci-
lij: qm̃ digni habiti sūt p noīe ihu p̄tume-
liaz pati . Omī aūt die nō cessabāt ī tẽplo ⁊
circa domos docẽtes: ⁊ euangelizātes xp̃m
ihesum.

Capitulum. .VI.

In diebus aūt ill̃ crescentē numero
discipl̃oꝝ factū ẽ murmur grecoꝝ
aduersus hebreos: eo q; despicerẽt̃
ī ministerio quotidiano vidue eoꝝ. Cōuo-
cantes aūt duodecim multitudinẽ discipu-
loꝝ dixer̃t. Non est equū nos derelinquere
v̄bum dei: ⁊ ministrare mensis. Cōsidera-
g̃ frres viros ex vobis boni testimonij se-
ptẽ plenos spūssancto ⁊ sapiencia : q̃s cō-
stituam⁹: sup hoc opus . Nos vero oratio-
ni ⁊ ministerio verbi instātes erimus . Et
placuit sermo corā omni multitudine . Et
elegerūt stephanum viꝝ plenu; fide ⁊ spū-
sancto: ⁊ philippū ⁊ procorū ⁊ nÿcanorem
⁊ thimonem ⁊ parmenā ⁊ nicolaum adue-
nā anthiocenū. Hos statuerūt añ conspe-
ctum apl̃oꝝ: ⁊ orātes imposuerūt eis ma-
nus. Et v̄bum dn̄i crescebat: ⁊ multiplica-
bat̃ numer⁹ discipuloꝝ ī hirl̃m valde. Ml̃-
ta ecia ẽba sacerdotū obediebat fidei. Ste-
phan⁹ aūt plen⁹ grā ⁊ fortitudīe faciebat p̄-
digia ⁊ signa mag̃ in pl̃o . Surrexer̃t aūt
q̄dam ō sÿnagoga q̃ a p̄tellabat̃ libertinoꝝ
⁊ cÿrenensiū ⁊ allexādrinoꝝ. et eoꝝ q̄ erāt
a cicilia ⁊ asÿa disputantes cū stephano: ⁊
non poterant resistere sapiencie ⁊ spiritui
q̄ loquebat̃: p̄ter q̄ redarguerẽt̃ ab eo cū
omni fiducia. Tūc sūmiserūt viros q̄ dice-
rent se audisse eū dicentẽ v̄ba blasphemie ī
moÿsen ⁊ deum . Cōmouerūt itaq; plebem
⁊ seniores ⁊ scribas: ⁊ cōcurrentes rapue-
rūt eū ⁊ adduxerūt in cōciliū: ⁊ statuerūt
falsos testes q̄ dicerent . Homo iste nō ces-
sat loqui v̄ba aduersus locū sanctū ⁊ legez
Audiuim⁹ em̃ eu; dicentẽ: qm̃ ihs nazare-
nus hic destruet locū istu;: ⁊ mutabit tra-
ditiones. q̃s tradidit nobis moÿses. Et in-
tuẽtes eū omnes q̄ sedebāt ī cōcilio: viderūt
faciẽ ei⁹ tanq̃ faciez angeli . Dixit aūt prī-
ceps sacerdotū stephano si hec ita se habe-
rent. Qui ait.

Capitulum. .VII.

Viri fratres ⁊ patres audite . Deus
glorie apparuit patri nostro abra-
he cu; esset ī mesopotamia priusq̃
moraretur ī charran: et dixit ad illum.
Exi de terra tua et de cognatione tua: ⁊ ve-
ni in terram quam monstrauero tibi . Tūc
exijt de terra chaldeorum : et habitauit in
charran. Et inde postq̃ mortu⁹ ẽ pater ei⁹
transtulit illum in terram istam: in q̃ nunc
vos habitatis . Et nō dedit illi hereditatẽ ī
ea nec passū pedis: sed repromisit dare illi
eam in possessionem ⁊ semini eius p⁹ ipm̃:
cum nō haberet filiu; . Locutus est aūt ei
deus. q; erit semen eius accola ī terra alie-
na: ⁊ seruituti eos subiciẽt ⁊ male tractabūt
eos annis q̃dringentis ⁊ triginta: et gentẽ
cui seruierint iudicabo ego dicit dn̄s. Et p⁹
hec exibūt : et deseruient mihi in loco isto.
Et dedit illi testamentum circūcisionis : et
sic genuit ÿsaac ⁊ circūcidit eū die octauo:

ꝙ ysaac iacob: ꝙ iacob duodecim ꝓgenitas
Et ꝓgenite emulantes ioseph vendiderũt in
egiptũ: ꝙ erat deus cũ eo. Et eripuit eũ ex
omnib⁹ tribulationib⁹ ei⁹: ꝙ dedit ei grã
ꝙ sapiẽciã in ꝓspectu pharaonis regis egi-
ptior: ꝙ cõstituit eũ prepositũ sup egiptũ
ꝙ sup omnẽ domũ suã. Venit autẽ fames in
vniuersã egiptum et chanaan ꝙ tribulatio
magna: ꝙ nõ inueniebant cibos ꝑres nr̃i.
Cũ audisset aũt iacob esse frumẽtũ in egi-
pto misit ꝑres nr̃os ꝓmũ: ꝙ in scdo cognit⁹
ẽ ioseph a fratrib⁹ suis: ꝙ manifestatum est
pharaoni gen⁹ eius. Mittẽs aũt ioseph ac-
cersiuit patrẽ suũ: ꝙ oẽm cognatiõnẽ suam
in animab⁹ septuagintaquiq;. Et descendit
iacob in egiptũ: ꝙ defũctus est ipe ꝙ patres
nr̃i. Et translati sũt in sichen: ꝙ positi sũt in
sepulcro qd̃ emit abrahaz ꝑcio argẽti a fi-
liis emor filij sichen. Cũ aũt appropinq̃ret
tempus ꝓmissionis quaz cõfessus erat deus
abrahe creuit ꝑplus et mltiplicat⁹ ẽ in egi-
pto: quoadusq; surrexit ali⁹ rex in egipto q̃
nõ sciebat ioseph. Hic circũueniẽs genus
nr̃m afflixit ꝑres nr̃os: vt exponerẽt infan-
tes suos ne viuificarẽt. Eodez tpe natus ẽ
moyses: ꝙ fuit gtus deo: q̃ nutrit⁹ est trib⁹
mensib⁹ in domo ꝑris sui. Expositꝰ aũt illo
sustulit eũ filia pharaonis: et nutriuit eum
sibi in filiũ. Et eruditus ẽ moyses omni sa-
piẽcia egiptior: ꝙ erat potẽs in verbis ꝙ in
opibus suis. Cũ aũt implerẽt ei q̃dragin-
ta annor tempus: ascendit in cor ei⁹ vt vi-
sitaret frẽs suos filios isrl̃. Et cũ vidisset
quendã iniuriam patientẽ vĩdicauit illũ:
ꝙ fecit vltiõez ei q̃ iniuriã sustinebat ꝑcusso
egiptio. Existimabat aũt intelligẽ fratres:
qm̃ deus ꝑ manũ ipsi⁹ daret salutem illis.
At illi nõ intellexerũt. Sequenti vero die
apparuit illis litigantib⁹: ꝙ frẽciliabat eos
in pace dicẽs. Viri: frẽs estis. Vt q̃d noce-
tis alterutrum? Qui aũt iniuriã faciebat
primo: repulit eũ dicens. Quis te ꝓstituit
principẽ ꝙ iudicẽ sup nos? Nũquid interfi-
cere tu me vis. quẽadmodũ interfecisti he-
ri egiptiũ? Fugit aũt moyses in v̄bo isto:
ꝙ fact⁹ ẽ aduena in terra madian: vbi gene-
rauit filios duos. Et expletis annis q̃dra-
ginta: apparuit illi in deserto mõtis syna an-
gel⁹ in igne flãme rubi. Moyses aũt videns
ãmirat⁹ ẽ visũ. Et accedẽte illo vt ꝓsideret:
factꝰ ẽ ad eũ vox dñi dicẽs. Ego sũ de⁹
ꝑr̃m tuor: deus abrahã. deus ysaac: et de⁹
iacob. Tremefact⁹ aũ moyses: nõ audebat
ꝓsiderare. Dixit aũ illi de⁹. Solue calciamẽ-
tũ pedũ tuor. Loc⁹ enim in q̃ stas tra sancta
ẽ. Videns vidi afflictiõnẽ ꝑpli mei q̃ ẽ in egi-
pto: ꝙ gemitũ eor audiui: ꝙ descẽdi liberare
eos. Et nũc veni mittaz te in egiptuz. Hunc
moysẽ quẽ negauerũt dicẽtes q̃s te ꝓstituit
principẽ ꝙ iudicẽ: hũc deus principẽ et re-
demptorẽ misit cũ manu angeli qui apparuit
illi in rubo. Hic eduxit illos faciens ꝓdigia
ꝙ signa in tra egipti ꝙ in rubro mari: ꝙ in de-
serto ãnis q̃draginta. Hic ẽ moyses q̃ dixit
filijs isrl̃. Prophetã suscitabit vobis de⁹ de
frib⁹ vr̃is: tanq̃ me ipm audietis. Hic ẽ q̃
fuit in ecclesia in solitudiẽ cũ ãgelo q̃ loq̃bat
ei in mõte syna ꝙ cũ ꝑr̃ib⁹ nr̃is: q̃ accepit ver-
ba vite dare nobis. Cui noluerũt obedire
ꝑres nr̃i: sz repulerũt et auersi sũt cordib⁹
suis in egiptũ: dicẽtes ad aaron. Fac nobis
deos q̃ ꝓcedãt nos. Moysi ei huic q̃ eduxit
nos de tra egipti: nescimus q̃d factm sit ei.
Et vitolũ fecerũt in diebꝰ illꝭ. ꝙ obtulerũt ho-
stiã simulacro: et letabant in opib⁹ manuũ
suar. Cõuertit aũ eos de⁹: ꝙ tradidit eos ser-
uire milicie celi: sicut scriptũ ẽ in libro pro-
phetar. Nũq̃d victimas aut hostias obtu-
listis mihi ãnis q̃dragĩta in deserto dom⁹ isrl̃:
Et suscepistis tabnaculuz moloch et sidus
dei vr̃i remphã. figuras q̃s fecistis adorare
eos: ꝙ trãsferã vos trãs babilonez. Tabna-
culũ testimonij fuit cũ ꝑr̃ib⁹ nr̃is in deserto si-
cut disposuit ill⁹ de⁹ loquẽs ad moysen: vt
faceret illd̃ scdm formã quã viderat. Qd̃ et
idurerũt suscipiẽtes ꝑres nr̃i cũ ihu in pos-
sessionẽ gentiũ: q̃s expulit de⁹ a facie ꝑr̃m
nr̃or vsq; in diebꝰ dauid. Qui inuenit graciã
añ deũ: et petijt vt inueniret tabnaculũ deo
iacob. Salomon aũt edificauit illi domũ.
Sz ñ excelsus in manufactis habitat: sicut
ꝑ ꝓphetam dicit. Celũ mihi sedes ẽ: tra aũt
scabellũ pedũ meor. Quã domũ edificabi-
tis mihi dicit dñs: aut q̃s locus requietiois
mee ẽ? Nõne manus mea facit hec omnia?
Dura ceruice ꝙ incircumsi cordib⁹ et auri-
bus: vos semp spũisancto restitistis: sicut
ꝑres vr̃i ꝙ vos. Quẽ ꝓphetar nõ sunt per-
cuti patres vestri? Et occiderunt eos qui
prenũciabant de aduentu iusti: cuius vos
nũc proditores et homicide fuistis: qui ac-
cepistis legem in dispositione angelorum

apl̄oz

et nō custodistis. Audientes aūt hec disse-
cabātur cordibꝫ suis: ⁊ stridebant dētibꝫ in
eum. Cū aūt esset plenus spūsancto. intē-
dens in celū vidit gloriā dei: ⁊ ihm stantez
a dextris dei. Et ait. Ecce video celos aper
tos: et filiū homis stātē a dextris virtutis
dei. Exclamātes aūt voce magꝫ cōtinuerūt
aures suas: ⁊ impetuz fecerūt vnanimiter
in eū. Et eicientes eū extra ciuitatē lapida-
bāt: ⁊ testes deposuerūt vestimēta sua secꝰ
pedes adolescentis: q̄ vocabat saulus. Et
lapidabāt stephanū inuocātē ⁊ dicentem.
Dñe ihu suscipe spūm meū. Positis autē
genubꝫ: clamauit voce magꝫ dicens. Dñe:
ne statuas illis hoc peccatū. Et cū hoc di-
xisset: obdormiuit ī dño. Capi. VIII.

Paulus aūt erat psentiēs neci eiꝰ.
Facta est autē in illa die psecutio
magna in ecclīa q̄ erat hierosolimis: ⁊ omnes dispersi sūt p regiōes iudee et
samarie pter apl̄os. Curauerunt autē ste-
phanū viri timorati: ⁊ fecerūt planctum
magnū sup eum. Saulus autē deuastabat
ecclesiā: p domos intrās et trahēs viros ac
mulieres: tradebat in custodiā. Igī q̄ disp
si erāt ptrāsibāt euāgelisantes verbū dei.
Philippus aūt descendens in ciuitatē sama
rie pdicabat illis xp̄m. Intēdebant autem
turbe hijs q̄ a philippo dicebātur vnanimi
ter audientes: et videntes signa q̄ faciebat.
Multi em̄ eoꝝ q̄ habebāt spūs immūdos:
clamātes voce magna exiebāt. Multi aūt
paralitici ⁊ claudi curati sunt. Factuz est
g̈ gaudiū magnū in illa ciuitate. Vir autē
quidaz nomine symon qui ante fuerat in
ciuitate magus seducens gentem samarie
dicens se esse aliquem magnū: cui auscul-
tabāt omnes a minimo vsq̄ ad maximum
dicentes: hic est virtus dei q̄ vocat magn̄.
Attendebant aūt eū: ꝓpter q̄ multo tempe
magicis suis dementasset eos. Cū vero cre-
didissent philippo euangelisanti de regn̄ dei.
in nomine ihu xp̄i baptizabantur viri ac
mulieres. Tūc symon ⁊ ipe credidit: ⁊ cuz
baptizatus eēt adherebat philippo. Videns
etiā sig̈ et virtutes maximas fieri: stupēs
ammirabatur. Cū autē audissent apl̄i qui
erāt in hierosolimis q̄ recepisset samaria
verbū dei: misert ad eos petꝝ ⁊ iohānem.
Qui cū venissent orauerūt p ipsis: vt acci-
perēt spūmsanctū. Nōdū em̄ ī quēq̄ illoꝝ
venerat: sed baptizati tm̄ erāt in nomine
dñi ihu. Tūc imponebant manꝰ sup illos:
⁊ accipiebāt spūmsanctum. Cū vidisset aūt
symon q̄ p impositionem manus apl̄oruz
daret̄ spūssanctus: obtulit eis pecuniā di-
cens. Date ⁊ mihi hāc potestatem: vt cui-
cūq̄ imposuero manus accipiat spūmsan
ctum. Petrus autē dixit ad euz. Pecunia
tua tecū sit in pditōnem: qm̄ donū dei exi-
stimasti pecunia possideri. Non em̄ tibi ps
neq̄ sors in sermone isto. Cor em̄ tuū nō est
rectū corā deo. Penitētiā itaq̄ age ab hac
neqcia tua: ⁊ roga deū si forte remittatur
tibi hec cogitatō cordis tui. In felle enim
amaritudinis ⁊ obligatōe iniqtatis videō
te esse. Respōdēs aūt symō dixit. Orecamini
vos p me ad dñm: vt nihil veniat sup me
hoꝝ q̄ dixistis. Et illi q̄dē testificati ⁊ locu
ti verbū dñi rediebāt hierosolimā: ⁊ mltis
regionibꝫ samaritanoꝝ euangelizabant.
Angelus autē dñi locutus ē ad philippum
dicens. Surge: ⁊ vade cōtra meridianum
ad viā q̄ descēdit ab ihrlm in gazam: hec ē
deserta. Et surgēs abijt. Et ecce vir ethiops
eunuchus potēs cādacis regine ethiopū:
q̄ erat sup omnes gazas eiꝰ venerat adora-
re in ihrlm: ⁊ reuertebat̄ sedēs supꝫ currū suū
legensq̄ ysaiam pphetam. Dixit aūt spūs
philippo. Accede: ⁊ adiunge te ad currum
istū. Accurrēs aūt philippus: audiuit euz
legentē ysaiā pphām ⁊ dixit. Putasne ītel
ligis q̄ legis? Qui ait. Et quō possū: si nō
aliq̄s ondērit mihi? Rogauitq̄ philippū vt
ascēderet: ⁊ sederet secū. Locus aūt scriptu-
re quaz legebat erat hic. Tāq̄ ouis ad oc-
cisionē ductꝰ est: ⁊ sicut agnꝰ corā tōdēte se
obmutescit sine voce: sic nō aperit os suū.
In humilitate iudicium eius sublatū est.
Generatōnem eius quis enarrabit? Quo-
niam tolletur de terra vita eius. Respōdēs
autē eunuchus philippo dixit. Obsecro te.
de q̄ ppheta dicit hoc? De se an de alio ali-
quo? Aperiens autem philippus os suum.
⁊ incipiens a scriptura ista: euangelizauit
illi ihm. Et dum irent p viā: venerunt ad
quandam aquam. Et ait eunuchus. Ecce
aqua. Quis phibet me baptizari: dixit aūt
philippus. Si credis ex toto corde licet. Et
rndēs ait. Credo filiū dei esse ihm xp̄m. Et
iussit stare currū. Et descēderunt vterq̄ in
aquā philippus et eunuchus: ⁊ baptizauit

eum. Cum autem ascēdisset de aqua spiritus domini rapuit philippum: et amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in azoto: et pertransiens euangelizabat ciuitatibꝫ cunctis donec veniret cesaream.

¶ Capitulum. .IX.

Paulus aũt adhuc spirãs minarũ et cedis in discipulos domini accessit ad principem sacerdotum: et pecijt ab eo epistolas ī damascũ ad sy̅nagogas: vt si quos ĩueniſſet hui⁹ vie viros ac mulieres: vinctos ꝓduceret in ihrl'm. Et cum iter faceret: ꝓtigit vt appinq̃ret damasco. Et subito circũfulsit eũ lux de celo: et cadẽs in terrã audiuit vocez dicentẽ sibi. Saule saule: quid me ꝑsequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sum ihus: quẽ tu ꝑsequeris. Dux est tibi contra stimulũ calcitrare. Et tremens ac stupens dixit. Dñe. quid me vis facere? Et dñs ad euz. Surge et ingredere ciuitatẽ: et ibi dicetur tibi quid te oportꝫat facere. Viri aũt illi q̃ comitabantur cum eo stabant stupefacti: audientes q̃dẽ vocem: neminem aũt videntes. Surrexit aũt saulus de terra: apertisqꝫ oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes: introduxerunt damascuz. Et erat ibi tribꝫ diebꝫ non videns: et non mãducauit neqꝫ bibit. Erat autez quidam discipulus damasci nomine ananias. Et dixit ad illũ in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad euz. Surge et vade in vicum qui vocatur rectus: et quere in domo iude. saulũ noie tharsensem. Ecce em̃ orat. Et vidit virꝫ ananiã noie ītroeũtem: et imponentẽ sibi man⁹ vt visum recipiat. Rñdit autez ananias. Dñe audiui a multis de viro hoc: q̃nta mala fecerit sanctis tuis ī ihrl'm. Et hic habet pt̃atẽ a p̃n cipibꝫ sacerdotũ: alligãdi oẽs q̃ ĩuocãt nomẽ tuũ. Dixit aũt ad eum dñs. Vade: qm̃ vas electo⁹nis ẽ mihi iste: vt portet nomen meũ corã gẽtibꝫ et regibꝫ et filijs isrl'. Ego ei oñdã illi: q̃nta oportꝫat eũ p noie meo pati. Et abijt ananias et ītroiuit ī domũ: et imponẽs ei man⁹ dixit. Saule fr̃: dñs misit me ihs. q̃ apparuit tibi ī via q̃ veiebas: vt videas et implearis spũsãctꝫ. Et ꝓfestim ceciderũt ab oculis ei⁹ tãq̃ squame: et visum recepit. Et surgẽs baptizat⁹ ẽ: et cum accepisset cibũ confortatus est. Fuit aũt cum discipulis q̃ erant damasci p dies aliquot. Et continuo ingressus in sy̅nagogas predicabat ihesum: quoniaz hic est filius dei. Stupebant autẽ oñes qui euz audiebant et dicebant. Nonne hic ẽ q̃ expugnabat in ihrl'm eos q̃ inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotũ. Saul⁹ autẽ mlto magis cõualescebat et confundebat iudeos qui habitabant damasci: affirmãs qm̃ hic est xp̃us. Cũ aũt implerẽt dies multi: consiliũ fecerũt ī vnũ iudei vt euz ītерficerẽt. Note autem facte sunt saulo insidie eorũ. Custodiebant autez et portas die ac nocte: vt eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius nocte p murꝫ dimiserũt euz: submittentes in sporta. Cũ aũt venisset in ihrl'm tẽptabat se iungere discipul': et omnes timebant eum: non credentes q̃ esset discipulus. Barnabas aũt apprehẽsuz illũ duxit ad apl'os: et narrauit illis quomodo in via vidisset dñm et quia locutus est ei: et quõ in damasco fiducialit̃ egerit ī nomine ihu. Et erat cũ illis intrãs et exiens in ihrl'm: fiducialiter agẽs in noie domini. Loquebatur q̃z gentibꝫ et disputabat cum grecis: illi autẽ q̃rebãt occidere eum. Quod cũ cognouissẽt fr̃es deduxerũt eũ nocte cesareã: et dimiserũt tharsũ. Ecclesia quidẽ p totam iudeam et galileam et samariaz habebat pacẽ: et edificabatur ambulãs in timore dñi: et cõsolatõne sanctispũs replebatur. Factũ est aũt vt petr⁹ dum transiret vniuersos. deueniret ad sanctos q̃ habitabant lidde. Inuenit aũt ibi hoiem quendaz nomine eneam. ab annis octo iacentẽ in grabato: qui erat paraliticus. Et ait illi petrus. Enea: sanet te domin⁹ ihus xp̃us. Surge: et sterne tibi. Et ꝓtinuo surrexit. Et viderũt illũ oñes q̃ habitabant lidde et saronе: qui cõuersi sunt ad dominum. In ioppe aũt fuit q̃dam discipula noie thabita: que interpretata dr̃ dorcas. Hec erat plena opibꝫ bonis et elemosinis: quas faciebat. Factũ ẽ aũt in diebꝫ illis: vt infirmata moreretur. Quã cũ lauissent: posuerũt eã ī cenaculo. Cũ aũt ppe esset lidda ab ioppe: discipuli audiẽtes quia petrus eẽt ī ea duos viros miserũt ad eum: rogantes. ne pigriteris venire vsqꝫ ad nos. Exurgẽs autem

petrus: venit cū illis. Et cū aduenisset du-
xerūt illū in cenaculū: ⁊ circūstetērunt il-
lū oēs vidue flentes: et ostēdentes ei tu-
nicas et vestes quas faciebat illis dorcas.
Eiectis aūt oīb foras. petrus ponēs ge
nua orauit: ⁊ conuersus ad corp' dixit. Tha-
bita surge. At illa aperuit oculos: ⁊ viso pe
tro resedit. Dans aūt illi manū erexit eā:
⁊ cū vocasset sanctos et viduas assignauit eā
viuaz. Notū aī factū ē p vniuersā ioppen.
⁊ crediderūt multi in dño. Factū est autē
vt dies multos moraret in ioppe apud sy-
monem quendam coriariū.

Capi. X.

Vir autē qdam erat in cesarea noīe
cornelius centurio cohortis q dicit
ytalica. religiosus ac timēs deū cū
omni domo sua: faciēs elemosinas mltas
plebi: ⁊ deprecans deū semp. Is vidit in visu
manifeste quasi hora nona diei angelū dei
introeūtē ad se: ⁊ dicentē sibi. Corneli. At
ille intuēs eū: timore corrept' dixit. Quis
es dñe: Dixit aūt illi. Orones tue ⁊ elemo-
sine tue ascēderūt in memoriā in cōspectu
dñi. Et nūc mitte viros in ioppen: ⁊ accersi
symonez quendā q cognīat petrus. Hic
hospitat apud symonē quendā coriariū.
cuius ē domus iuxta mare. Hic dicet tibi:
qd te oporteat facere. Et cū discessisset an-
gelus q loquebatur illi. vocauit duos do-
mesticos suos ⁊ militem timentez dominū
ex his qui illi parebāt. Quib cū narrassz
omnia: misit illos in ioppen. Postera autē
die iter illis facientib et appropinquanti-
bus ciuitati: ascendit petrus in superiora
vt oraret circa horā sextam. Et cum esu-
riret voluit gustare: parantib aūt illis ce
cidit super eum mentis excessus. Et vidit
celum apertum: ⁊ descendens vas quoddā
velud linthеum magnū qtuor inicijs sub-
mitti de celo in terrā: in q erant oīa qua
drupedia ⁊ serpētia terre: ⁊ volatilia celi.
Et facta est vox ad eum. Surge petre: oc-
cide ⁊ manduca. Ait aūt petrus. Absit do
mine: qz nūq māducaui oīe cōmune ⁊ im
mundū. Et vox iterū scdo ad eū. Que deus
purificauit: tu cōmune ne diseris. Hoc aī
factū ē p ter. Et statim receptū ē vas in ce
lū. Et dū terra se hesitaret petrus quidnā
esset visio quā vidisset: ecce viri q missi erāt
a cornelio inquirentes domū symonis asti
terūt ad ianuā. Et cū vocassent: interroga
bant si symon qui cognominatur petrus
illic hꝫet hospitiuz. Petro aūt cogitāte de
visione: dixit spūs ei. Ecce viri tres qrūt
te. Surge itaq ⁊ descende: et vade cum eis
nihil dubitās: qz ego misi illos. Descēdens
aūt petrus ad viros dixit. Ecce ego sū quē
queritis. Que causa ē ꝓpter quā venistis:
Qui dixerūt. Cornelius centurio vir iustus
⁊ timens deū ⁊ testimoniū hns ab vniuer-
sa gēte iudeorum: rūsum accepit ab angelo
sancto accersiri te in domū suam: ⁊ audire
verba abs te. Introducens g eos recepit
hospitō. Sequnti aūt die surgēs: pfectus ē
cū illis: ⁊ qdā ex frīb ab ioppe comitati st
cū eo: vt petro testes sint. Altera autē die
introiuit cesareā: cornelius vero expecta-
bat illos: cōuocatis cognatis suis ⁊ neces-
sarijs suis. Et factū ē cū itroisset petrus:
obuius venit ei cornelius: et pcidēs ad pe-
des ei' adorauit. Petrus vero eleuauit eum
dicēs. Surge: ⁊ ego ipe hō sū. Et loqns cū
illo intrauit: ⁊ inuenit mltos q cōuenerant:
dixitq ad illos. Vos scitis quō abominatū
sit viro iudeo ꝓiungi aut accedere ad alie-
nigenā. Deus mihi oñdit de' neminē cmunē
aut immūdum dicere hoiem: propter qd sine
dubitacōne veni accersitus. Interrogo g:
quā ob causā accersisti me. Et cornel' ait.
A nudiusqrta die vsq ad hāc horā orans
erā ieiunans. hora nona in domo mea. et
ecce vir stetit añ me in veste cādida: ⁊ ait.
Corneli exaudita ē oratō tua: ⁊ elemosine
tue cōmemorate sūt in cōspectu dei: mitte
g in ioppen ⁊ accersi symonē q cognīat
petrus: hic hospitat in domo symonis co-
riarij iuxta mare. his cū venerit loqt tibi
Cōfestim g misi ad te: ⁊ tu bñfecisti veniē
do ad nos. Nūc g oēs nos ī conspectu tuo
assum': audire oīa qcūq tibi pcepta sūt a
dño. Aperiēs aī petr' os suū dixit. In veri-
tate cōperi qz nō ē plonaꝫ acceptor de':sz
in oī gēte q timet eū ⁊ opat iusticiā: acce-
ptus ē illi. Verbū misit de' filijs isrl. annū
tiās pacē p ihm xpm. hic ē oīm dñs. Vos
scitis qd factū ē vbū p vniuersā iudeā. In
cipiēs em a galilea post baptismū qd pdi-
cauit iohes ihm. a nazareth quō vnxit eū
de' spūsancto et vtute: q ptrāsijt bñfaciēdo
⁊ sanando oēs oppressos a dyabolo: qm de'
erat cum illo. Et nos testes sumus omnū
que fecit in regione iudeoꝫ ⁊ hierusalem:

quez occiderſt ſuſpẽdẽtes in ligno. Hũc de⁹ ſuſcitauit ẽcia die ⁊ dedit eũ maiſeſtũ fieri. nõ oi ꝓplo ſz teſtibꝫ ꝓordiatis a deo: nobis q̃ mãducauim⁹ ⁊ bibim⁹ cuz illo poſtq̃ reſurrexit a mortuis. Et ꝓcepit nobis ꝓdicare ꝓplo ⁊ teſtificari: qr ipe ẽ q̃ cõſtitut⁹ ẽ a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Huic oñes ꝓphete teſtimoniũ phibẽt. remiſſionẽ peccatoꝝ accipe ꝑ nomẽ ei⁹: oẽs q̃ credunt in eum. Adhuc loq̃nte petro ꝝba hec: cecidit ſpũſſanctus ſup oñes q̃ audiebãt verbũ. Et obſtupuerũt ex circumciſione fideles q̃ venerãt cũ petro: qr et in nacões grã ſpũſſancti effuſa ẽ. Audiebãt em̃ illos loq̃ntes linguis: ⁊ magnificãtes deũ. Tũc rñdit petrus. Nũqd aquã q̃s phibere pt̃ vt nõ baptizẽtur hij q̃ ſpũmſanctũ acceperũt ſicut et nos: Et iuſſit eos baptizari in noie dñi ihu xpi. Tũc rogauerũt eum: vt maneret apud eos aliq̃t diebꝫ. ¶ Capitulũ .XI.

Audierunt autẽ apoſtoli ⁊ fratres qui erant in iudea: qm̃ ⁊ gentes receperunt verbum dei. Cum autem aſcendiſſet petrus hieroſolimam: diſcebant aduerſus illum qui erãt ex circumciſione dicẽtes. Quare introiſti ad viros ꝓputiũ habentes: et mãducaſti cũ illis: Incipiẽs aũt petr⁹: exponebat ill' ordinẽ dicens. Ego eram in ciuitate ioppe orans. et vidi in exceſſu mẽtis mee viſionem: deſcendens vas quoddam velut linteuz magnũ quatuor inicijs ſubmitti de celo: et venit vſq̃ ad me. In quod intuens conſiderabã: ⁊ vidi quadrupedia terre ⁊ beſtias ⁊ reptilia ⁊ volatilia celi. Audiui aũt ⁊ vocẽ dicẽ tez mihi. Surge petre: occide ⁊ manduca. Dixit autẽ. Nequaq̃ dñe: quia commune aut immũdum nũq̃ introiuit in os meũ. Rñdit aũt vox ſecũdo de celo. Que de⁹ mũdauit: tu ne cõmune dixeris. Hoc aũt factũ eſt ꝑ ter: ⁊ recepta ſunt oñia rurſũ in celo. Et ecce viri tres cõfeſtim aſtiterũt in domo in qua eram: miſſi a ceſarea ad me. Dixit aũt ſpũs mihi: vt irẽ cũ ill' nihil hesitãs. Venerũt aũ mecũ ⁊ ſex frres iſti: et ingreſſi ſum⁹ i domũ viri. Narrauit aũt nob quõ vidiſſet ãgelũ in domo ſua ſtãtẽ: ⁊ dicentẽ ſibi. Mitte in ioppen ⁊ accerſi ſym̃onez q̃ cogñinaũ petrus: q̃ loq̃ꝫ tibi verba in q̃bus ſaluus eris tu ⁊ vniuerſa domus tua. Cũ aũt cepiſſez loq̃ cecidit ſpũſſãctus ſup eos: ſicut ⁊ i nos in inicõ. Recordatus ſũ aũt verbi dñi: ſicut dicebat. Johannes quidẽ baptizauit aqua: vos autem baptizamini ſpũſancto. Si g̃ eãdem grãm dedit illis deus ſicut ⁊ nobis qui credidimus in dñm ihm xpm. ego quis erã qui poſſem prohibere deum: Hijs auditis tacuerũt: ⁊ glorificauerũt deum dicentes. Ergo et gẽtibꝫ penitẽciam dedit deus ad vitam. Et illi q̃dem qui diſperſi fuerant a tribulacione q̃ facta fuerat ſub ſtephano perambulauerũt vſq̃ phenicem ⁊ cyprum ⁊ antiochiaz. nemini loquẽtes verbũ niſi ſolis iudeis. Erãt autẽ quidam ex eis viri cyprij ⁊ cyrenei q̃ cũ introiſſent antiochiam loquebãtur et ad grecos: annunciantes dominũ ihm. Et erat manus dñi cum eis: multuſq̃ numerus credẽtiũ cõuerſus eſt ad dñm. Peruenit aũt ſermo ad aures eccleſie q̃ erat hieroſolimis ſup iſtis: et miſerunt barnaban vſq̃ ad antiochiã. Qui cuz pueniſſet ⁊ vidiſſet grãm dei gauiſus eſt. et hortabatur omnes in ꝓpoſito cordis ꝑmanere in dño: quia erat vir bonus ⁊ plenus ſpũſancto et fide: et apposita eſt multa turba domino. Profectus eſt autez tharſum vt quereret ſaulũ: quẽ cũ inueniſſet duxit antiochiã. Et annũ totũ ꝓuerſati ſũt ibi i eccl'ia: ⁊ docuerũt turbã mltã: ita vt cognominarẽt ꝑmũ antiochie diſcipuli xpiani. In hijs aũ diebus ſupueneruũt a hieroſolimis ꝓphete ãtiochiã: ⁊ ſurgẽs vn⁹ ex eis noie agabꝫ ſignificabat ꝑ ſpũm famẽ magnã futurã i vniuerſo orbe terraꝝ: q̃ facta eſt ſub claudio. Diſcipli aũ put q̃ſq̃ habebat ꝓpoſuerũt in miſterũ mittẽ habitãtibꝫ i iudea fribꝫ: qd et feceruũt mittẽtes ad ſeniores ꝑ manꝰ barnabe ⁊ ſauli. ¶ Capitulum. .XII.

Eodem autem tempore miſit herodes rex manus: vt affligeret quoſdam de eccleſia. Occidit autem iacobũ frem iohis gladio: videſ aũ q̃ placeret iudeis apposuit apphendere et petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum apphendiſſet miſit in carcerem: tradẽſq̃ q̃tuor q̃ternionibꝫ milituz ad cuſtodiẽdũ: volens poſt paſcha producere euz pop'lo. Et petrus quidem ſeruabatur in carcere: oracõ aũt fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deũ ꝑ eo. Cũ aũ ꝓductur⁹ eũ eſſet herodes: in ipa nocte erat petrus dormiẽs

inter duos milites vinct⁹ cathenis duab⁹: ⁊ custodes añ ostiũ custodiebãt carcerẽ. Et ecce angelus dñi astitit: ⁊ lumẽ refulsit in habitaculo: percussoq; latere petri excitauit eũ dicẽs. Surge velociter. Et cecidẽrũt cathene de manib⁹ ei⁹. Dixit aũt ãgelus ad eũ. Precingere: ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circũda tibi vestimẽtũ tuũ: ⁊ sequere me. Et exiens sequebat eũ: ⁊ nesciebat (quia verũ ẽ) quod fiebat p ãgelũ. Existimabat aũt se visũ videre. Trãseũtes autem primã ⁊ secundam custodiã venerũt ad portam ferream q̃ ducit ad ciuitatẽ: q̃ vltro apta ẽ eis. Et exeũtes processerũt vicũ vnũ: ⁊ cõtinuo discessit angel⁹ ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nũc scio vere quia misit dñs angelũ suũ: ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de omni expectacõne plebis iudeor̃. Considerãsq; venit ad domũ marie mris iohis qui cogn̄minatus ẽ marcus: vbi erãt multi cõgregati ⁊ orãtes. Pulsante autem eo ad ostiũ ianue processit puella ad videndũ noie rode. Et vt cogn̄uit vocẽ petri p̃ gaudio nõ aperuit ianuã: sed introcurrens nũciauit stare petrũ ante ianuam. At illi dixerunt ad eam. Insanis. Illa aũt affirmabat sic se habere. Illi aũt dicebãt. Angelus ei⁹ ẽ. Petrus aũt perseuerabat pulsans. Cũ aũt aperuissẽt ostium: viderunt eum ⁊ obstupuerunt. Annuẽs autem eis manu vt tacerent narrauit quõ dominꝰ eduxisset eum de carcere. Dixitq;. Nũciate iacobo ⁊ fratrib⁹ hec. Et egressus abijt ī aliũ locũ. Facta aũt die erat ñ pua turbatõ inẽ milites: q̃nã factũ eẽt de petro. Herodes aũt cũ requisisset eũ ⁊ non inuenissẽt. inq̃sitõne facta de custodib⁹ iussit eos duci: descendensq; a iudea in cesareã: ibi cõmoratus ẽ. Erat aũt iratus tyrijs et sidonijs. At illi vnanimes venerũt ad eũ: et psuaso blasto q̃ erat sup cubiculũ regis postulabãt pacẽ: eoq; alerẽtur regiones eor̃ ab illo. Statuto autem die herodes vestitus veste regia sedit p tribunali: ⁊ cõcionabatur ad eos. Populus aũt acclamabat dei voces: ⁊ nõ homis. Cõfestim aũt percussit eũ angelus domini eo q̃ nõ dedisset honorem deo: ⁊ consumptus a vermib⁹ expirauit. Verbum autem domini crescebat ⁊ mltiplicabaũ. Barnabas aũt et saulus reuersi sũt a hierosolimis expleto ministerio: assũpto iohanne q̃ cogn̄minat⁹ est marcus.

Capitulum. XIII.

Erãt autem in ecclesia q̃ erat antiochie pphe ⁊ doctores: in q̃b⁹ barnabas: ⁊ symon q̃ vocabatur niger: ⁊ lucius cyrenensis. ⁊ manahen q̃ erat herodis tetrarche collactane⁹: ⁊ saulus. Ministrãtib⁹ aũt illis dño ⁊ ieiunãtib⁹: dixit illis spũssanctus. Segregate mihi saulũ ⁊ barnabam in opus ad q̃d assũpsi eos. Tũc ieiunãtes ⁊ orãtes imponentesq; eis manꝰ: dimiserũt illos. Et ipi q̃dẽ missi a spũsãcto abierũt selenciã: ⁊ inde nauigauerũt cypr̃. Et cũ venissent salaminã: pdicabant verbum dei in synagogis iudeor̃. Habebãt aũt et iohannem in ministerio. Et cũ pambulassent vniuersam insulã vsq; paphum. inuenerũt quendã vir̃ magũ pseudo pphãm iudeũ cui nomẽ erat bariehu: qui erat cum procõsule sergio paulo viro prudente. Hic accersitis barnaba ⁊ paulo: desiderabat audire verbũ dei. Resistebat aũt illis elymas magus: sic enim interptatur nomẽ eius: q̃rens auertere proconsulem a fide. Paulus aũt qui et paulus: repletus spũsancto intuẽs in eũ dixit. O plene omni dolo ⁊ omni fallacia fili dyaboli. inimice omnis iusticie. nõ desinis subuertere vias dñi rectas: Et nũc ecce manꝰ dñi sup te: et eris cecus nõ videns solem vsq; ad tẽpus. Et cõfestim cecidit in eũ caligo ⁊ tenebre: ⁊ circuiens q̃rebat qui ei manũ daret. Tũc proconsul cum vidisset factum credidit ammirans sup doctrina domi. Et cum a papho nauigassent paul⁹ ⁊ q̃ cũ eo erãt: venerũt pgen pamphilie. Iohes aũt discedẽs ab eis reuersus ẽ hierosolimaz. Illi vero ptrãseũtes pgen venerũt antiochiã psidie: ⁊ ingressi synagogam die sabbator̃ sederũt. Post lectõnẽ autem legis et pphar̃: miserũt principes synagoge ad eos dicẽtes. Viri frẽs: siq̃s est in vobis sermo exhortatõnis ad plebem dicite. Surgens aũt paulus. ⁊ manu silentiũ indicẽs ait. Viri israelite ⁊ qui timetis deũ audite. Deus plebis israel elegit patres nr̃os ⁊ plebem exaltauit cũ essent incole in terra egipti: ⁊ ī brachio excelso eduxit eos ex ea ⁊ p q̃dragita ãnor̃ tẽpꝰ mores eor̃ sustinuit ī deserto. Et destruẽs gẽtes septẽ ī tra chanaan sorte distribuit eis terrã eor̃ q̃si post q̃dringẽtos ⁊ q̃nq̃gĩta ãnos: ⁊ post hec dedit iudices vsq; ad samuel prophetam. Et

exinde postulauerunt regem: et dedit illis saul filiū cis. vir de tribu beniamin: annis quadragīta. Et amoto illo suscitauit illis dauid regē. cui testimoniū phibens dixit. Inueni dauid filiū iesse virū scōm cor meum: q faciet omēs volūtates meas. Huius de⁹ ex semīe scōm pmissionē eduxit isrl̄ saluatorē ihm: pdicāte iohāne añ faciē aduētus eius⁹ baptismū pnie oi plo isrl̄. Cū impleret aūt iohes cursū suū dicebat. Quē me arbitrāmī eē nō sū ego: sed ecce venit post me: cui⁹ nō sū dign⁹ calciamēta pedū eius⁹ soluē. Viri frēs. filij generis abrahā ⁊ q in vobis timēt deū: vobis vbū salutis hui⁹ missum ē. Qui em habitabāt ihrl̄m ⁊ pncipes eius hūc ihm ignārātes ⁊ voces pphetarū q p omē sabbatū legūt: iudicātes impleuerunt. Et nullā causā mortis inuenientes in eo: pecierūt a pilato vt itērficerēt eū. Cūq cōsummassent oīa q de eo scripta erāt: deponentes eū de ligno posuerūt eū in monumēto. Deus aūt suscitauit eū a mortuis; tercia die: q visus ē p dies mltos hijs q siml̄ ascēderāt cum eo de galilea in ihrl̄m: q vsqnūc sunt testes ei⁹ ad plebē. Et nos vobis ānunciamus eā q ad pres nros repromissio facta est: qm̄ hāc de⁹ adimpleuit filijs nris resuscitās ihm sicut ⁊ in psalmo scdo scriptū est. Fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie genui te. Quod aūt suscitauit eū a mortuis āpli⁹ iā nō reuersurū in corruptōem: ita dixit. Quia dabo vob sācta dauid fidelia. Idcoq ⁊ alias dicit. Nō dabis sanctum tuū videre corruptōnē. Dauid em in sua generatōne cū ammīstrasset volūtati dei: dormiuit ⁊ apposit⁹ ē ad pres suos: ⁊ vidit corruptōnē. Quem vero de⁹ suscitauit nō vidit corruptōnem. Notū igr̄ sit vobis viri frēs: qr p hūc vob remissio peccatorū ānūciat ab oīb⁹ pctis: qbus non potuistis in lege moysi iustificari. In hoc oīs q credit iustificat. Videte g ne supueniat vobis qd dictū ē in pphetis. Videte cōtēptores ⁊ ammirami ⁊ dispdimī: qr op⁹ operor ego in diebus vr̄is: op⁹ qd nō credatis siqs enarrauerit vobis. Exeūtibus aūt illis: rogabāt vt seqnti sabbato loqrēt sibi verba hec. Cūq dimissa eēt synagoga. secuti sūt mlti iudeorū ⁊ colētiū deum aduenarū paulum ⁊ barnaban: q loqntes suadebāt eis vt pmanerēt in grā dei. Seqnti vero sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit. audire verbum dei. Videntes aūt turbas iudei repleti sunt zelo: ⁊ cōtradicebāt hijs que a paulo dicebāt blasphemātes. Tūc cōstanter paulus ⁊ barnabas dixerūt. Vob⁹ oportebat primū loq verbū dei: sed qm̄ repellitis illud ⁊ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes. Sic enim nobis pcepit dns. Posui te in lucem gētiū vt sis in salutē vsq ad extremū terre. Audientes aūt gētes gauise sūt: ⁊ glorificabāt verbum dn̄i: ⁊ crediderūt quotquot erāt pordinati ad vitā eternā. Disseminabāt aūt verbū dn̄i p vniuersam regionē. Judei aūt cōcitauerūt mulieres religiosas ⁊ honestas et primos ciuitatis: ⁊ excitauerūt pseutōnem in paulū et barnaban: ⁊ eiecerūt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedū in eos venerūt yconiū. Discipuli q repleb̄atur gaudio ⁊ spūsancto.

¶ Capi. XIIII.

Factum est autem in yconio vt simul introirent synagogam iudeorum ⁊ loquerentur: ita vt crederet iudeorum ⁊ grecorum copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt iudei: suscitauerunt et ad iracundiā concitauerūt aias gentium aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter agentes in domino: testimoniū perhibente verbo gratie sue: dante signa ⁊ prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis: ⁊ quidam quidem erāt cū iudeis: quidam vero cum apostolis. Cum autem factus esset impetus gentilium ⁊ iudeorum cuz principib⁹ suis vt contumelijs afficerent et lapidarent eos: intelligentes confugerunt ad ciuitates lycaonie lystraz ⁊ derben ⁊ vniuersam in circuitu regionē: ⁊ ibi euangelizantes erant. Et quidaz vir lystris infirmus pedib⁹ sedebat claudus ex vtero matris sue: qui nūq ambulauerat. Hic audiuit paulū loqntē. Qui intuit⁹ eum et videns (qr fidē haberet vt saluus fieret) dixit magna voce. Surge sup pedes tuos rectus. Et exiliuit: et ambulabat. Turbe aūt cū vidissent qd fecerat paul⁹: leuauerūt vocez suam lycaonice dicētes. Dij similes facti hoīb⁹ descēderūt ad nos. Et vocabant barnabā iouē: paulū vo mercuriū: qm̄ ipe erat dux vbi. Sacerdos q̄ iouis q erat añ ciuitatē thauros ⁊ coronas añ ianuas aferēs cuz pplis: volebat sacrificare. Quod

vbi audierũt apli barnabas ⁊ paulus con
cissis tunicis suis exilierũt in turbas: cla-
mãtes ⁊ dicẽtes. Viri: quid hec facitis: Et
nos mortales sum⁹ similes vobis homies:
annũciantes vobis ab hijs vanis cõuerti
ad dm viuũ: qui fecit celũ ⁊ terrã ⁊ mare ⁊
oĩa que in eis sũt: q̃ in ptꝛitis generatõ
nibꝰ dimisit oĩes gẽtes ĩgredi vias suas.
Et q̃tẽ nõ sine testimonio semetipsũ reli-
qt bñfaciẽs: de celo dãs pluuias et tpa fru
ctifera: implẽs cibo ⁊ leticia cozda eoꝝ. Et
hec dicẽtes vix sedauerũt turbas: ne sibi
ĩmolarẽt. Supueneꝛt aũt q̃dã ab ãtiochia
⁊ yconio iudei: ⁊ psuasis turbis lapidãtes
paulũ traxerũt extra ciuitatẽ: estimãtes eũ
mortuũ eẽ. Circũdãtibꝰ aũt eum discipulis
surgẽs ingꝛuit ĩ ciuitatẽ: ⁊ postera die pfe-
ct⁹ est cũ barnaba ĩ derben. Cũq; euãgeli-
zassent ciuitati illi et docuissent mltos: re-
uersi sũt lystrã ⁊ yconiũ ⁊ antiochiã cõfir
mãtes aĩas discipulorꝝ. exortãtesq; vt per-
manerẽt in fide: ⁊ dicẽtes. qm̃ p mltas tri-
bulatões oportet nos ingꝛi ĩ regnũ dei. Et
cũ cõstituissẽt illis p singlas eccl'ias pbi-
teros ⁊ orassent cũ ieiunacõibꝰ: cmẽdaue
rũt eos dño in quẽ crediderũt. Trãseũntesq;
psidiã venerũt ĩ pamphiliam: ⁊ loquentes
vbũ dñi ĩ pgen descẽderũt ĩ ytaliã ⁊ ĩde na
uigauerũt ãtiochiã: vñ erãt ẽditi gr̃e dei ĩ
op⁹ qd cõpleuerũt. Cũ aũ venissent ⁊ cgre
gassent eccl'iam. retulerũt q̃nta fecisset de⁹
cũ illis: ⁊ qꝛ apuisset gẽtibꝰ ostiũ fidei. Mo
rati sũt aũ tẽp⁹ non modicũ cuz discipulis.

Capitulum. .XV.

Et q̃dã descẽdẽtes de iudea docebãt
frẽs: qꝛ nisi circũcidamĩ scdm mo-
rez moysi nõ potestis saluari. Fa-
cta g̃ seditõne non mĩma paulo ⁊ barnabe
aduersus illos: statuerũt vt ascẽderẽt pau
lus ⁊ barnabas et q̃dã alij ex alijs ad apo-
stolos ⁊ pbiteros ĩ ihrlm: ⁊ sup hac q̃stõe.
Illi g̃ deducti ab ecclesia ptransibant phe-
nicem ⁊ samariam narrãtes conuersatõez
gentium: et faciebant gaudium magnum
omnibꝰ fratribꝰ. Cum autem venissent hie
rosolimã suscepti sũt ab ecclesia ⁊ ab apo-
stolis et seniozibꝰ: annũciantes q̃nta dns
fecisset cũ illis. Surrexerũt aũt quidã de
hereſi phariseoꝝ qui crediderũt dicentes:
quia oportet circumcidi eos: pcipe q̃z ser-
uare legẽ moysi. Conueneꝛũtq; apostoli ⁊
seniozes videre de verbo hoc. Cũ aũt magꝝ
cõquisitio fieret: surgens petrus dixit ad
eos. Viri frẽs: vos scitis qm̃ ab antiquis
diebꝰ in vobis elegit deus p os meũ audi-
re gẽtes verbũ euangelij ⁊ credere. Et qui
nouit cozda deus. testimoniũ phibuit dãs
illis spũmsanctũ sicut ⁊ nob: ⁊ nihil discre
uit inter nos et illos: fide purificãs cozda
eoꝝ. Nuc g̃ qd tẽptatis dm̃. imponere iu-
gum sup ceruices discipulorꝝ: qd neq; nos
neq; pres nri portare potuim⁹: Sz p grãz
dñi ihu credim⁹ saluari quẽadmodũ ⁊ illi.
Tacuit autez omis mltitudo: ⁊ audiebant
barnabaz et paulũ narrãtes q̃nta deus fe-
cisset sig̃ ⁊ pdigia ĩ gẽtibꝰ p eos. Et postq̃
tacuerũt: rñdit iacobꝰ dicẽs. Viri fratres
audite me. Symon narrauit quẽadmodũ
pmũ deus visitauit sumere ex gẽtibꝰ plm
nomini suo: ⁊ huic cozdãt verba pphetа-
rũ: sicut scriptũ ẽ. Post hec reuertar ⁊ re-
edificabo tabernaculũ dauid qd decidit et
diruta eius reedificabo: ⁊ erigaz illud: vt
requirãt ceteri hoĩm dñm ⁊ omnes gentes
sup q̃s inuocatũ ẽ nomẽ meũ dicit dñs fa
ciens hec. Notum a seculo est domino op⁹
suum. Propter quod ego iudico non inqe
tari eos qui ex gentibꝰ cuertũtur ad dm̃:
sed scribere ad eos vt abstineant se a cõta-
minatõnibꝰ simulacroꝝ. et fornicacõne. et
suffocatis ⁊ sanguine. Moyses em̃ a tẽpo-
ribꝰ antiquis habet in singulis ciuitatibꝰ
qui eum predicent in synagogis: vbi per
omne sabbatum legitur. Tũc placuit apo
stolis ⁊ seniozibꝰ cũ oĩ ecclia eligẽ viros
ex eis ⁊ mittere antiochiã cũ paulo ⁊ bar-
naba: iudã qui cogmiabaꝝ barsabas et sy-
lam viros pmos ĩ frẽb: scribẽtes p man⁹
eozum. Apli ⁊ seniores frẽs: hijs qui sunt
antiochie ⁊ sirie ⁊ cilicie fratribꝰ ex gẽtibꝰ
salutẽ. Quoniã audiuim⁹ qꝛ quidã ex nob
exeũtes turbauerũt vos verbis. euertẽtes
aĩas vr̃as: qbꝰ nõ mãdauim⁹. placuit nob
collectis ĩ vnũ eligẽ viros et mittẽ ad vos
cũ clarissimis nr̃is barnaba ⁊ paulo: boĩ-
bus q̃ ẽdiderũt aĩas suas pro noĩe dñi nr̃i
ihu xpi. Misim⁹ g̃ iudã ⁊ sylam: q̃ ⁊ ipi vo
bis vbis referẽt eadẽ. Visũ ẽ ei spũisãcto et
nobis. nihil vlt̃ imponẽ vob oneris q̃ hec
nec̃ria: vt abstineatis vos ab ĩmolatis sil'a-
croꝝ. ⁊ sãguĩe suffocatꝰ. ⁊ fornicatõe: a q̃-
bus custodiẽtes vos bñ agetis. Valete. Illi

ergo dimissi descenderūt ātiochiam: ꝙ congregata mltitudīe ēdiderūt epla̅m. Quā cū legissent: gauisi sūt sup cōsolacōe. Judas aūt ꝙ sylas ꝙ ipi cū essent ꝓphetæ ūbo plurimo cōsolati sūt frēs: et cōfirmaueūt. Facto autē ibi aliq̄nto tpe: dimissi sūt cuz pace a frībo ad eos q̄ miserāt illos. Uisū ē aūt syle ibi remanē: iudas aūt sol⁹ abijt ihrlm. Paul⁹ aūt et barnabas demorabāūt ātiochie: docētes ꝙ euāgelizātes cum alijs pluribo ūbū dñi. Post aliq̄t aūt dies dixit ad barnaban paulus. Reuertētes visitem⁹ frēs p̄ uniuersas ciuitates ī q̄bo p̄dicauim⁹ ūbuz dñi: quō se habeāt. Barnabas aūt volebat secū assumere ꝙ iohem: q̄ cognīabaūt marc⁹. Paulus aūt rogabat eū: vt q̄ discessissēt ab eis de pamphilia et nō isset cū eis: ī op⁹ nō debere recipi. Facta ē aūt dissensio. ita vt discederēt abinuicē: ꝙ barnabas q̄dē assūpto marco nauigaret cyprū. Paul⁹ aūt electo syla pfect⁹ ē: ēditus gre dei a frībo. Perābulabat aūt syriā ꝙ cilicīā cōfirmās ecclīās p̄cipiēs custodire p̄cepta apl̄oz et seniorz.

Peruenit aūt ī derben ꝙ lystraz ¶ Ca. XVI.

Ecce discipulus quidam erat ibi nomine thimotheus: filius mulieris vidue fidelis. patre gētili. Huic testimonium bonum reddebant qui in lystris erāt ꝙ yconio frēs. Huc voluit paul⁹ secum proficisci: ꝙ assumens circūcidit euz ꝓpter iudeos qui erant in illis locis. Sciebāt em̄ oēs: q̄ p̄ eius erat gentilis. Cuz autem pertransirēt ciuitates: tradebāt eis custodire dogmata q̄ erant decreta ab apostolis et seniorib⁹ qui erant hierosolimis. Et eccleſie quidem confirmabantur fide: ꝙ abundabant numero quotidie. Transeūtes autem frigiam ꝙ galatie regionez: vetati sunt a spīrituſancto loqui verbum dei in asia. Cū venissent aūt in misiam tēptabant ire in bithiniam: et non permisit eos spīritus ihu. Cum autē pertransissent misiam descenderūt troadem: et visio per noctem paulo ostensa est. Uir macedo quidā erat stans: ꝙ deprecans eum ꝙ dicens. Trāsiens in macedoniam adiuua nos. Ut aūt visum vidit. statim quesiuimus proficisci in macedoniam: certi facti q̄ vocasset nos deus euangelizare eis. Nauigantes autem a troade recto cursu venim⁹ samotraciam. ꝙ sequenti die neapolim: et inde philippis. que ē prima partis macedonie ciuitas colonia. Eramus aūt in hac vrbe diebo aliq̄t cōferentes. Die aūt sabbatoz egressi sum⁹ foras portaz iuxta flumen vbi videbatur oracō esse ꝙ sedētes loquebamur mulierib⁹ que cōuenerāt ꝙ quedam mulier nomīe lidda purpuraria ciuitatis thiathirenorum colens deū audiuit: cuius dominus aperuit cor intēdere hijs que dicebantur a paulo. Cum aūt baptizata esset ꝙ domus ei⁹: dēp cata est dicens. Si iudicastis me fidelem domino esse: introite ī domū meā ꝙ manete. Et coegit nos. Factū est aūt euntibus nobis ad oracōem puellam quandam habentē spūm phitonem obuiare nobis: que questū magnū prestabat dñis suis diuinā do. Hec subsecuta pauluz ꝙ nos: clamabat dicēs. Isti homines serui dei excelsi sunt: qui ānūciant vobis viaz salutis. Hoc aūt faciebat multis diebo. Dolens aūt paulus ꝙ cōuersus spīritui dixit. Precipio tibi in nomīe ihu xpi exire ab ea. Et exijt eadem hora. Uidētes aūt dñi ei⁹ qz exiuit spes q̄stus eoz: apprehēdētes paulū et sylaz perduxerūt ī foz ad p̄ncipes: ꝙ offerētes eos magistratib⁹ dixerūt. Hij homines cōturbāt ciuitatē nr̄am cū sint iudei: et ānūciāt morem quē nō licet nob⁹ suscipe neq̄ facē cuz sim⁹ romani. Et cucurrit plebs aduersus eos: ꝙ magīatus scissis tunicis eoz iusserūt eos ūgis cedi. Et cū mltas plagas eis iposuissent miserūt eos ī carcerē: p̄cipiētes custodi vt diligēter custodiret eos. Qui cū tale p̄ceptū accepisset misit eos ī iteriorē carcerē: ꝙ pedes eoz strinxit lig̃. Media aūt nocte paul⁹ ꝙ sylas adorātes laudabāt deū: ꝙ audiebāt eos q̄ ī custodia erāt. Subito ūo tremot⁹ fact⁹ ē magn⁹: ita vt mouerētur fūdamēta carceris. Et statim apta sūt oia ostia: ꝙ vniuersoz vincula soluta sūt. Expgefact⁹ aūt custos carceris ꝙ videns ianuas aptas carceris euaginato gladio volebat se iterficē: estimās fugisse vinctos. Clamauit aūt paul⁹ voce mag̃ dicēs. Nihil feceris tibi mali. Uniuersi em̄ hic sum⁹. Petitoq̄ lumīe introgressus ē: et tremefact⁹ procidit paulo et syle ad pedes: et producens eos foras ait. Dñi: q̄d me oportet facē vt salu⁹ fiā: Ad illi dixerūt. Crede ī dñm ihm: et salu⁹ eris tu ꝙ dom⁹ tua. Et locuti sūt ei verbū dñi: cū om̄ib⁹ q̄ erāt in domo eius.

Et tollẽs eos in illa hora noctis lauit plagas eoꝝ: ⁊ baptizatus ẽ ipe ⁊ oĩis domus eius cõtinuo. Cũqꝫ pduxissẽt eos in domũ suã apposuit eis mẽsam: ⁊ letatus est cum omni domo sua credens deo. Et cũ dies factus esset miserũt mgri ⁊ lictores dicentes. Dimitte hoĩes illos. Nũciauit autem custos carceris verba hec paulo: qꝛ misert mgri ⁊ vt dimittami. Nunc igr̃ exeũtes ite in pace. Paulus autẽꝫ dixit eis. Cesos nos publice indẽnatos homines romanos miserũt in carcerẽ: ⁊ nũc occulte nos eiciunt: Nõ ita. sed veniant ⁊ ipi nos eiciant. Nunciauerũt aũt mgratibꝰ lictores verba hec. Timuerũtqꝫ audito qꝛ romani essent: ⁊ venientes deprecati sunt eos: ⁊ educẽtes rogabãt vt egredẽrẽtur de vrbe. Exeuntes aũt de carcere: introierũt ad lidiam: et visis fratribꝰ consolati sunt eos: et profecti sunt.

Capitulum. .XVII.

Quim autẽ pambulassent amphipolim et apoloniam venerũt thessalonicã: vbi erat sỹnagoga iudeoꝝ. Secõm cõsuetudinẽ aũt paulus introiuit ad eos: et p sabbata tria disserebat eis de scripturis adaperiẽs et insinuans qꝛ xpm oportuit pati ⁊ resurgere a mortuis: et qꝛ hic est ihus xpus quẽ ego annũcio vobis. Et quidã ex eis crediderũt: ⁊ adiũcti sunt paulo ⁊ sỹle ⁊ de colẽtibꝰ gẽtilibꝰ mltitudo magna: ⁊ mulieres nobiles nõ pauce. Zelantes aũt iudei assumentesqꝫ de vulgo viros q̃sdam malos ⁊ turba facta cõcitauerũt ciuitatẽ: ⁊ assistẽtes domui iasonis. q̃rebãt eos pducere in pplm. Et cũ nõ inuenissent eos. trahebãt iasonem ⁊ q̃sdam fratres ad principes ciuitatis clamãtes: qm̃ hij sunt qui vrbẽ cõcitant et huc venerunt qs suscepit iason: et hij omes conr̃ decreta cesaris faciũt regẽ aliũ dicentes esse ihm. Concitauerunt autem plebem ⁊ principes ciuitatis audientes hec: ⁊ accepta satisfactõne a iasone ⁊ a ceteris dimiserunt eos. Fres vero pfestim p noctẽ dimisert paulũ ⁊ sỹlam ĩ beroam. Qui cũ venissent: in sỹnagogã iudeoꝝ ĩtroierũt. Hij aũ erãt nobiliores eoꝝ q̃ sũt thessalonice: q̃ susceperũt vbũ cũ oĩ auiditate: q̃tidie scrutãtes scripturas si hec ita se hr̃ent. Et mlti q̃dẽ crediderũt ex eis. ⁊ mulieꝝ gẽtiliũ honestaꝝ. ⁊ viri nõ pauci. Cũ aũ cognouisset ĩ thessaloni

